1 A C 3

Digitized by Google

COMMENTARIORVM

DE VITA ET SCRIPTIS

IOANNIS BAPT. DONI

LIBRI QVINQVE.

Digitized by Google

ANG. MAR. BANDINI

COMMENTARIORVM
DE VITA ET SCRIPTIS
IOANNIS BAPT. DONI

PATRICII FLORENTINI

OLIM SACRI CARDINAL. COLLEGII A SECRETIS

LIBRI QVINQVE

ADNOTATIONIBVS ILLVSTRATI

AD

SILVIVM VALENTI

S. R. E. PRESBYT. CARD. AMPLISS.

ACCEDIT

EIVSDEM DONI LITERARIVM COMMERCIVM

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITVM.



Ex Ectyp. Musei Goriani

FLORENTIAE TYPIS CAESAREIS

CIↃ. IↃ. CC. LV.

SVPERIORVM ADPROBATIONE.

Digitized by Google

Digitized by Google



EMINENTISS. AC REVERENDISS. PRINCIPI

SILVIO VALENTI

S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI

BENEDICTI XIV. PONT. MAX.

A SECRETIS &c.

ANG. MAR. BANDINIVS FELICITATEM.

COmmentarium de Vita, & Scriptis IOANNIS BAPT. DONI, antiquitatum omnium magni inſtauratoris evulgaturus, illud TIBI uni nuncupandum eſſe cenſui,

EMI-

Eminentiss. Princeps, non ea aſſentandi licentia, ut plerique facere conſueverunt ad aucupandam eorum gratiam, quos autoritate plurimum valere ſibi pollicentur; ſed ut teſtimonio aliquo poſteritati comprobarem, quantum Tibi deberi me ſentiam, quem dum Romae commorarer, adeo perhumaniter excepiſti, ac tot tantiſque ſingularibus beneficiis cumulaſti, ut piaculum fore putaverim, ea penes me deliteſcere, vel publice inteſtata dimittere.

Illa vero mihi una fuit, atque praecipua ratio ita Tibi obſequendi, effuſus ſcilicet ille Tvvs in me amor, quo factum fuit, ut probante Te, opus meum de AVGVSTI CAESARIS obeliſco, e Campi Martii ruderibus nuper eruto, BENEDICTVS XIV. Pontifex ſapientiſſimus hilari vultu excipere, ſuiſque ſub auſpiciis in publicum prodire dignaretur; quod apud me tanti fuit, ut ſi quid in poſterum ingenium meum molietur, ſi quid a me ſuſcipietur laboris, a quo certe nunquam mearum virium imbecillitas abhorrebit; id omne ad Te, quo favente, & ad maiora ſemper in literis capeſſenda incitante, tamquam ad Autorem praecipuum, eſſe duxerim conferendum.

Occurrebat ipſius Scriptoris gravitas, rerumque ab eo pertractatarum utilitas; nam praeter ea, quae ab ipſo tanto ſermonis nitore, & elegantia, tantaque rerum varietate explicantur, ſaluberrima hauriuntur praecepta, ad humanae vitae incommoda reparanda; ſive illum ſpectare malimus

de

de Romani agri inſalubritate, & infrequentia differentem, ſive de adferenda arvorum ubertate iudicium ſuum pronunciantem, ut hominis publico bono nati imaginem repraeſentare videatur, qualis Tv, & Pontificio, & omnium Europae Principum oraculo cenſeris.

Quod ſi a privatis hiſce meritis, ad publica divertere me Tva pateretur modeſtia, in immenſum protraheretur oratio. Enimvero ingrato ſilentio praeterire quis poſſit dexteritatem Tvam illam, qua Pontificius Adminiſter, & Conſiliarius, Sacerdotii, & Imperii diſcrimina mirifice componis, et amice concilias; prudentiamque Tvam, longo rerum uſu comprobatam, qua de inſtantibus, ut eſt de Themistocle praedicatum, veriſſime iudicare ſoles, & ex praeteritis ſolertiſſime coniecturam capere futurorum.

Quis unquam ignorat, graviſſimas inter occupationes, & curas, quas Tecvm una providentiſſimus Pontifex partitur, non ultimum ſibi locum vindicaſſe, ſtudium illud viro Principe dignum, ac prope Divinum, promovendae ſcilicet arvorum ubertatis, & avertendae Romanae Regionis inſalubritatis, rei frumentariae ſubſtentandae, commercii propagandi, artificum induſtriae exercendae, e quibus Reipublicae ſalus, atque opulentia dimanat, ut non immerito Te unum ſuſpiciat Roma, felicitatis ſuae cum publicae, tum privatae adſertorem.

Neque id ſatis adhuc pro Tva beneficentia

ratus,

ratus, praeſtantiſſimas facultates, incultas propemodum, & iacentes, propoſitis praemiis, excitas, & inſtauras, priſtinae elegantiae reſtituis, ac praeſentiſſimo ſemper patrocinio amplificare non deſinis; quod ut faciliori negotio adſequaris, ſciſſimos undequaque viros contubernales habes; indictiſque diebus, literarios congreſſus Tvis in aedibus convocas, ad quas quiſquis accedit Muſarum domicilium, & liberalium artium inſtructiſſimam reperit officinam.

Quae quum ita ſint, ne graveris Princeps Eminentiss. pro immortalibus Tvis in me, in Literariam Remp. & in univerſum humanum genus meritis vigilias haſce meas, qualeſcumque, libens intueri, teſtimonium potius futuras cordis, quam oris, quo Te ſummopere demiror, ac veneror. Vale Romanae Purpurae immortale decus, meque Tvo, ut facis, tueri Patrocinio non deſinas.

DABAM FLORENTIAE EX AEDIBVS BIBLIOTH. PVBLIC. MARVCELL.
KAL. IANVAR. CIϽ· IϽ· CCLV.

CAN-



Ex Ebore ant. Mus. Victorii Sen.

CANDIDO LECTORI

ANG. MAR. BANDINIVS.

Literariae Reipublicae procerum ſcripta, & res geſtas ab interitu vindicare, honeſtiſſimum boni civis officium rati, nonnullos inſignes viros, ſingulari praeditos virtute, ex ingenti numero iam delegimus, qui apud nos ſumma ope, immortalitatem conſequi ſtuduerunt, quique meritae laudis teſtimonio aliquando fraudati, elogium a nobis expoſcere videbantur.

Nullum autem iucundius eſt animi oblectamentum, quam memoria geſtarum rerum: brevia ſiquidem ſunt praeſentia, & caduca, atque uno ictu oculi evaneſcunt: futura vero, nulli mortalium explorata, caliginoſa nocte premit Deus: ſola quae praete-

ricrunt, & certa ſunt, & in immenſum, non ſine magna utilitate repetuntur.

At enimvero, quum praeteritorum apud nos virorum praeclara non deſint ingenii monumenta, in quibus evulgandis inſudare doctiores viri noſtra tempeſtate non ſine foenore poſſent, quo fieri pacto potuerit ignoramus, Commentarium de Vita & ſcriptis Io. Bapt. Donii, *cum praeſtantioribus certe aequiparandi, huc uſque fuiſſe neglectum, quod nedum Autori ipſi, quam univerſae Literariae Reipublicae non mediocri eſſe poterat ornamento.*

Itaque, quum caſu quodam eius MSS. opera apud heredes diſperſa, & confuſa, nobis evolvere datum eſſet, multiplicem, ac ſolidam Cll. Autoris eruditionem demirati, eiuſque ſortem indignati, ex iiſdem ſcriptis excerpſimus quidquid ad eius vitam Literis conſignandam apprime faceret, quam nunc publico ſtudioſorum bono luce donamus. Fontes, ex quibus tam uberem Florentinae, immo Italicae Literaturae copiam hauſimus, ſunt, eiuſdem Donii *edita, atque inedita opera, necnon idea quaedam, ſeu deſignatio aliquot operum, quae ipſemet* Donius *partim abſolverat, partim inceperat, iam ab Anno MDCXXIX.*

Nec parum nobis profuerunt Epiſtolae a viris doctiſſimis ad eum exaratae, quarum ingentem numerum congeſſit Cll. Gorius. *Aegre tamen tulimus deſcriptionem quamdam peregrinationum ipſius alio abiiſſe, quarum cognitionem, non ſine ingenti labore, huc illuc expiſcari coacti fuimus.*

Neque abs re fore credidimus adnotationes uberrimas ſubnectere, quae & ad hiſtoriam, adlatis documentis, conſtabiliendam, & ad clariſſimorum totius Europae virorum, cum quibus Donius *Literarium commercium inierat, memoriam recolendam, conducerent; eorum praecipue natalitio, & emortuali die adnotato, ut uno ictu oculi, quoto tempore* Donio *quiſque innotuerit, & in qua facultate polluerit, in propatulo collocaremus. Quae quidem omnia, licet improbi, & diuturni laboris plena, intra praetervectum annum, Divino favente praeſidio, exantlavimus.*

Reſtat

Reſtat ut Autorum omnium nomina recenſeantur, qui de Donio *noſtro honorifice meminerunt, & quorum potiſſimum teſtimonio uſi fuimus. Ea autem prae reliquis ſunt.*

Gaſpar Scioppius *in Catalogo doctorum hominum, quem* Vrbano *VIII. exhibuit, a nobis primum edito pag.* XXI. *Idem in opere, cui titulum fecit Philotheca* Scioppiana *MS. & in Paradoxis Literariis Mediolani evulgatis Anno* CIƆIƆCXXIX. *num.* IX.

Leo Allacius *in Apibus* Vrbanis, *ſeu de Viris illuſtribus, qui ab Anno* MDCXXX. *per totum* MDCXXXII. *Romae adſuerunt, ac typis aliquid evulgarunt Romae per* Ludovicum Grignanum MDCXXXIII.

Petrus a Valle *in Adnotationibus MSS. ad libellum* Georgii Mazzaferri *de veteri recentique muſica, de quibus meminit* Apoſtolus Zenus *in adnotationibus ad Bibliothecam Scriptor. Italicor.* Iuſti Fontanini.

Ioannes Iac. Buccardus *in Oratione in funere* Nic. Claudii Fabricii Peireskii *Romae* MDCXXXVI. *& Tom. V. operum* Gaſſendii *edition. Florent.* MDCCXXVII.

Simon Bertius *in Deſcriptione funebris pompae* Mariae Mediceae *Galliarum Reginae, ad Aedem* D. Laurentii *Florentiae celebratae, Florentiae* MDCXLIII.

Gabriel Naudaeus *in Dedicatione ad* Slingelandum Doniani *opuſculi de utraque Poenula Pariſiis per* Seb. Cramoyſi MDCXLIV. *&* Io. Georg. Graevius, *qui laudatam diſceptationem recudi curavit in Theſauro Antiquitatum Romanarum Tom. VI.*

Bartolus Bartholinus *in Commentario de Poenula.* Ibid.

Athanaſius Kircherus *in Muſurgia univerſali Romae per heredes* Corbeletti MDCL. *Tom. II.*

Iſaacus Voſſius *in Praefatione Epiſtolarum* D. Ignatii *Martyris. Amſtelaedami per* Io. Bleau MDCXLVI.

Nicolaus Heinſius *in Poematiis Lugduni Batav. per* Elſeviros MDCLIII. *& in Epp. quae exſtant in Sylloge Epp.* Burmanni.

Petrus Gaſſendus *in Vita* Peireskii. *Pariſiis per* Cramoyſi MDCXLI.

Io. Bapt. Ferrarius *S. I. in Collocutione III. cui titulus* Florentinum Harpaſtum, ſive Calcis ludus, *ubi loquentes introducit* Caſſianum Puteanum, *&* Donium *noſtrum, inter collocutiones, Senis per* Bonettos MDCLII.

Octavius Ferrarius *in XIII. ſuarum Proluſionum, cui titulus* Literatorum funus, *inter Proluſiones Academicas Patavii* MDCXLVIII.

Car. Annibal Fabrottus *in Epp. ad* Nic. Heinſium, *quae exſtant in ſylloge Epp.* Burmanni.

Iſmael Bulliardus, *&* Iſaacus Voſſius *in Epp. ad eumd.* ibid.

Hugo Grotius *in Epp. Amſtael. per* Bleau MDCLXXXVII.

Alexander Adimarius *in Notis ad Pindarum, vulgo inſcriptum* „ Pindaro tradotto in verſo Toſcano, e dichiarato Piſa MDCXXXII.

Carolus Datus *in Oratione funebri de laudibus* Caſſiani Puteani *Florentiae* MDCLXIV.

Franciſcus, Alexander, *&* Angelus Donii *filii in dedicatione operis poſthumi de reſtituenda ſalubritate agri Romani Florentiae* MDCLXXVII.

Auctor Ephemerid. Literar. Romae per Nic. Angelum Tinaſſium MDCLXIX.

Marcus Meibomius *in Praefatione ad Lectorem Vol. I. autorum VII. antiquae Muſicae Amſtael. per* Helzevirium MDCLII.

Io. *Cardinalis* Bona *in Notitia ſcriptorum, quorum teſtimonio utitur in libris de Divina Pſalmodia Pariſiis per* Ludov. Billaine MDCLXXVI.

Thomas Reineſius *in Praefatione, & fere in ſingulis claſſibus Syntagmatis Inſcriptionum antiquarum Lipſiae* MDCLXXXII.

Chriſtophorus Adamus Rupertus *in Epiſtolis ad* Reineſium *inter Epp. eiuſdem* Reineſii *Lipſiae per* Io. Baverum MDCLX.

Petrus Servius *in Ep. ad* Rupertum *in* Mantiſſa *Epp.* G. Richteri *Norimbergae* MDCLXII.

Io.

Io. Hallervordius *in Bibliotheca curioſa Francofurti per* Niſium MDCLXXVI.

Georg. Math. Konigius *in Bibliotheca veteri, & nova Altdorfii per* Henricum Meierum MDCLXXVIII.

Iuſtus Fontaninius, & Gregorius Barbadicus *in Epp. inter claror. Venetor. Epp. ad* Ant. Magliabechium *Tom. I. & II. Florentiae* MDCCXLV. *ſeqq.*

Io. Andr. Angelinius Bontempus *in Hiſtoria Muſica. In Perugia per il* Coſtantini MDCXCIV. *fol.*

Val. Chimentellus *in Marmore Piſano de honore* Biſellii *Bonon. per* Victor. Benatium MDCLXVI.

Gaſpar Bartholinus *in libro de Tibiis veterum Romae per* Paulum Monetam MDCLXXVI.

Iac. Phil. Thomaſinus *in libro de Donariis, ac tabellis votivis Patavii per* Frambottum MDCLIV.

Phil. Labbè *in Biblioth. Nummaria, quae exſtat cum catalogo Autorum* Ant. Teiſſeri *Genevae per* Sam. *de* Tournes MDCLXXXVI.

Franciſcus Cionaccius *Origine, e Progreſſi del canto Eccleſiaſtico.*

Carolus Datus *in Praefatione praefixa libelli inſcripti* Proſe Fiorentine Firenze MDCLXI.

Iacobus Rillius *Notizie Letterarie, e Iſtoriche degli Uomini illuſtri dell' Accademia Fiorentina Firenze* MDCC.

Io. Cinellius *in Part. II. Bibliothecae volantis.*

Ferdinandus Nuzius *in opuſculo inſcripto Diſcorſo intorno alla coltivazione, e popolazione della Campagna di Roma. Roma* MDCCII.

Henricus Kippingius *in antiquitatibus Romanis Lugduni Batav. per* Petrum Vander Aa MDCCXIII.

Io. Mar. Lanciſius *de nativis deque Adventitiis Romanis Coeli qualitatibus Romae* MDCCXI.

Antonius Maria Salvinius *in adnotationibus in opus* Ludov. Ant. Muratorii *della perfetta Poeſia.*

Salvinus Salvinius *Faſti Conſolari della Sacra Accademia Fiorentina Firenze* MDCCXVII.

Iulius Niger *Iſtoria degli Scrittori Fiorentini Ferrara per* Bernardino Pomatelli MDCCXXII.

Io. Koolius *in Praefatione ad collectanea antiquarum Inſcriptionum* Marquardi Gudii *Leovardiae per HH.* Franc. Halmae MDCCXXXI.

Muratorius Lud. Ant. *in Praef. ad* Theſaurum *veter. Inſcription. Mediolani* MDCCXXXIX.

Petrus Burmannus *in Sylloge Epiſtolarum a viris illuſtribus ſcriptarum Leidae per* Samuel. Luchtmans MDCCXXVII. *Tom. V.*

Dominicus Mar. Mannius *in libro de Florentinis inventis Ferrariae* MDCCXXXI.

Daniel Georgius Morhoſius *in Polyhiſtore Lubecae* MDCCXLVII. *Tom. II.*

Io. Alb. Fabricius *in Bibliotheca Latina Amburgi* MDCCXXI. *T. I. & in Bibliographia antiquaria Amburgi per* Chriſtian. Liebezeit MDCCXVI.

Io. Blanchinius *Ragionamenti Iſtorici de' Granduchi di Toſcana Venezia per il* Recurti MDCCXLI.

Apoſtolus Zenus *in adnotationibus ad Bibliothecam Italicam* Iuſti Fontanini *Venetiis apud* Ioannem Baptiſtam Paſqualium MDCCLIII.

Ant. Franc. Gorius *in Praefatione ad Inſcriptiones* Donianas *Florentiae per* Caietanum Tartinium MDCCXXXI. *nec non in Praefationibus Tom. I. & III. Inſcriptionum antiquarum in antiquis Etruriae Vrbibus exſtantium. Florentiae per* Ioſ. Mannium MDCCXXVI. *ſeqq. Tom. III.*

Io. Targionius *Diſcorſo intorno alle cauſe, ed a' rimedi dell' inſalubrità di aria della Maremma Toſcana Firenze nella Stamperia Imperiale* MDCCLIV. *& in Prodromo Chorographiae, & Topographiae Phyſicae Tuſciae* ibid.

Ang. Mar. Riccius *Diſſertation. Homeric. T. I. p.* 238. *& T. III. p.* 84.

Hiſce

Hiſce relatis, de iis quoque mentionem facere non incongruum arbitramur, qui literario Donii *commercio uſi ſunt, quantumvis, ut ex apographis* Donianis *patet, literarum pars maxima deperierit.*

David Colvillvs
Tarqvinvs Gallvtivs
Michael Ang. Bonarrotivs
Petrvs Stroza
Io. Bovrdelotivs
Benedictvs Florettvs
Gaspar Scioppivs
Vincentivs Marinerivs
Lavrentivs Pignorivs
Frid. Card. Borromaevs
Lvcas Holstenivs
Nicolavs Rigaltivs
Lvcas Torrivs
Antonivs Sandervs
Lvdovicvs Nonnivs
Balthasar Moretvs
Renatvs Moraevs
Gabriel Chiabrera
Franciscvs ab Hatzefelt Archiep. Herbipolenſis.
Marcvs Ant. Cornelivs Epiſcopus Patavinus.
Thaddaevs Donnola
Gabriel Navdaevs
Petrvs Victorivs
Iacobvs Soldanivs
Io. Albertvs Bannivs
Thomas Rigelivs
Franc. Bernardinvs Ferrarivs
Octavivs Ferrarivs
Ivlivs Cardinalis Mazzarinvs
Io. Iac. Bvccardvs
Io. Frid. Gronovivs
Athanasivs Kirchervs
Petrvs Servivs
Isaacvs Vossivs
Rectores Acad. Philharm.
Christoph. Adamvs Rvpertvs.
Io. Philippvs Tomasinvs.
Nicolavs Heinsivs
Daniel Heinsivs
Io. Albertvs Hvswedel.
Marinvs Mersennvs
Paganinvs Gavdentivs
Cassianvs Pvteanvs
Io. Rhodivs
Fabivs Epiſc. Neritonenſis.
Famianvs Strada
Io. Petrvs Bellorivs
Petrvs Bardivs ex Comitibus Alverniae.
Lvdovicvs XIV. Francor. Rex.
Ferdinandvs II. Magnus Etr. Dux.
Io. Carolvs, & Leopoldvs Cardinales Medicei.
Franciscvs Mar. Roborevs Vrbini Dux.

Nec

Nec praetereunda ſunt eorum nomina, ad quos Donium *Epiſtolas dediſſe non ignoramus, & quorum reſponſa nobis reperire minime contigit: ii autem ſunt.*

VRBANVS VIII. P. M.	TH. DEMPSTERVS
Io. IV. Portugalliae Rex.	GALILAEVS GALILAEVS
CAROL. EMMAN. Sabaudiae Dux.	GASPAR MORNIEVS
MAVRICIVS a Sabaudia Card.	ALEX. POLLINVS
FRANC. Card. BARBERINVS	FRANC. RONDINELLIVS
FRANC. MARIA CARDVCCIVS	IVL. ROSPIGLIOSIVS
HIERONYMVS PETRVCCIVS S. I.	GERARDVS Io. VOSSIVS
DIONYSIVS PETAVIVS	CLAVDIVS SALMASIVS
NIC. CLAVD FABRIC. PEIRESKIVS	IOSEPHVS PERSICVS
FRANC. RONDINELLIVS	NICOLAVS PINELLIVS
EDMVNDVS MERILLVS	IACOBVS SALVIATVS
HVGO GROTIVS	FRANC. M. Card. BRANCACCIVS
FELIX CONTELORIVS	NERLIVS Rom. Aulae Praeſul.
ERYCIVS PVTEANVS	GALEAZVS SABBATINVS.
Io. IAC. CHIFFLETIVS	PETRVS HEREDIA

Accipe igitur candide Lector, lucubrationes haſce noſtras, qualeſcumque, dum interim Annales Typographicos Tuſciae, quibus ſupremam manum imponimus, in lucem edere molimur: Tibique, qui favore tuo eiuſmodi ſtudia proſequeris, antiquo more ita plaudimus FAVSTE VIVAS.

AD

AD CLARISSIMVM EDITOREM

COMMENTARIORVM DE VITA ET SCRIPTIS

IO. BAPTISTAE DONI

T. S. LIGVR.

O QVI AVGVSTVM MAGNA VI FOSSVM OBELISCVM
QVEM DVDVM TERRAE VISCERA CONDIDERANT
ILLVSTRAS *BANDINE*, VRBIQVE EVADIT, ET ORBI
NOTVS, QVEM PLVRES OBRVERANT TENEBRAE,
IAM TE MIRABAR, VEL CVM ΜΕΓΑ ΘΑΤΜΑ *SESOSTRI*
EGYPTI DOMINO FORTITER ASSERERES,
AVT QVVM AEGYPTIACAS NOBIS APERIRE FIGVRAS
MALLES, QVOD VIRES TRANSILIT HERCVLEAS:
SEV QVAERAS, LAPIS IN QVALEM SVRREXERIT VSVM,
PLVRAVE SCRVTERIS DOCTA, PROFVNDA SIMVL.
MIRABAR CERTE VASTAE CONAMINA MENTIS,
ET QVAS COGNITIO SVPPEDITAVIT OPES.
AT MAGE PERCELLOR QVVM TV VT *CYLLENIVS* ALTER,
EXTINCTIS TRIBVAS OS, ANIMVMQVE VIRIS.
HOC TANTO EST MAIVS, QVANTO SIT REDDERE MAIVS
INGENIIS VITAM, QVAM DARE MARMORIBVS.
PER TE NVNC VITAE SVRGIT REDIVIVVS AD AVRAS
DONIVS, ET FAVSTIS IVRO SVB AVSPICIIS,
DONIVS ILLE EST, ETRVSCAE LAVS MAXIMA GENTIS,
INGENIO CLARVS, NOBILIS ELOQVIO.
SIVE TONANS ROMANO IDIOMATE, SVADA QVIRITVM,
DIXERIT AVT GRAECE, SVADA PELASGA FVIT.
CVMQVE PALAESTINIS HABVIT CONSORTIA MVSIS,
QVAS DOCVIT NOSTROS RITE SONARE MODOS.
QVID TANTVM HAEBREAM MEMORO, GRAECAM, AVSONIAMQVE?
NVLLA IGNOTA RECENS, NVLLA VETVSTA FVIT.
PRAETEREA HVIC ARTES QVANTVM DEBERE FATENTVR
INGENVAE, QVAS IS MIRIFICE EXCOLVIT.

PHI-

PHILOSOPHIA SVOS VT SVSCIPIT INTER ALVMNOS,
PERSPICVVS TESTIS DOCTA SYNOPSIS ERIT.
NON IGNOTA ILLI, QVAE SVMMVS CONTINET AETHER,
NEC QVAE CONCLVDIT LIMITE TERRA SVO.
MVSICA DIVINOS HVIC IMPARTITVR HONORES,
VINDEX ANTIQVAE QVOD FVIT IPSE LYRAE.
HVNC VATEM DICAM SOLVM, VATVMNE MAGISTRVM,
CARMINA QVVM PEPIGIT, PANGERE SEV DOCVIT?
QVOD SI IN TRACTANDIS NOVA SE ARTIBVS IDEA PANDIT
PROH DEVS! HOC MENTEM QVAM PROBAT ARCHETYPAM.
QVIS DOCTRINARVM VERO MONVMENTA REVOLVAT
OMNIA, QVAE LIQVIT *DONIVS*, AVT REFERAT?
AST VNVM SILVISSE NEFAS, QVOD SACRA VETVSTAS
EST VENERANDA SVO IN PECTORE NACTA LOCVM.
QVOTQVOT ERANT SCRIPTI LAPIDES, QVOS GALLVS, IBERVS,
ET QVOS ROMA SVO CONTINET IN GREMIO,
LEGIT, DESCRIPSITQVE OMNES, DIVESQVE SVPELLEX
IN SCHEDIS ETIAMNVM MANET ILLA SVIS.
ATQVE HINC QVANTA TVIS FACTA EST ACCESSIO LIBRIS,
QVI NOSTI, FACIAS DOCTE GRVTERE FIDEM.
NEC TIBI DISPLICEAT *GORI* CLARISSIME, QVOD IAM
DICARIS TANTO DEBITOR ESSE VIRO;
IN CVIVS MANIBVS TERITVR, SCIO, *DONIVS*; ET QVA
TRACTARI POSSIT DIGNIVS ILLE MANV!
QVANTA INDE AFFVLGET TIBI LVX, SEV PROMERE SIGLAS,
SEV TV CONERIS MARMORA DISPICERE!
DONIVS AT IAM COMMVNI VERSABITVR ORE,
DVM SCRIPTA, ET VITAM NATIO QVAEQVE LEGET.
ILLE HOC IN LIBRO CEV VIVA IN IMAGINE VIVET,
VIVERE QVI AETERNO TEMPORE DIGNVS ERAT.

AD

Digitized by Google

AD ANGELVM MARIAM BANDINVM
QVVM
DE IOANNIS BAPTISTAE DONI
VETERIS MVSICAE ET ERVDITIONIS ASSERTORIS
VITA ET SCRIPTIS COMMENTARIOS EDERET
MATTHAEVS DE NEAPOLI IVRIS CONSVLTVS.

O CVI, SOCRATICVM QVIDQVID SAPIENTIA PECTVS
IMBVIT, EFFVSO CONTVLIT ALMA SINV,
HESPERIAE *BANDINE* DECVS: TIBI PRAEMIA VIRTVS
ILLA, QVA POLLES MENTE, FRVENDA PARAT.
GLORIA TV FLORAE, SAECLI TV MAXIMA NOSTRI
SPES ET AMOR, CORDIS DIMIDIVMQVE MEI.
HEV QVIANAM CVRIS PRESSVS, LIBRISQVE SEPVLTVS
SEMPER AMAS PATRIO DELITVISSE LARE?
TE IVGA PARNASSI, LAETO TE PIMPLA RECESSV,
TE VOCAT EFFVSO CASTALIS VNDA SONO.
SVRGE AGE PHAEBEO FLAMMANTEM LVMINE CVRRVM
QVEM STERNVNT PINDI NVMINA SCANDE LIBENS.
SCANDE LIBENS. TE FAMA VEHIT; QVA DVCIT, EVNTEM:
I, SEQVERE; ILLA ANIMVM DIRIGET, ILLA VIAM.
CERNERE IAM VIDEOR TE SCEPTRA, AVROQVE DECORA
REGIA TEMNENTEM LIMINA PLENA METVS.
IAMQVE PERERRATIS CAELI PER DEVIA TERRIS,
AD SACRA TE PINDI CVLMINA RAPTAT HONOR.
RAPTET IO! VOS O VENIENTI OCCVRRITE DIVAE
PEGASIDES, VESTROS ET RESERATE LACVS;
ET MANIBVS DATE PLECTRA, ET DVLCIA CARMINA LABRIS,
ET DATE QVAE POSSINT VERBA DOMARE FERAS.
AVDIS? FAMA CANIT: PER TE SAPIENTIA *DONI*
EMICAT IN CVRIS PVLCHRIOR VSQVE TVIS.
ILLIVS ET VIRTVS, QVAM NON TERIT VRNA, NEC ARCTIS
ADSTRICTAM SPATIIS AVSONIS ORA TENET,

AVSPI-

Digitized by Google

AVSPICE TE RAPIDOS ANNOS, ET VINCVLA FATI
EVINCIT, DOMINO SVB PEDE COLLA PREMENS.
NEC SINIS ILLIVS QVIDQVAM DECEDERE SCRIPTIS,
CVNCTA NITENT, CVLTV SPLENDIDA CVNCTA SVO.
ILLE PER ELYSIOS CAMPOS, ET AMAENA VIRETA
TE COLVMEN LAVDIS GAVDET HABERE SVAE.
AT QVOTA SVNT RERVM PARS HAEC, *BANDINE*, TVARVM
SPLENDIDA, SED QVAMVIS SPLENDIDA, PAVCA TAMEN?
TE MAIORA MANENT. SCIMVS QVAE MAXIMA POSSINT,
QVOS PARIT VBERIBVS FLORA NVTRITQVE SVIS.
SVME ANIMOS: TE MAGNA DECENT: HAEC PATRIA POSCIT;
CRESCE, AGE, TV MERITIS ILLIVS, ILLA TVIS.

FRANCISCI VALLETTAE

NEAP. I. C.

QVAE CELEBER SCRIPTIS MANDAVIT *DONIVS* OLIM,
CVNCTORVM LATE CLARA PER ORA SONANT;
DIGNA QVIDEM CEDRO, FAMAQVE VIGERE PERENNI,
VT VALEANT SERA POSTERITATE LEGI;
BANDINI ET DOCTIS DEBETVR GRATIA CHARTIS,
SOLERTI HAEC VERSAT DVM MONVMENTA MANV;
LAVS MAGNA EST *DONI* CVLTIS NOTESCERE LIBRIS,
MAIOR AT HOS TANTVM NVNC DECORASSE VIRVM.

ANG.



Jo. Doni Fecit delin. *Vinc. Franceschini Sculp. Firenz.*

Digitized by Google

ANG. MAR. BANDINI
COMMENTARIORVM
DE VITA ET SCRIPTIS
IO. BAPT. DONI
AD SILVIVM VALENTI
S. R. E. CARDINALEM AMPLISS.

LIBER PRIMVS.

I. IOannes Baptiſta Donius natus eſt Florentiae anno MDXCIV. ex illuſtri, & nobili *Doniorum* gente [1], patre *Franciſco Donio* viro graviſſimo [2], qui eum ex *Iuſtina Lapi del Tovaglia* uxore, cum aliis liberis ad felicitatem literatum ſuſtulit.

II. Pueritiae annos egreſſus, mollem, inerremque vitam deſpiciens, ingenium, quod a natura perſpicax, vividumque ſortitus fuerat, literis, ac liberalibus diſciplinis excoluit; unde eius animo, quem integrum, & nulla vitiorum labe inquinatum habuit, facile inhaerebat quicquid optimarum artium a praeceptoribus tradebatur.

III. Accedebant praeter ingenii promptitudinem, luculentiſſima Civium ſuorum exempla, quibus ad multiplicem, & caſtigatam eruditionem comparandam, quibuſdam veluti ſtimulis, incitabatur. Poſtquam enim Florentiae, Graecae, & Latinae literae ſingulari beneficio *Franciſci Petrarcae* [3] ceperunt ſibi priſtinam maieſtatem vindicare, quamplures exinde viri acri ingenio, induſtria praecellenti, urbem hanc per univerſum terrarum orbem percelebrem, veluti Athenas alteras, reddiderunt.

IV. Liceat heic aliquot maiorum noſtrorum nomina, quae propius ad *Io. Bapt. Doni* aetatem pertinent recenſere. Neminem latet in quanta nominis exiſtimatione fuerint, Viri Clariſſimi, *Petrus Victorius* [4] *Leonardus* Eques *Salviatus* [5]

a *Vin-*

(1) Id conſtat ex Catalogo eorum, qui ſupremo magiſtratu in Florentina Rep. functi ſunt

(2) Huic *Franciſco* tribuendum mihi videtur Opuſculum, quod extat in Archivo *Doniano* Florentiae cum hoc titulo, *Genealogia de' Re di Francia con una breve memoria delle loro principali azioni alla Sereniſſima Madama Criſtina di Lorena Gran Ducheſſa di Toſcana di Franceſco Doni. fol*

(3) Qua ratione Florentiae primum, exinde per alias Italiae urbes traditum fuerit Graecarum, Latinarumque literarum ſtudium, a nobis obiter demonſtratum eſt in T. I. *Specim. Hiſtor. Literar. Flor.* MDCCXLIX. pag. 59. ſeqq & pag. 70 & ſeqq.

(4) *Petrus Victorius* ſextum & octogeſimum aetatis annum agens, An. MDLXXXV. XIV. Kal. Ianuar. naturae conceſſit, ut ex *Iac. Aug. Thuani* Hiſtoria eruitur. Vide & Ep. *Franciſci* Nepotis ad *Franciſcum* Magnum Etruriae Ducem Epp. & oration. libris praefixam. In Templo S. *Spiritus* Gentilitio in ſepulcro conditus eſt vir pietate, & doctrina ſingularis: eo clar. hominum, atque ingens nobilitatis concurſus, honeſtandi funeris cauſſa, convenit, ubi e loco ſuperiore *Leonardus Salviatus* Eques Stephanianus verba fecit, *Victoriumque* laudavit ornatiſſima oratione. *Bocchius* vero duas orationes diſſimili argumento, diſſimilique ſtylo, eiuſdem rei cauſſa, conſcripſit, & ut typis impreſſae ederentur curavit. V. *Bocchium in Elogiis Florentinorum, Doctrinis inſignium Flor. apud Iunctas* MDCIX

(5) *Leonardus Salviatus* Eques Stephanianus adeo in ſcribendo materno idiomate polluit, ut Florentinus *Cicero* vulgo nuncupetur. Obiit, ſi fidem praeſtamus *Iulio Nigrio Iſtoria degli Scrittori Fiorentini; Ferrara* MDCCXXII. anno MDLXXXIX.

Lamens

Vincentius Borghinius [1] *Benedictus Varchius* [2] *Io. Bapt. Hadrianus* [3] qui egregiis ſtudiis immortale ſibi nomen compararunt,

V. Sed quoniam ea mortalium rerum conditio obtinet, ut nihil in ipſis ſit perpetuum, ideo, extinctis hiſce Florentinae ſapientiae luminibus, Academiae noſtrae fama aliquantiſper decrevit, donec eam *Io. Bapt. Donius* in priſtinum nitorem, veluti politioris literaturae anteſignanus, reſtitueret.

VI. Quin neque domeſtica incitamenta, ad bene de literis promerendum ei deerant. Etenim *Ludovicus Donius* [4] ea aetate editis operibus clareſcebat, unde a *Ludovico* XIII. Francorum Rege, non XIV. ut perperam *Nigrius* adfirmat [5], Regienſis Pontifex renunciari meruit.

VII. Virum quoque doctum, ac celebrem in patria a primis pueritiae annis commode nactus erat, *Marcellum* ſcilicet *Hadrianum*, *Ioannis Baptiſtae* filium, qui paternae, atque avitae gloriae non indignus heres, ſuperiore e loco politiores literas in Florentino Athenaeo publice ſumma cum lau-

Lamius vero in vita *Richardi* p. CIV. An. MDLXXXX. poſtquam Philippi *Saxetti* Goae in India, fato praerepti mortem, luculenta oratione defleverat, naturae conceſſiſſe adfirmat. Eius laudes *Petrus Franciſcus Cambius* Epicedio diſertiſſima, in Academia Florentina dixit. In Bibliotheca *Magliabechiana*, *Salviati* Autographus Codex extat, dignus profecto, ut heic deſcribatur. Continet autem, quae ſequuntur.

Rime del Cavalier Salviati.
Tavola di dette Rime.
Propoſte, e Riſpoſte di diverſi a Lionardo Salviati.
Tavola di dette propoſte, e riſpoſte.
Rime in burla di Lionardo Salviati.
Tavola di dette Rime.
Rime di diverſi a Lionardo Salviati.
Tavola di dette Rime
I Corbi del Varchi, e d' altri a Lionardo Salviati.
Lettera dedicatoria di Lionardo Salviati al Caro.
Tavola di detti Corbi.
Carmina diverſorum ad Leonardum Salviatum.
Index dictorum Carminum.

Nomina autem eorum, qui Tuſcanica carmina ad *Salviatum* ſcribunt, haec ſunt.

Benedictus Varchius, Alexander Caniſianus, Archiep. Beccatellus, Aſcanius a Ripa, Anton. Franc. Grazinius, Laſca dictus, Ioſ. Nozzolinius.

Sequuntur Carmina Latina ad *Leonardum Salviatum*, vel de *Leonardo Salviato*.

Varchi Epigrammata, & Diſticha, & *Ioannis Bapt. Hadriani* Phaleucium, quod eſt huiuſmodi.

Cur non gratuler uſque, & uſque vero
Salviate, tibi; tui quod aevi,
Primo tempore, floridoque vere
Tam docte, varie, ac pereleganter
Sermonis patrii nitente flore,
Copiaque bona, tuliſti ad aſtra
Garziam puerum, ſero peremptum
Fato; Principis, optimi parentis
Amores, Patriae decus ſupremum
Futurum, properas tuam referre
Quidquid dum eximiis tulis Priorum
Aetas, vel ſuperare. quem dolemus
Extinctum, atque dolebimus; levare
Nec quidquam poterit parum dolorem.
Quod tu flebilibus modis dolentes
Dolorem rapis ad novum, tot heu heu
Quum quaerent ubi ſint bona illa vera,
Et ſpes eximia, excitare fletum
Inſtas, & lacrymas vocas ocellis,
Arte neſcio, qua nova, modoque.
Tu ſolariolum dein dolori
Lingua idem bene comparas diſerta
Ingenii ſpecimen boni, ac benigni,
Artis, & ſtudii, ſed acrioris.
Ergo nos, bene, nomine hoc amici
Plurimum tibi iure gratulamur,
Laudamuſque pios tuos labores,
Pergaſque, ut decorare te rogamus
Stylo iſto patriam, decuſque Etruſcum.

[1] *Vincentius Dominici Borghini* Filius, vir incomparabili ingenii felicitate praeditus, Florentinae Hiſtoriae criticae inſtaurator appellari poteſt. Natus IV. Kal Nov. MDXV obiit, ut ex Titulo ſepulcrali patet, XVIII. Kal. Sept An. MDLXXX. unde per errorem legitur in eius Inſcriptione VIX. AN. LXIII. MENS. IX D. XX Vid. *Dom Mar Mannium Oſſervazioni ſopra i Sigilli Firenze* MDCCXL. T. III. pag 82

[2] *Ben. Varchius* humanarum literarum diligentiſſimus indagator non plane ſenex, vitam cum morte commutavit. Eius cadaver apud Camaldulenſem familiam quieſcit, & in marmoreo Tumulo, haec ferro inciſa eſt Inſcriptio.

D. O. M.

BENED. VARCHIO, POETAE, PHILOSOPHO, ATQVE HISTORICO,
QUI QVVM ANNOS LXIII. SVMMA ANIMI LIBERTATE
SINE VLLA AVARITIA, AVT AMBITIONE, IVCVNDE
VIXISSET, OBIIT NON INVITVS XVI. KAL. DECEMBRIS MDLXVI.
SILV. RAC. SACRAE EIVS AEDIS COENOBITA
AMICO OPTIMO F. C.

Eius Opera varia MSS. extare in Bibliotheca *Riccardiana* teſtatur Cl. *Lamius* in Vita *Richardi* Flor. MDCCXLVIII. pag. XI. & de eius ſtirpe, parentibus, ortu, patria, obitu plura habentur in Cod. XXVI. eiuſd. Biblioth. Plut. Q. Ord. IV

[3] *De Io. Bapt. Hadriano*, qui fatis ceſſit anno MDLXXIX. Aet. LXVII. & de *Marcello* eius Filio, qui obiit anno MDCIV. viris eruditione, & eloquentia conſpicuis fuſe egimus in Praefatione ad *Collectionem Veterum Monimentorum Arretii* MDCCL.

[4] Qua de cauſſa in Galliam *Doniorum* Gens commigraverit, innuitur ex libro, cui Titulus *La Toſcane Françoiſe par Jean Bapt. l' Hermite, de ſoliers Paris* MDCLXI *V. Doni*. *Ludovicus* vero *Donius*, liberalibus diſciplinis apprime inſtructus in Ordinem Minimorum adſcriptus fuit, in quo ſolidioris doctrinae ſpecimen edidit, quod vix annos XXIV. ſupergreſſus, ſui Ordinis hiſtoriam conſcripſit, & alia opera poſtmodum in vulgus prodidit. Tandem a Rege *Ludovico* XIII. in obſidione Rupellae ad Regienſem Eccleſiam evectus eſt III. Non. Octobris MDCXXVIII. Obiit anno MDCLXIV. Huius Antiſtitis praeclara geſta recenſentur a Cl. *Dionyſio Sanmarthano* in *Gallia Chriſtiana* Tom. I. pag. 413. ſeqq. Conſulendus etiam *Bertelius* in Hiſtor. Regienſ. Eccleſ. *Morerius*, V. *Doni*, *Niceronius Memoires pour Servir a l' Hiſtoire des hommes illuſtres a Paris* MDCCXXXIII. Tom. XXIV.

[5] *Nigrius* l. C. in V. *Ludovicus Donius*.

Digitized by Google

laude docebat (1). Sed omnium maerore, illo e vivis erepto, An. MDCIV. Bononiam, quae Parens, & Altrix bonarum artium habebatur, miſſus eſt (2), ut ibi prima literarum rudimenta perciperet. Exinde Romam petiit, ubi optima ſtudia florere ferebantur ſub Patribus S. I., e quorum palaeſtra complures tum Oratores, tum Poetae, qui poſtea alios docuere, tamquam e bonarum artium officina quadam prodierunt (3).

VIII. Itaque ſub *Tarquinio Gallutio* (4) *Bernardino Stephonio* (5) & *Famiano Strada* (6) Loiolitarum ea tempeſtate clariſſimis, Rhetoricae, ac Poeticae facultati operam dedit, adeoque avide arripuit, & ingenioſe percepit, quod diſcendum erat, ut pene puer aetatis vires, & docentium curam ſuperaret. Exarſit ille ad laudem ſua ſponte, animoque inflammato, mirabili quodam modo ſeſe impulit, ſimul ac ardua virtutis via demonſtrata eſt.

IX. In id enim ſuas omnes cogitationes intenderat, ut Latinos ſcriptores ſedulo, diligenterque percurreret, quoad fieri poterat, memoriae mandaret, & adnotationibus ſelectiſſimis locupletaret, ut videre eſt in adverſariis ſuis (7), quae adhuc poſt deplorandam *Donianae* Bibliothecae everſionem ſuperſunt. Praeterea Latine loquendi facultatem adſequi politiorem ſtudioſe curavit, ingeniumque in Orationibus, ac Poematis contexendis adſidue exercebat.

X. Ad Graecanicam vero literaturam quod attinet, maxime in eo elaboravit, ut tam praeclarae linguae cognitione, ac recta pronunciatione, multis factis obſervationibus potiretur, tum propter Poeſcos, & Hiſtoriae, quae ſuperſunt antiquiſſima monumenta, tum ob explicationem numiſmatum, & marmorum, quorum ſunt Graecae inſcriptiones, quibuſque illuſtrandis, ſuaviſſimum habuit, ſuam operam collocare, tum propter

 Phi-

(1) Succeſſit in publico docendi munere *Io. Baptiſtae Marcellus* F. eoque auſpice Florentina Iuventus multos annos Graecis, & Latinis literis operam dedit. Ei demortuo, in Eccleſia D. *Petri* iuſta fatis magnifice facta ſunt, eumque laudavit luculenta oratione *Averardus Medices* iuvenis nobiliſſimus Vide *Franc. Bocchium in Elogiis Viror. Florentin. doctrin. inſign*

(2) Ita idem I. B. *Donius* in *Ep.* ad *Thom. Dempſterum* Bononiam num 11 pag. 2. *Verum ne parum aeſtimare videar iſtam clariſſimam urbem, cui ſane non minimum debeo, quod in ea primis literis operatus ſum* In altera *Doni* ep. num. x. pag 16. *Roberto* S. Lutetiam, *quandoquidem vix undecimum annum compleveram, quum patriis laribus pedem efferre coepi, quod biennio ante faciendum mihi fuerat, ni materna pietas, & miſeratio obſtitiſſet.*

(3) Vrbis Gymnaſium, ſeu Romanum Collegium excitavit a fundamentis *Gregorius* XIII. An. MDLXXXIII. illudque Patribus Societatis Ieſu regendum dedit. ſubſtructionis vero tantus eſt ambitus, ut non una domus, ſed oppidum videatur. Aluntur heic einſdem Societatis Religioſi, & Profeſſores in unaquaque facultate quamplurimi, additus loco congruus, ab eodem Pontifice annuus Cenſus. Legitur mane, & veſpere miro auditorum concurſu, tunc praecipue ob Gymnaſii totius Orbis celeberrimi famam ex diverſis Italiae urbibus confluentium. V. *Theodorum Ameyden in lib. de pietat, Rom. Romae* MDCXXV.

(4) *Tarquinius Gallutius* S. I. Sabinus, natus eſt A MDLXXIV. Diu in Collegio Romano Rhetoricam docuit. Hunc multiplicis doctrinae virum, ſubſpexit Romana Iuventus, avide & hilariter audivit, & praecipue *Donius* noſter, cuius adhuc nonnulla habentur Poemata, & Epiſtolae eidem miſſae. In Ep. I. B. *Doni Alexandro Pollino* Romam, edita Epp. n v. pag. 9. haec leguntur: *Salutem meo nomine dices Tarquinio Gallutio, Famiano Stratae, Torquato de Cuppis, qui communes noſtri Praeceptores fuerunt*. Exceſſit *Gallutius* e rebus humanis v. Kal. Sextil. MDCXLIX.

(5) *Bernardinus Stephonius*. natione Italus, Patria Sabinus Romae Poeticam, & Eloquentiam annos plures profeſſus eſt. Mutinam exinde ſe tranſtulit, ut Sereniſſimi Mutinae Ducis filio primogenito pene infanti, univerſam operam ſuam, in dicendi arte tradenda, dicaret. Carus habitus eſt VI. Eidus Decembris An. MDCXX Laudavit hominem luculenta oratione *Io Bapt. Ferrarius* S. I. quae eſt XXXIII. voluminum orationum ipſius, & *Vincentius Guiniſius* eiuſdem Societatis, ea, quae inter Adlocutiones ipſius eſt decima. Legi *Doni* Epiſtolam Avarici Biturigum *Bernardino Stephonio ſcriptam*, obſervantiae plenam, qua ei validiſſimis rationibus ſuadet, ut velit ſuis in lucem edendis carminibus operam dare, eo quod futurum ſit hoc illi glorioſum, ceteris autem non parum adlaturum utilitatis. Vid. I. N. *Erythraeum in Pinacoth vir. ill part. I*

(6) *Famianus Strada* Romanus lucem adſpexit An. MDLXXII. Artis Rhetoricae per annos XV. publicus Romae profeſſor, Orator, Hiſtoricus, Poeta percelebris, ut ait *Leo Allatius in Apibus Vrbanis*, & *Nathanael Sotvellus* in *Bibliot. Scriptor.* S I. Obiit poſtridie Nonas Sept. MDCXLIX. Romae. Hunc vero sud ſſe *Donium* apparet ex Ep. qua ei opus ſuum de *Modis muſicis veterum* dono miſit, & eſt huiuſmodi in Autographo *Doniano*.

Al P Famiano Strada.

Quanto io mi pregio di eſſere ſtato Scolare di V. Rev. altrettanto conoſco di eſſere obbligato a riconoſcerla con que' pochi frutti, che eſcono dal mio debole ingegno, che fu già coltivato, e migliorato da lei. Per la qual coſa avendo io pubblicata una mia Operetta Latina ſopra l' Eccellenza dell' antica muſica, ho creduto dovergliela inviare un' Eſemplare, acciò, come mio Maeſtro gradiſca queſto piccol ſegno della mia oſſequioſa, et obbligata volontà, e mi favoriſca di correggerlo in qualche coſa col ſuo perfettiſſimo giudizio &c.

Videndum eſt ipſius *Famiani* reſponſum Ep. n. CLXIV. p. 234. ubi haec. *Riconoſco anche queſto tra le mie venture, che ella ſi compiaccia del titolo di mio Scolare &c*

(7) Extant prae reliquis Notae MSS Scholicae in *Horatium*, & *Suetonium* ab ipſo diligenter exaratae. Conſulenda eſt Ep. *Anonymo* ſcripta, vernaculo ſermone, inferius proferenda.

Philoſophiae, ac ſapientiae ſtudium. Quum vero magnis ingeniis ſolenne ſit, ut cito culturae fructus ferant, ideo noſter in ipſa adoleſceotia multiplicis eruditionis ſpecimina edidit. Duo enim Commentaria inchoavit, non eo tamen conſilio, ut lucem adſpicerent, ſed ut privatis exercitationibus ſuis prodeſſent, ac ut luculenrius comprobaret, ampliſſimum quemdam erudirionis campum a nemine adhuc, quantum ſatis eſſet, excultum, meditanri, ac proſpicienti ſibi dudum patuiſſe.

XI. *Epitbetorum Opus*, quod a *Raviſio Textore*, utili ſaue conſilio, ſed ſine delectu contextum habemus, auxit. Nam decem millia fere Epithetorum in eodem volumine ad marginem adnotavit, praeter innumera vocabula, ſuis ornanda epithetis, ab eo omiſſa, quae ſuis locis inſeruit: quam ſilvam inter legendum *Donius* contexuit, primo ex multis antiquis Poetis, cum Ethnicis, tum Chriſtianis, plurimiſque aliorum fragmentis, quos ille praetermiſerat; deinde ex nonnullis ſolutae orationis Auctoribus, veteribus primum, tum ex recentioribus aliquor, non quibuſcumque, ut *Raviſius* fecit, ſed ſelectioribus tantum, quorum poſteriorum (antiquos enim nimis longum eſſet eoumerare) haec ſunt nomina: in primis *Maphaeus Barberinus*, poſtea *Vrbanus VIII.* P. M. *Iac. Sannazarius*, *Hieronymus Fracaſtorius*, *Iul. Caeſar Scaliger*, *Ioſeph Scaliger*, *P. Bembus*, *Io. Caſa*, *Andr. Naugerius*, *Cerratus*, *Mutius*, *Aurelius*, *Palingenius*, *Palearius*, *Io. Cotta*, *Michael Hoſpitalius*, *Petrus Angelius*, *Andr. Alciatus*, *Marc. Ant. Muretus*, *Franc. Bucananus*, *Scaevola Sanmarthanus*, *Io. Loticbius*, *Io. Barclaius*, *M. Antonius Flaminius*, *Iac. Auguſtus Tbuanus*, *Hugo Grotius*, *Dan. Heinſius*, *Dominicus Baudius*, *Bernardinus Stepbonius*, *Tarquinius Gallutius*, *Remundus*, *Dionyſ. Petavius*, *Nicolaus Sudorius* (1).

XII. Neque hiſce contentus, maius aliquid praeſtitit; nam, non ſolum plurima malorum poetarum Epitheta delevit; ſed, ſi quod occurrebar, alicui adſcriptum, quod deinde ab aliquo, ſive ex veteribus, ſive ex ſupra memoratis ſcriptoribus uſurpatum comperiſſer, plebeio ſublato, probati poetae nomen repoſuir. Multa etiam, quae videbantur ex Graecis fontibus, commode derivari poſſe, huc tranſtulit; itemque complura ſynonyma, ad ſupellectilem poeticam locuplerandam adiunxit. Et licer in hac collectione, non parum temporis, ac laboris improbi inſumpſerit, haud ramen illum poſtea facti paenituit: etenim multo ſe in pangendis carminibus, uberiorem effectum eſſe ſenſit, ut ipſe teſtatur (2). Itaque nec ſine profectu haec ederentur, praeſertim, ſi quis brevem, quam *Donius* confecit, diſceptationem de Epithetorum uſu, illi praeponeret, rotumque opus in duas partes divideret; quarum prior adpellativa vocabula; poſterior, propria hominum, populorum (in quibus plurima *Textori* adiiciuntur) ſeu fluviorum contineret (3).

XIII. Heic quoque commemorandum occurrit *Phraſeologium Poeticum*, in quo ſelegit primum ex Parnaſſo, & ſimilibus eas phraſes, eleganrioreſque (qui enim vulgares, & paſſim occurrentes colligit, poeſeos ſtudioſum onerat verius, quam adiuvat) deinde ex aliis permultis auctoribus, non modo Latinis, ſed etiam Graecis, modum poetice loquendi ſublimiorem, uberrime locupletavit: nec rantum ex poetis, verum & ex pedeſtribus ſcriptoribus, nonnulliſque adeo parum vulgo notis, ut nemini forraſſe in menrem venerit, quidquam aliud hoc in genere ex iis excerpi potuiſſe (4).

XIV. His

(1) Id eruitur et Idea, ſeu deſignatione operum, quae partim *Donius* incepit, partim abſolvit edita primum a Cl. *Ant. Franc. Gorio*, *Donianorum* Operum ad Veterem Muſicam pertinentium Tom. I. pag. 181. *Editionis Florentinae Imperialis Typographiae* pag. 199.

(2) L. c.

(3) L. c.

(4) L. c. pag. 100.

XIV. His ſibi theſauris in Oratoria, ac Poetica facultate feliciter comparatis, ſtudiis, vigiliiſque deditus, & a ludis, ac voluptatibus, ſive natura, ſive inſtituto abhorrens (1), nihil fuit in antiquis Scriptoribus inſigne, quod non didicerit, nihil egregium, quod non cognoverit, nihil tam abditum, quod ſibi ediſcendum non putarit.

XV. Nunc vero poſtulari, exigique a nobis videtur, ut eius progreſſus, & omnem veluti viam ad percipiendas diſciplinas, demonſtremus. Vniverſam itaque Philoſophiam, ut ea ferebant tempora, perluſtrans, illius ſingulas quaeſtiones tanto ingenii acumine, *Torquato de Cuppis* (2) S. I. duce, ac praeceptore inſpexit, ſcrutatuſque fuit, ut quae in reconditis naturae arcanis optima ſunt, optime cognoverit.

XVI. Verum ſedulo animadvertens ad rectam cogitandi normam, naturamque ipſam penitus inveſtigandam, vix abſque Mathematicis ſpeculationibus, veluti quibuſdam ſapientiae alis, perveniri poſſe, dum Philoſophiae operam daret, *Euclidis* Elementorum (3) Sphaerae, ac Geographiae (4) exactiſſimam cognitionem ſub celeberrimo Profeſſore adſequi voluit, certus, Philoſophiam, atque Hiſtoriam, ſine illis adiumentis, obſcuram, & imperviam eſſe.

XVII. Ex optima adoleſcentis indole, vividoque ad diſcendum ingenio, maximam ſpem Pater ceperat, fore, ut per eum uberrimos exinde fructus ad rem domeſticam locupletandam, brevi perciperet, atque ut facilius voti compos fieret, eum, dum Muſis, & Philoſophiae incumberet, Iuriſprudentiae ſtudio addixit. Florentiam itaque accerſitus, ineunte anno MDCXIII. aetatis ſuae XIX. iubente Patre, paullo poſt in Galliam conceſſit (5). Heic quoque praeter peritiam Iuris, ſuaviores Muſae in honore erant, unde facile poterat *Donius* interponere Iuris ſtudio, rerum antiquarum perveſtigationem.

XVIII. Quapropter Menſe Maio eiuſdem anni, e Liburno, Thuſciae Portu vela dedit, ac duos circiter Menſes in itinere conſumpſit, quod non aliunde contigiſſe innuimus, niſi quod viatoribus Galliae Ciſalpinae iter, non ſine diſcrimine, exorto quodam tumultu, intercluſum eſſet (6), ut marinis aeſtibus, quam latronum inſidiis, ſe committere conſultius duxerit. Ideoque dum tumultus eventum praeſtolatur, ac triremium Praefectum (quod praecipue Genuae multis diebus illum detinuit) opperitur; dum navi incluſus, ſecundos aucupatur flatus, dum nonnullos contemplandis Galliae civitatibus dies impendit, ac multos Lugduni refocillando corpori concedit, irrevocabile tempus praeteriit, tandemque XIV. Kalendas Iulias eiuſdem anni MDCXIII. Deo favente, Avarici Biturigum ſubſtitit (7). Heic in aliquot men-

(1) En eius verba in dedicatione Onomaſtici ad Card. *Franciſcum Barberinum* „ *A primis enim annis, ſtudiis, ac vigiliis deditus, & a voluptatibus ſive natura, ſive inſtituto abhorrens, legitimum illum ſcientiarum, ac iuriſprudentiae curriculum ſub optimis Magiſtris, in celeberrimis Academiis abſolvi, nulliqne ſumptui umquam peperci, quo eas omnes facultates condiſcerem, quibus honeſto loco natis ornamenta vitae quaeruntur, praeparatique aditus ſolet ad publica munera cum laude, ac dignitate obeunda* „

(2) *Torquatus de Cuppis* fuit patria Romanus, Philoſophiae ac Theologiae olim Romae Profeſſor, obiit XII. Kal. Sept. MDCLVII. v. *Sotvel* L. c. Eius Philoſophicus curſus a *Donio* exſcriptus extat, illumque, uti ſuum Praeceptorem nominat in Ep. ad *Alex. Pollinum* tom. v. pag. 9.

(3) *Donius* in Ep. Anonymo ſcripta, quam inferius proferimus „ *In Roma medeſimamente il ſecondo anno della Filoſofia, feci ſtudio ſopra i primi libri di Euclide, e ſopra la ſfera coll' aiuto di un famoſo Maeſtro* „ In citata idea, ubi de Muſica contemplativa ſe nihil proditurum ait, haec leguntur „ *Licet ei, qui Euclidem in Scholis audivit, hanc etiam intelligere proclive ſit &c.*

(4) In Ep. cit. Anonymo ſcripta „ *Tra le ſcienze, e facultà ſubalterne alla Mattematica, ſino dalla fanciullezza ho atteſo molto alla Geografia, nella quale mi pare d'aver fatto non mediocre acquiſto* „

(5) Ita in Ep. Anonymo ſcripta, quae inferius occurrit.

(6) Vid. *Lud. Ant. Muratorium Annali d' Italia* ſub hoc Anno.

(7) *Io. Bapt. Donius* ita iter ſuum deſcribit in Ep. ad *Tarquinium Gallutium* praeceptorem ſuum, quam heic publici iuris facimus.

Io. Bapt. Donius Tarquinio Gallutio e Soc. Ieſu

S P D

Quod Florentiae cognovi, te literas meas ex Gallia expectare, pro iis praeſertim, quae tibi me devinciunt meritis, hoc tandem diutius debere nolui; quamvis fortaſſe tardior videri poſſim, qui humanitate tua, ſatis mihi perſpecta, fretus, putavi, fore ut gratiores acciderent, quae tibi inopinan-

menſes Alumnorum Collegium ingreſſus, ſtudium humaniorum literarum, haudquaquam longo intervallo a ſe intermiſſum, cupide per annum integrum renovavit, atque in ea urbe doctiſſimorum hominum plena, ac liberali-

nanter, nihil tale de mea ignavia ſuſpicanti, redditae fuiſſent &c. Quod ad me, meaque attinet, ſi, quando novus Biturigum incola factus ſim, requiris, ſcito, me XIV. Kal. Iulias heic longum & diuturnum iter concluſiſſe, moleſtum autem non item. Duos enim circiter menſes in itinere conſumpſi; quod non aliunde contigit, niſi quod, quum viatoribus Galliae Ciſalpinae iter non ſine diſcrimine, hoc ſuperiori tumultu intercluſum eſſet, conſultius fuit marinis aeſtibus, quam ſicariorum ſe committere inſidiis. Itaque dum tumultus eventum praeſtolamur, dum triremium praefectum (quod praecipue Genuae multis diebus nos detinuit) opperimur, dum navium repagulis incluſi, ſecundos aucupamur flatus, dum nonnullos contemplandis Galliae civitatibus dies damus, dum multos Lugduni relaxationi corporum concedimus, irrevocabile tempus praeteriit. Tandem huius Vrbis adſpectu, deo favente, potitus. Heic vero in aliquos menſes Collegium Convictorum ingreſſus ſum, ubi praecipuam operam in Rhetorica facultate & literis Graecis impertior. Proximo autem anno ſpero me auguſtum Iuriſprudentiae Sacrarium aditurum, praeeuntibus mihi (narro tibi) non mediocribus, nec vulgaribus huius urbis Iuriſperitis. Sequenti autem menſe haud ſcio, an heic ſim futurus; non enim adhuc decrevi, an mox Pariſios, quo me cognatorum meorum humanitas, ut vacationum ferias iucundius tranſigam, invitavit; non magna enim mihi adhuc cupiditas inceſſit viſendi Galliam Celticam, quum fermo me iſtius veſtrae, quam multi mihi invident, fruitio ſaturaverit, licet puſillos heic lares, non veſtra Mauſolea & Amphitheatra ſuſpiciam. Sed hoc me recreat, quod aliquanto meliori loco heic mihi poſitus eſſe videar. Atque res me admonet, ut quid mihi Gallia viſa ſit, & haec Biturigum urbs, tibi indicem. Sane regione hac non mediocriter delector; nam & quod vulgo auditur, id ipſum experior, provinciam eſſe, & ingeniorum, & frugum uberrime feracem, humanitatem autem in his hominibus non affectatam nactus; quae omnia praeſtant, ut ſi non omnino alacriter, certe at non ſine aliquo ſolatio a patria, & iſtinc, tuoque imprimis colloquio, & iucundiſſima conſuetudine ſeiunctus ſim. De Gallorum autem ingeniis, ut quidem tam anguſto tempore coniecturam facere potui, ſic ſentio, acuta ea quidem, & praeſtantiſſimarum facultatum capacia, non ea tamen praedita profunditate, qua noſtri homines mirifice excellunt. Hoc inde collegi, quod, ut tute optime ſcis, ad ſermonis Latini feſtivitatem, quam maxime affectant, & veterum inſtituta, & ad totum id genus eruditionis probe tenendum mirifice a natura facti ſunt: fruſtra autem remis veliſque conantur Italorum in ſoluta oratione facundiam, & in poetica facultate lauream promereri. Subinde enim argutum aliquod acroama, belloſque libellos doctis floſculis adſperſos videre contigit; poema autem, aut orationem aliquam, quae ad multorum, qui iſtic ſunt, maieſtatem accedant, nequaquam audivi, aut legi, nec porro huius rei me compotem futurum ſpero. Sed quid ego iſta ad te? Sus Minervam. Scire autem te volo, cum tuis, & Ber Stephonii rebus apprime delectarer, nihil aliud mecum tuliſſe, niſi Stephonii Criſpum, & Flaviam, *Orationemque funebrem* Delphini, *alteramque tuam Orationem funebrem, (quam magni muneris loco a te Romae accepiſſe memini) & praeterea aureum illum tuum libellum, qui praecipue mirificas tubas concitat. Nemo eſt qui quum ea viderit, non ſummopere laudet: quidam autem nihil ſibi elegantius viſum fuiſſe dicunt; quibus licet multi inhient, ea tamen numquam mihi involari, vel ex manibus elabi ſinam. Vtinam feciſſet Deus, ut quamplurimi huiuſcemodi pignoribus diſcedenti mihi praeſto fuiſſent; certe non dubitaſſem animoſior Gallias attingere. Iis tamen, quae habeo, cave credas, quicquam eſſe gratius, cum propter eorum elegantiam, tum vero quod, quum ea perlego, tecum loqui abſente, ipſum oculis intueri, ſermonis tui ſuavitate perfrui arbitror. Itaque ſi adhuc quicquam (ut ſpero) ex veteri illa tua erga me benevolentia retines, obſecro te, ut aliquid mihi de veſtro Muſarum penu tranſmittas, ut moleſtiam, quae me ex noſtra disiunctione afficit, hoc munere levare poſſim. Velim igitur, ut aliquid ſelectorum carminum ex veſtrorum ſodalium operibus, praecipue ex tuis, &* Stephonii, *praeſertim eius Odis, & Endecaſyllabis ad me mittas. Id, ut arbitror, non difficile erit; quotidie enim aliquos tuos familiares hoc decedere arbitror, quibus hoc tuo iure committere poſſis, praecipue Lugdunum euntes, qui ſi hoc in* Galilaeorum *domo, qui res meas in hac provincia procurarunt, deponant, affatim mihi ſatisfactum arbitrarer. Sic ergo velim exiſtimes, hoc munuſculum ſi ad vetera tua erga me merita accedat, tum tibi, ut cui maxime devinctus ſim, in poſterum mirificam benevolentiae acceſſionem factum iri: quod ut diligenter, & quamprimum praeſtes, ita a te flagito, ut maiore ſtudio, magiſve ex animo flagitare non poſſim. Certe haud paullo iſtarum rerum cupidior, ex quo Roma diſceſſi, factus ſum. Scitum eſt enim, & meo malo comprobatum, iucundiora videri quae amiſſa ſunt; ſed, ut vetus eſt verbum, ſero ſapiunt Phryges, hanc cupiditatem iis, quae habeo, legendis utcumque expleo: benevolentiam autem, & opinionem de te meam, gloriaeque tuae, etiam te invito, deſiderium, ut poſſum, teſtor de te percontantibus, ſerio, &, ut ſentio, eximie, ſcilicet te celebrando: & ſi, quod molior aſſequi poſſum, curabo etiam, ut ille tuus numquam ſatis laudatus liber typorum opera, vel heic, vel Pariſiis in lucem & in conſpectum prodeat literatorum. Quod reliquum eſt, veteribus meis ſtudiis mediocrem novo operam; linguam autem Gallicam, non, ut ſperabam, in meam familiaritatem allicio; nam ego aliquid τῆς δυσκολίας & illa, ut mihi videtur aliquid τῆς δυσχερείας, credo homini Italo & Romano (nam talia vulgo audivi) morem gerere gravatur: certe ego non me ei praeſto aſſentatorem; nam ubi mihi ſe moroſam praeſtat, ad Latinam provoco, qua aſſidue utor, ut nunc vere mihi videar eſſe in antiquo Latio; & hoc ἦθος καὶ νόμος caſte ab his adoleſcentibus ſervatur. Ceterum heic novi nihil, niſi triſtia audire velis. Nuper enim luculentis & diuturnis pluviis rigati ſumus, non ſine aſperis tempeſtatibus, & fulminibus, a quibus quidam tacti ſunt, in iiſque quidam etiam ex noſtris ſodalibus, non ineruditus adoleſcens, in quem hoc Epitaphium, quod ſubiectum vides, ſcripſi, quum id pro ſcholaſtico penſo quodam die praeſcriptum reddidiſſem, ut hinc me rediiſſe in gratiam cum Muſis cognoſcere poſſis, quae quidem carmina inter multiplices occupationes effluxere verius, quam excogitata ſunt. Sed iam tempus eſt colligendi vela. Neſcio quo pacto me longius, quam rebar, cupiditas tecum (ut tempus fert) colloquendi protraxit. Quod extremum te flagito, hoc eſt, ut ſi me reſponſione, qua nil gratius accidet, dignaberis, aliquid novi, etiam de minimis rebus, ſi aliud non ſuppetet, ad me perſcribas, & multum a me ſalvere iubeas* Alexandrum Pollinium, *&* Franc. Mariam Carduccium, *ſi adhuc Romae ſunt; nec minus ſalutem meo nomine impertias velim* P. Torquato de Cuppis, Valentino Mangionio, Ioſepho Caſtelnovo, *reliquiſque, quibus me ob eorum merita devinctum eſſe ſcis, ſed praeſertim* Bernardino Stephonio, *quo viro (quoniam de eo mihi tecum obtigit mentio) cave credas, quemquam me praeſtantiorem vidiſſe, aut viſurum arbitrari, qui ſi ingenio obſequi vellet, ad omnia ſumma natus, & ad cohoneſtandam cum primis, ſcriptis ſuis veſtram ſodalitatem; cui, ut apud eum plurimum potes, aſſiduos ſtimulos ſubiicias velim, nec eum in otio langueſcere ſinas, ut aliquando ad praeclarum aliquod opus pangendum animum adiiciat. Mirum enim quanta angar ſollicitudine, quum eius ſcripta evolventi in mentem venit, tantum aetatis adhuc eum per otium praeterire ſiviſſe, qua mirandum in modum Remp. literariam ditare, ſodalitatem veſtram illuſtrare, recentioribus palmam poeticae, praeſertimque in Tragico genere praeripere, veterum ipſos principes laceſſere potuiſſet. Cave ergo, ne, ſi quid ab ipſo in hanc partem peccatur, te ipſum eruditorum querelae in iſtius criminis ſocietatem vocent. Vale.*

ralibus artibus adfluenti, recens a divino *Cuiacio* [1] illuſtrata, aliquot annos commoratus eſt.

XIX. Philoſophiam ibi univerſam, quam Romae perceperat in compendium redegit, carmina plura feliciter ſcripſit [2], veteres Poetas, & fere pomeridianis horis, inter domeſticorum ſtrepitus, & amicorum interpellantium *ἀκαιρίας*, lectitavit [3], ac linguas Gallicam, & Hiſpanicam ſibi familiares fecit [4]. Graecae autem ſtudioſiorem operam impendit ob varias Conſtitutiones Graecorum Imperatorum, ipſamque iuris originem, quae ad Graecos fontes refertur.

XX. Praeterea ſub Cll. Iuriſperitis per quinquennium, ad annum videlicet MDCXVIII. in Iuris utriuſque facultate adquirenda ſe mirifice exercuit [5], & contempta forenſium rabularum garrulitate, incredibili cura, & labore, veros ſingulis in legibus ſenſus, conſentiantne, an ab aliis legibus diſcrepent, num lex, legem abroget, ſubtiliter expendit, ac ſelectiſſimas, quae in iiſdem continentur antiquitates ſedulo perquiſivit.

XXI. Interea parentum conſilio in Italiam revocatus eſt anno MDCXVIII. Quapropter amicis, qua coram, qua per literas ſalutatis, ineunte vere, e Gallia diſceſſit. In reditu paululum Lugduni commoratus, voluit de facie cognoſcere *Gaſparem Mornieu* [6], quem dignitas, quam gerebat ampliſſima Conſiliarii in ſubſelliis Praeſidis Lugdunenſis, & omnigena eruditio, & integritatis fama plurimum commendabat. Vbi vero Florentiam venit, ad *Tarquinium Gallutium* praeceptorem ſuum humaniſſimas literas dedit, quibus adiunxit Poematium de *Ludo Follis*, nondum ad plenam maturitatem perductum, eumque de ſuis in Gallia poeticis exercitationibus certiorem fecit [7], grato profecto, ac memorabili in veteres praeceptores exemplo [8]. Inſuper quum ab eo amici expoſtulaſſent, ut ſi quo pacto efficere poſſet, pentametros alternatim dictionibus polyſyllabis, diſſyllabiſque concluderet, id ipſe novum arbitratus, *Gallutium* interrogavit, ut quid ſentiret de huiuſmodi carminis genere, quidve accuratius tractari poſſet, amice ſignificaret [9].

XXII. Hoc eodem anno in Piſana Academia ab *Alexandro Puccinio*, Piſano Profeſſore, Iuris utriuſque lauream obtinuit [10] eaque fortaſſe occaſione,

(1) *Iacobus Cuiacius*, magnum non ſolum Galliae, ſed univerſi Chriſtiani Orbis, in quo literae, & Iuriſprudentia vigent ornamentum, & a ſummis Iuris conditoribus interpres primus, & ultimus. Avarici Biturigum Cuborum, ubi docebat, optime meritam de republica animam Deo, a quo acceperat, pie reddidit IV. Kal. Octobr. A. MDXC quum LXVIII annum ageret V. *Iac. Aug. Thuanum Hiſt. libr. XCIX. & I. Gravinam De ortu, & progreſſu Iuris Civilis cap.* CLXXX.

(2) Ita in Ep ad *Tarquinium Gallutium* Praeceptorem ſuum ep III. pag 3. Confecit inſuper librum, qui inſcribitur: *Synopſis Vniverſae Philoſophiae P. Torquati de Cuppis, communes in locos digeſta, Io. Bapt. Doni Florentini. Avarici Biturigum MDCXV.*

(3) In Ep ad *Gallutium* ſupra adlata haec de ſe tradit.

(4) In Ep. Anonymo ſcripta „ *La curioſità mi a traſportato a procacciarmi qualche cognizione confuſa d' alcune altre facoltà, ancor eſſe lodevoli, come ſarebbe l' Iſtoria Naturale, comprendendo l' Iſtoria continuata, o la Poliſtoria ſotto gli ſtudi di Vmanità, la Cronologia, la Lingua Spagnola &c* „

(5) In Archivo *Donianae* Familiae extat Opuſculum *Io. Bapt. Doni* cum hoc titulo „ *Adverſaria Iuris tum Civilis, tum Pontificii in locos communes digeſta Avarici Biturigum MDCXV.* De his vero ſtudiis agit in *Prolegom. ad Onomaſtic ſeu Pandectas*, & in cit. Ep. Anonymo ſcripta Praeterea in *Commentario de Lyra Barberina* cap. V. in fine, ubi de Batrachiſmo loquitur „ *tantoque magis id veriſimile ſit, quod ingenioſum hoc machinamentum recentiorum non nemini ſuboleviſſe video. Berterio ſcilicet cuidam Tholoſano, viro ſplendido, Mathematicis ſtudiis apprime dedito, qui Avarici Biturigum (ubi complures annos Iuriſprudentiae operam dedi) eiuſmodi Vaſculi auxilio. Chelonidis Hiſpanicae reſonantiam conſque augebat, ut qui organum ignorabant (omnes videlicet) prorſus obſtupeſcerent.*

(6) Huc referenda eſt Ep VI. pag. 10. *Io Bapt. Doni, Gaſpari Mornieu* Lugdunum, in qua haec leguntur „ *non facile dicam, maiorem ne ſenſerim voluptatem, quum in amicitiam tuam, nullo meritorum meorum ſuffragio, ſum admiſſus, an acerbiorem moleſtiam, quum vix degustata dulcedine doctiſſimarum collocutionum, in quibus doctrina tua cum humanitate certat, abrumpi in Italiam accitu parentum diſcedendum Lugduno fuit, ubi &c.* „

(7) Conſule Ep. *Tarquinio Gallutio* miſſam num. III. pag 3.

(8) Gratus vixit *Donius* ſuis praeceptoribus, unde ſemper honorifice de Ieſuitis loquitur: exemplo ſint verba in Ep. ad *D. Petavium* num. XIV. pag. 24. „ *Sic enim velim exiſtimes me Ordini veſtro ita eſſe ſummis beneficiis obſtrictum, ut eum plurimum amem* „

(9) L. c. pag. 4.

(10) Id ex eiuſdem Academiae albo deprehendimus.

ſione, cum doctiſſimo *Thoma Dempſtero* a *Murek* Scoto (1), arctiſſimo amiciriae vinculo iunctus eſt. Sed quum id aetatis eſſet, ut certam aliquam vitae rationem ingredi cogeretur, conſtituerat Pater, adhibitis in conſilium familiaribus, atque amicis, ut Iuris conſultum ageret.

XXIII. Id ubi *Donio* innotuit, incredibile dictu eſt, quo maerore afficeretur, quantaque ſedulitate curaverit, ut a ſe huiuſmodi malum omen averteret. Itaque conſilium ſuum Patri, antequam e Gallia diſcederet, aperuerat, illique ſuaſerat, ſe Piſis Graecae Linguae Cathedram facili negorio conſecururum. Quapropter multa, nec protrita, nec aliunde conquiſita de trium linguarum recta pronunciatione, nempe Hebraea, Graeca, & Latina, ab aliquot annis acri obſervatione in volumen redegerat (2). Ar licet Pater, egregiae Iuvenis voluntati obſiſtere minime videretur, imperiri tamen affines, omnem moverunt lapidem, ne poſthabita faciliori, & tutiori via, ad divitias congerendas, Iuriſconſulti munus contemneret: obſtabat tamen *Baptiſta Donius*, adfirmabatque, nullam animi ſui ὁρμῇ vim eſſe inferendam, qua ſe non ad legum inſtituta, ſed ad omnigenae eruditionis theſauros comparandos ferri, praecipiri quodam impetu, dudum ſeoſerat (3).

XXIV. Ad-

(1) Vir fama nominis, & eruditionis celeberrimus fuit *Th. Dempſterus* natus in Scotia x Kal. Sept A. MDLXXIX. Multarum Europae Academiarum Profeſſor, Tornacenſis, Toloſanae, Pariſienſis, Piſanae, ac Bononienſis denique, ubi diem ſuum obiit VIII. Kal. Sept. MDCXXV. Eius Opera recenſentur in *Praefatione Vol. I. Etruriae Regalis Flor. MDCCXXIII fol.* Potuit etiam cum eo amicitiam *Donius* inire Romae, dum ſub *Bernardino Stephonio*, humanis literis operam daret & ipſe *Dempſterus*. *V Niceron Mem. pour ſervir a l'hiſt. des Hommes illuſtres T XXVIII.* Sed quicquid ſit, ita *Donius* de intima cum eo familiaritate loquitur in Ep. data Florentiae Io. Non. Nov. MDCXXIX num. II. pag. 6. „ *Gratulandum tibi quoque intelligo, quod nactus es aliquando theatrum (Bononiam ſcilicet) dignum ingenio tuo, praeſtantia literarum tuarum, in quo non novitius, ſed ut veteranus, & exercitatus pulcerrime auctor ſtare poſſis, mirificoſque plauſus ſolemniter aucupari. Hoc officium, quantulumcumque illud eſt, homini amiciſſimo non exhibere „ crimen erat &c.* „

(2) In Ep. data *Nic. Rigaltio* A. circiter MDCXXII. num IV. pag. 4. „ *Molior Συνταγμάτιον de pronunciatione linguarum Graecae, & Latinae, quem ad uſum multa ab aliis, minus obſervata, nec valde protrita curioſe collegi, quo in opere, vereor, ac tum Salmaſio noſtro convenire poſſim.* In Ep. data anno circiter MDCXXII *Alexandro Pollinio* pag. 7. „ *Quid agam fortaſſe requires? Scito me ordiri Συνταγμάτιον de pronunciatione linguae Graecae, & Latinae, in quo obſervationes quaſdam minime protritas, nec aliunde conquiſitas, praeſertim ex comparatione aliarum linguarum, quas οὐ πάρεργον collegi. Si Deus adſpirabit, hac aeſtate in iuſtum libellum redigam &c* „ Idem pollicetur in Epiſt. data A. MDCXIX. num. VI. pag. 10 *Gaſpari Mornieo* Lugdunum „ *Humanitas iſta tua, fiduciam mihi fecit rogandi, ut Henningi Reunemanni de recta pronunciatione linguae Latinae (de qua, & de Graecae prolatione Συνταγμα iamdiu molior) mittere ad me velis &c Specimen &c.* „

(3) Id patet ex ſequenti Epiſtola, quam autographam, inter alias *Doni* invenimus: cui vero, & quo anno illam ſcripſerit, plane ignoro „ *Eſſendo ſul punto di riſolvermi a pigliar qualche impiego di quei che più ſi convengono al genio, o ſtato mio, per mettere in pratica quel poco di ſtudio, che infino adeſſo ho fatto nelle buone lettere, in ſervizio del pubblico, et avanzamento mio proprio: et eſſendo queſto partito di tanta importanza, e dal quale dipende ſi può dire, ogni mio bene eſſere, et di tal difficoltà, quale eſſer dee in una delle più neceſſarie deliberazioni della vita umana; perciò ho preſo queſto ardire di proporre ſi fatto tema a VS. eſſendo certo, che niuno di lei, o più prudentemente ſopra ciò avviſar potrebbe, o più ſinceramente altrui conſigliare &c Però ſe forſe troppo ſuperfluamente gli veniſſi ad annoverare quel che inſino adeſſo mi par d'avere affaticando imparato, ſi potrà benſſimo aſſicurare, che non già ſpinto da baldanza, o oſtentazione alcuna (che in vero ſarebbe mal fondata) ma ſolo da deſiderio, ch'io ho, che la riconoſca quel tanto, in che io poteſſi fare aſſeguamento alcuno, mi ſon meſſo a dimoſtrargli quel poco acquiſto, che ho fatto nelle lettere, che è tanto minore, che non dovrebbe, quanto più grandi n'ho avute l'occaſioni, e comodità, non avendo in ciò mio padre perdonato a ſpeſa, o fatica veruna. il quale (per farla corta) doppo ch'io ebbi finito lo ſtudio di Filoſofia, volſe mandarmi in Francia a ſtudiar leggi, con tutto che più inclinaſſi di ritornare a Roma per ſtudiarvi ancora un anno Rettorica con ſperanza di far maggior acquiſto in eſſa per eſſer fondato in Filoſofia. Ma in Francia ſe bene il mio principale Studio avrebbe avuto a eſſere quel delle Leggi, nondimeno tirato dal mio genio, più fatica ho forſe meſſo negli altri ſtudii, o facoltà, che in eſſe leggi, alla teorica delle quali ho più toſto atteſo, et all'intelligenza de' teſti, et antichità, che ſi trovano in eſſi (come s'uſa in quel regno) che alla pratica, o uſo del foro, il quale in oltre è diverſiſſimo dal noſtro Ma oltre queſto mediocre ſtudio delle leggi, e 'l corſo di Filoſofia, che mi par d'aver fatto ragionevolmente, mi ſono impiegato aſſai in una eſattiſſima notizia della lingua Latina, così intorno all'intelligenza de' buoni autori, come alla conoſcenza di tutte le proprietà di eſſa inſino all'ultime minuzie, et vocaboli ſpecialiſſimi, & principalmente intorno alle antichità, et riti antichi; et circa il comporre in proſa, et in verſi (che ne ſoglio fare non al tutto invitis Muſis) quantunque per molt'anni addietro non mi ſia in ciò molto eſercitato, tuttavia m'è rimaſta aſſai facilità, principalmente intorno alla purità della lingua, biſognandomi ſcrivere nell'uno, o nell'altro modo, non credo che mi aveſſi da vergognare di neſſun'altro di mia età. In Roma medeſimamente il ſecondo anno della Filoſofia feci ſtudio ſopra e primi libri di Euclide, et ſopra la sfera con l'aiuto d'un famoſo maeſtro, nel quale ſtudio per quanto m'era conceſſo dal tempo, m'eſercitai quanto neſſun'altro de' miei condiſcepoli; tra le ſcienze, o facultà ſubalternate alla Matematica, inſino dalla fanciullezza ho atteſo molto alla Geografia, nella quale mi pare d'aver fatto non mediocre acquiſto. Nella lingua Greca, nella quale mi vo tuttavia perfezionando, ho fatto un ſtudio particolare; e queſto è che mi ſono aſſuefatto a pronunziarla, come s'avrebbe a pronunziare, o come facevano gli antichi, ſecondo che, da quel che ne ſcrivono e' dotti, ho potuto apprendere, ſe bene in qualche coſetta ſon differente da loro: e queſta diligenza non ſo, che altro l'abbi meſſa in pratica, da che la lingua, o l'uſo di eſſa s'è corrotta in quà. con tutto che e dotti abbino riconoſciute, che di gran lunga s'era diſmeſſo l'uſo di pronunziarla bene, come accade anco alla Latina: et ciò ſpero eſſermi aſſai felicemente ſucceduto, maſſime con l'aiuto della Franceſe, la quale mi ſon reſo familiare, quanto la materna.*

E pe-

Digitized by Google

XXIV. *Donium* itaque ab Iuriſconſulti munere obeundo revocabant, adverſa voluntas, anteacta ſtudia, quibus vale dicendum erat, imbecillae corporis vires, quae a labore, qualis in hoc ſtudii genere requiritur, omnino abhorrebant; quamplura quoque volumina, quorum barbariem, perplexitatem, λεπτολογίαν, & περὶ τῆς ὄνου σκιᾶς rabioſam diſputandi contentionem, homo literis innutritus, dudum faſtidiebat; praeſertim quum barbaros illos pragmaticorum commentarios volutando, nonnihil facultatis nitide, & caſtigate dicendi, quotidie ſibi deteri animadvertiſſet.

b. XXV. Hi-

E però deſidererei ſommamente di rivocarla in uſo, inſegnando detta lingua a giovani Fiorentini, che voleſſero attendere: eſſendo certo di due coſe, cioè che così fatta pronunzia è fondata ſopra ſaldiſſime ragioni, e non difficili a eſplicare: e quel che più importa, facilita grandemente l'acquiſto di eſſa lingua, per torſi via col mezzo di eſſa moltiſſime anfibologie, che cauſano grandiſſime confuſioni; ma in queſto, e altro, mi regolerò col parere e conſiglio di VS. La curioſità m'ha traſportato a procacciarmi qualche cognizione confuſa d'alcune altre facoltà ancor eſſe lodevoli, come ſarebbe l'iſtoria naturale (comprendendo l'iſtoria continuata, e la polyiſtoria ſotto gli ſtudi d'umanità) la Cronologia, la lingua Spagnola, che intendo aſſai ragionevolmente. Ma per venire al punto della difficoltà, tanto più ho fatto a ſicuità in perdere tempo in così fatte coſe, quanto laſino da fanciullo mi ſon conoſciuto poco atto, e manco inclinato all'avvocare, maſſime ſecondo lo ſtile, che s'uſa in Firenze; al quale meſtiero eſſendo da' parenti conſigliato ad applicarmi, che di ciò n'anno anco conferito con mio padre, avei potuto facilmente con vive ragioni ſcuſarmene con eſſo loro, ſe aveſſi voluto venire a queſti particolari, come lo fo confidentemente con VS. Ma intorno a queſto l'ha da ſapere, che innanzi ch'io tornaſſi di Francia, ſcriſſi a mio padre, che ſe a Piſa fuſſi per ſorte vacante una lettura di lingua Greca, avei volentieri applicato l'animo a domandarla. Per tanto mio padre, quantunque per il paſſato creduto ſi fuſſe ch'io mi fuſſi interamente diſpoſto ad eſercitare a ſuo tempo le leggi, nondimeno arebbe anco lui, condiſceſo all'inclinazion mia, ſe non che quaſi tutti e parenti, e amici noſtri a lui, et a me poi fecero grandiſſima inſtanza, ch'io non laſciaſſi da banda la più certa, e più ſicura parte (come dicevano) per la più incerta, e inutile: e che non c'era oggidì altra via da tirarſi innanzi, e avanzar le coſe ſue, che la via delle leggi. Al che m'occorre lo contrario, che molte coſe ſono univerſalmente più utili e migliori, che in queſto, e quel particolare, per qualche cauſa ſpeciale, fanno il contrario effetto; e faria ſuperfluo allegarne gli eſempi a VS. E poi chi non ſa, quanto poco metta conto il voler sforzar talmente la natura, e diſpoſizion altrui, che eſſendo atta a fruttificare in qualche maniera, ſi voglia coſtrignere a fare frutti in un modo del tutto contrario, come chi voleſſi, che le piante, che ſi compiacciono di luoghi montuoſi, e alpeſtri, germoglìaſſero ſimilmente in baſſi, e pantanoſi; e per il contrario quelle, che ſolo di umidi e aquatici ſi dilettano, ſopra alti, e aridi colli creſceſſero al pari? Ma perchè mi ſi potrebbe addimandare, per qual cagione tanto ſei alieno dall'eſercizio dell'Avvocato? fa di meſtieri, che lo ſpieghi a VS. con quella ſincerità, ch'io ſon ſolito, e che la ſua benignità par che richiegga. L'eſercizio dunque dell'Avvocato a' tempi, e paeſi noſtri ricerca ſenza dubbio una compleſſione robuſtiſſima, e quaſi infatigabile (parlo di quelli che vorrebbono fare più che ordinaria paſſata) e di poi una memoria feliciſſima, come pare ch'accenni Cicerone, poichè ha laſciato ſcritto, ch'egli deſiderava la memoria de' Giuriſconſulti; e pure al tempo ſuo le leggi, et i volumi Legali non erano arrivati a queſta immenſità, e confuſione: ma io per il contrario ſono di natura più toſto delicata, e più ſana, che gagliarda, di memoria poi (forſe per non l'aver per molti anni eſercitata) non più che mediocre: di più ho tanto a nauſea lo ſtile degli ſcrittori barbari (quali ſono per la più quei, de' quali ſi ſervono e noſtri Avvocati) che con grandiſſima difficaltà mi c'arrecherei a leggerli, non che a rivolgergli giorno e notte. In oltre quel fondarſi che fanno e' giudici in ponderare le cauſe degli Avvocati, ſolo nel numero degli autori allegati, fa ch'io non mi potrei diſpenſare di non avere a durare una fatica infauſta per moltiſſimo tempo a leggere gli autori, che ſono in uſo, forſe con pericolo di rovinarmi la ſanità, innanzi ch'io fuſſi buono a qualche coſa, e aveſſi acquiſtato qualche credito; oltre la ſpeſa grandiſſima, che ſi richiede fare d'innumerabili volumi, e 'l gran numero d'Avvocati, che c'è: di modo che la ſpeſa, e ſtenti ſono certi, e la ſperanza, e profitto, è incerto, e variabile. A queſto s'aggiugne, che mi parrebbe d'aver gettato via le fatiche de' miei migliori anni, ſe niente m'aveſſero a ſervire; poichè per ſeguitar la pratica di queſti noſtri Avvocati, oltre un mediocre giudizio, al parer mio non ſi ricerca altro, che un poco di lingua Latina, tale, e quale, e pratica dell'Inſtituta, che tanto l'intelligenza de' Teſti, alla quale per lo più s'attende negli ſtudi di Francia, che delle queſtioni trattate dagl'interpreti Italiani, che ſi praticano negli ſtudii d'Italia, non fanno quaſi niente all'uſo del foro, alle deciſioni, e conſigli, che ſono il fondamento degli Avvocati. Mi dirà forſe qualcheduno, perchè non cominci in queſto mentre ad eſercitare le leggi? e poi ſe ti veniſſe qualche occaſione d'impiegarti in altro, facilmente lo potrai fare. Queſto mi par che ſarebbe proprio, come ſe ſi conſigliaſſe a un contadino doppo aver egli ſeminate le terre, che compraſſe l'armi, ſi faceſſe arrolare tra' ſoldati, e ſe n'andaſſe a qualche impreſa militare, per ritornarſene poi a tempo della ricolta a caſa; e non per altro il faceſſi, ſe non per non ſtare a bada in aſpettar tanto tempo detta ricolta. So che VS. conoſcerà ſubito quanti diſordini, e inconvenienti avverrebbono alle coſe mie, ſe a ſimil conſiglio mi appigliaſſi. Non ſarebbe egli neceſſario tralaſciare interamente gli ſtudi, ne' quali mi ſon tanto affaticato, e pure più preſto eſercitato, che perfezionata? e in cambio di pervenire a qualche perfezione, ſcordarſene affatto? per ritornare poi in capo a qualche anno, doppo aver fatto ſpeſe grandi in libri inutili, perſo dimolto tempo, e gli anni migliori con perdita grande della ſanità conſumati, al ſicut erat? *E poi con qual animo potrei mai attendere ad uno ſtudio tanto contrario al mio genio, maſſime con ſperanza d'averlo a laſciare? che queſto è da paſſar con ſilenzio, che chi ſi getta alla via più comune di qualche maneggio (ſia per eſempio l'eſercizio delle leggi) perde aſſai di concetto di valer qualche coſa in altra ſtrada men battuta, il qual concetto poi difficilmente ſi racquiſta, non men che il tempo male ſpeſo, e traſcorſo. Nè tra gli altri motivi poco mi premono l'idee di certe compoſizioni, che ho nella mente, che biſognando ſcrivere* in iure, *mi ſaria forza metterle da banda, le quali ſebbene è difficiliſſimo il conoſcere,* quid valeant humeri, quid ferre recuſent, *tuttavolta con la fatica, ch'io non ſono per riſparmiare in modo alcuno, mi ſarei forte di venirne a capo con qualche utilità d'altrui; che queſto ſolo è il mio fine, come gli poſſo con verità affermare, e non deſiderio di gloria, e onore; poichè per la Dio grazia l'ambizione non mi predomina; nel che forſe ſon degno di riprenſione, ſe gli è vero, che* optimus quiſque gloria ducitur. *E però più facilmente riſponder potrei a chi mi diceſſi, che la ſtrada degli onori, e dignità ſono le leggi. Ora io non ſtarò ad eſagerare a VS. e' faſtidii dell'animo, ne' quali mi trovo per così fatto partito, principalmente per non potere quietare e' parenti, con ſpiegar loro il concetto mio, come io fo con VS. e' quali mi par che ſtiano continuamente rinfacciandomi la mia dappocaggine, e oſtinazione: e ſopra tutto vorrei poter dare queſto contento a mio padre, che ne ha avuti pochiſſimi, ma per il contrario diſguſti, e affli-*

XXV. Hiſce potiſſimum ductus rationibus cognatorum de ſe querentium murmura compeſcuit, elegantioris ſapientiae ſtudiis anno MDCXX. ſe totum mancipavit [1], & linguarum Orientalium, Hebraicae praeſertim, non vulgarem cognitionem adſequi voluit [2]. Varios praeterea Scriptores illuſtrandos ſuſcepit, & in adverſaria centurias aliquot obſervationum retulit, in quibus plura cum Graecorum, tum Latinorum loca ex coniectura explicavit, & feliciter emendavit [3]. Huc reiiciendae ſelectiores aliquot eruditiones, & memorabilia quaedam in ſchedis, & adverſariis ſubnotata [4], itemque magna voca-

afflizioni aſſai; che non avendo eſguardato a coſa neſſuna, perch'io mi rendeſſi atto a qualche occupazione, mi vedeſſi almanco nell'età, ch'egli è, nella ſtrada d'aiutar me, e la caſa mia. E ben può credere VS che mi cuoce aſſai, che in cambio di dar buon ſaggio di me in queſti principii, che tanto importa, poſſa venire in penſiero ad alcuno, ch'io mi voglia gettare all'ozio per menare una vita neghittoſa, dal che ne ſon tanto alieno, che per il contrario ſtimo, che inſino adeſſo, mercè il fervore della gioventù, le fatiche ch'io ho fatto, ſiano una baia, e un niente, riſpetto a quelle, ch'io ſon per fare per l'avvenire con l'aiuto dell'Onnipotente. Però ſupplico VS. che come la potrà più comodamente, ſi degni di conſiderare un poco queſto tema, a fine, che avendo lei per guida io poſſa eleggere la migliore, e più ſicura ſtrada, per arrivare a una ottima condizione di queſta vita mortale; e mediante eſſa dipoi al ſommo bene, che ſenza la ſcorta ſua, temerei grandemente, che l'amor proprio non abbagliaſſi grandemente la viſta del mio debole intelletto: e aſſicuro VS ingenuamente, che ciò facendo, non ſolo mi verrà a cavare di grandiſſimi faſtidii, e perpleſſità, ma ſarà cauſa principale, e totale d'ogni mio bene, dopo S. D. M. e ſarà coſa, per la quale tutti noi gliene reſteremo perpetuamente obbligati; ma ſopra tutto n'acquiſterà merito grandiſſimo. E ſe la ſi verrà compiacere di favorirmi, come un ſuo affezionatiſſimo ſervitore, venendo l'occaſione di poterſi impiegare per me appreſſo e noſtri Sereniſſimi Principi. che meritamente l'amano tanto, e onorano; s'aſſicuri VS che non lo potrebbe fare a perſona, che più l'onori, e gli deſideri ogni maggior proſperità. Ma conoſcendo quanto l'è amorevole, e benigna, ſoverchia coſa ſarebbe il valergli con troppe parole atteſtare quel che ſolo con opere ſi dimoſtra.

(1) Donius in Ep. ad *Scieppium*. „ Nimia curioſitas, reſque longe diverſas diſcendi ſtudium in adoleſcentia; mox confirmata aetate eaſdem res accuratius tractandi, ut pro virili bonum publicum adiuvarem, ingens deſiderium fuit. „

(2) Extant adhuc nonnulli Davidici Pſalmi ab ipſo Hebraice exſcripti, ac luculenter expoſiti, nec non varia linguarum exoticarum, ac praecipue deperditarum ſpecimina, de quibus inferius

(3) Vid. Cit. Ideam operum pag. 198.

(4) Excerpta ex libello I. B. Donii inſcripto „ *De Admirandis, ſeu rerum varinarum* „ *In agri Florentini regione, quae dicitur Vallis Peſae, putei ſunt, ut in villa* Berardorum, *qui aquis abundant, quo tempore, maximi alii carent, quum autem alii aquarum egregiam habent copiam, ipſi prorſus arent.*

In Polonia hirundines ineunte hyeme ſub nive, vel glacie obruuntur, atque adeo intereunt, vel obtorpeſcunt, mox, vere adveniente, reviviſcunt.

In Belgica, quum obſideretur . . . accidit res memoratu digna. Mulier praegnans, & iam partui vicina, ad rivum proceſſit, pannos lavatura; interim bombarda exploſa, traiecta pila fuit, quae inter uterum, & praecordia tranſivit: illa ſtatim obiit, at foetus e vulnere proſiliit in aquam, & a vicinis ſublatus, deinde vixit.

Eugubii cives in duas partes ſunt diviſi, ſeu factiones, eorum ſcilicet, qui ſuperiorem oppidi partem incolunt, & eorum, qui habitant in inferiore, quibus ſolemne eſt invicem pugnare.

In monte Politiano cives in duas partes diviſi, titionibus accenſis decertare ſolent.

In oppido Maiorica corpus Iacobi *Aragonum Regis, cognomento* Conqueſtorio *aſſervatur, cui ſingulis diebus Dominicis candidum induſium mutabant, tamquam vivo.*

Florentiae erant duo Fratres ex familia Meliorum *adeo ſimiles, ut invicem dignoſci non poſſent: hi ruſticum quemdam ficus vendentem, quum ludibrio habere vellent, ex compoſito, unus illorum certum pretium pepigit ſe ei daturum, niſi integrum corbem ficuum, quem ille habebat devoraſſet: quod ſi omnes abſumſiſſet, tum ſe nihil praeſtare teneri; conſenſit ruſticus doli ignarus: ille igitur quum dimidiam partem earum ficuum comediſſet, fingens ſe domum ire ad aliquid neceſſario obeundum, fratrem adhuc ieiunum ſubmiſit, qui reliquas ficus, non agnitus a ruſtico, qui eumdem hominem non ſine admiratione putabat, devoravit, integrumque corbem exhauſit.*

Anno MDCXXVIII *quidam Hoſtiam profecti ſunt, & animadverterunt in ripa Tyberis ad . . , quae a flumine eroſa fuerat, quaedam ſepulcra detecta, in quibus cadavera, ſeu oſſa integra videbantur, tecta autem erant ea ſepulcra regulis oblongis.*

Vibiana Gonzaga *uxor Principis* Caſtil onis *prodigioſe docta fuit, quinque illa enim, vel ſex linguas callebat.*

Prope Martam in Etruria cryptae ſunt ſpiracula habentes, unde aura adeo frigida proſilit, ut vinum iis admotum vix bibi poſſit.

In Dania bellum gerente, ante paucos annos Rege, cum Svecorum Rege, repertum fuit in quedam antro cadaver, ſeu ſceletus gigantis integer, cum enſe ferreo, cuius ſola lamina longitudinem hominis proceri aequabat; in eo inciſae erant quaedam literae, ſeu notae, quae ob vetuſtatem, ac rubiginem minus agnoſci poterant Lucas Holſten.

In Regno Iberiae nuper repertum fuit cadaver gigantis eximiae ſtaturae, cum gladio peringenti, qualia multa ibidem reperiuntur. Monacus Baſilian.

Prope Ecoliſmam vorago eſt, ex qua aqua manat, adeo profunda, ut eius fundum hactenus nemini explorare licuerit

Prope vicum Marſacum in Petrocoriis, fons eſt fluxum, & refluxum habens, non ſecus ac mare, quamvis longe illinc abſit.

Item prope oppidum Lindam ad Dordoniam, fons alius eſt ex turri quadrata proſiliens, cuius turris altitudo eſt decem pedum, aut circiter &c. Hinc fons tam ubere aquarum copia effluit, ut binas aquimolas triticarias toto anno verſet, ſed miro quodam modo; nam aquae ille rivus poſtquam quinquaginta circiter paſſus proceſſit, terram elatiorem offendens, ac retrocedens in eamdem turrim relabitur, & traiiciens molas vertit

Prope Mirmontem in eadem provincia, antrum eſt ab incolis dictum Cluſellum (Cluſeau) *de quo mira quaedam narrant, qui ingreſſi ſunt: dicunt enim ſub terram protendi ad quinque, vel ſex leucas, intuſque eſſe perpulcras cenationes, & cubicula pleraque ſtrata, opere vermiculato, aut opere muſivo, multiſque in locis, picturas, araſque conſpici. Dicunt etiam plures fontes, ac rivos fluere, quorum unum centum viginti pedes latum eſſe, miraque velocitate ferri, ac magna praeditum altitudine, ultra quem progredi non licet, etſi multo longius antrum protendatur. Et quum intrant, nonniſi multis accenſis facibus, ac laternis pluresque, ſimul, cibariisque comparatis, ingrediuntur, ob errandi periculum*

Romae, ultima peſtilentia graſſante, obſervatum fuit, eos, qui in Regione dicta Regula habitabant, ab ea contagione illaeſos fere manſiſſe, quod adſcribebatur myrtifoliis, quae in ea Regio-

vocabulorum congeries, quorum pleraque Latinobarbara ſunt, ex variis Auctoribus, cum ſuis interpretationibus, excerpta [1]. Atque ex hoc eodem tempore exarſit, ceu ignis in ſilvis, curioſiſſima eius mens antiquos nummos avide conquirere, atque congerere, in ſingulis legendis, atque interpretandis acerrimam impendens operam; qua occaſione cepit etiam Inſcriptiones omnes, ſive ſepulcrales, ſive alias perquirere, & ſtudioſe obſervare, ut infra innuemus.

XXVI. Interea *Paullo* V. *Burgheſio* P. M. e vivis erepto v. Kal. Februar. A. MDCXXI. comitiorum initio quidam *Bellarminum*, plurimi *Camporeum*, alii *Aquinum*, alii alios ad Apoſtolicum culmen provehere nitebantur. Verum *Alexander* Card. *Ludoviſius*, Archiepiſcopus Bononienſis, data opera, non prius Vrbem ingreditur, quam Cardinales comitia ingreſſi fuiſſent: eadem die, qua comitia adiit, propoſitus in Romanum Pontificem, ſimul probatus, incredibilique omnium Patrum conſenſu, altero ab ingreſſu comitiorum die, v. Eidus Februarias, Romanus Pont. renunciatus, *Gregorii* XV. nomen adſumpſit [2].

XXVII. Inter praecipuas initi regiminis curas Summus Pontifex comprimere adgreſſus eſt Vallis Tellinae [3] procellam, ab A. MDCXX. ſub *Paullo* V. Pont. & *Ferdinando* II. Imp. inter populares illos exortam, iam involventem Galliae & Hiſpaniae Reges, & in faedum aliquod bellum, niſi ſedaretur, erupturam. Id profecto conſequi facile poterat, diſtrahendo Regum animos, quemque ad ſua hortatus, alterum, ut, omiſſa induciarum mentione, Batavis bellum indiceret; alterum, ut reliquias Haereticorum in Gallia radicitus evelleret. Itaque, ut voti compos Pontifex fieret, ad Francorum Regem, *Octavium Corſinium* legatum miſit [4], Praeſulem vetuſta generis claritate, prudentia, dexteritate, & integritatis gloria conſpicuum; proindeque a tribus ſummis Pontificibus amplioribus dignitatibus decora-

 tum

Regione paſſim ſtrata cernuntur. Adhibentur enim a coriariis, qui ibi frequentiſſimi ſunt.

Quum Galilaeus Galilaeius *celeberrimus mathematicus Patavii eſſet, nocte quadam per ſomnia viſus ſibi eſt ſuper cineres, & carbones incenſi Cathedralis Piſarum templi incedere, quod ſomnium poſtridie multis renunciavit: deinde octavo, vel decimo poſt die, nuntius advenit, qui auguſtiſſimum illud templum conflagraſſe narravit, ita ut dierum ratione habita conſtiterit, eademmet nocte templum incenſum. Sic ipſummet* Galilaeum *narrantem audivi*

Apud Florentinos olim conſuetudo erat, ut magnates mortui in equis ſepelirentur, vel in funere ducerentur, ut tradit Ricordanus Malaſpina, *quae conſuetudo viſitur apud antiquos Lydos pariter inoleviſſe, quemadmodum ex hiſtoria* Gygis *apud* Ciceronem *colligitur, qui tradit eum reperiſſe annulum illum fatalem in digito cuiuſdam gigantis. Quapropter non defuerit, qui putide nimis hunc morem ex illo Lydorum deductum exhibuiſſet.*

Bartholomaeus Sartor *ex Fuſciano ad lacum Verbanum Anno MDCXXIX erat natus annos CXX. quo anno, quum ei dentes prius omnes excidiſſent, alii ſubnati ſunt. Quatuor uxores duxerat, atque ex iis quindecim filios, omnis maſculos, unaque omnes vivos, eodem anno habebat.*

Ridiculum ſuperſtitionis genus remanſit apud mulierculas Mediolanenſes, quae Kalendis Ianuariis cavent ab eſu eorum animalium, quae dum paſcuntur, retrocedunt, ut gallinaceae; exiſtimant enim eorum fortunas retroceſſuras, ſed ea potius eſitant, quae antrorſum ſive in paſcendo progrediuntur, ut ſues.

Hic Anno MDCXXXIII. Romae erat quidam, qui capras ſupra funem extenſum ambulare, ac ſaltare docebat.

Dux Parmae hominem habet piloſum filium alterius piloſi, quem Dux Alexander *Antuerpia adduxit.*

(1) In cit. Idea pag. 148.

(2) *V. Alph. Ciaccon. in Vit. Pontificum Roman. Tom. IV. ſub A. MDCXXI.* & *Muratorium Annali d' Italia*, ſub eodem anno.

(3) Tellina vallis, pars eſt Rhaetiae propriae, ubi alias Vennonenſes populi ad radices Alpium. Subeſt dominio Rhaetorum, a quibus antea defecerat ad Hiſpanos; ſed poſtea a Gallis occupata fuit, & antiquis Dominis reſtituta, curante *Vrbano* VIII. Pont. Max. Vid. *Phil. Ferrarium Lex. Geograph. Pietro Ang. Lavizzari Memorie iſtoriche della Valtellina Coira MDCCXVI* p. 21. *Frederic. Leonard. Tom. IV. Hiſtoire de la Valteline*, & *des Griſons*, pag. 94. &c. *Recueil des Traitez de confederation & d' Alliance entre la couronne de France, & les Princes étrangers* pag. 8. *La Valteline, ou memoires, Diſcours & Traitez ſur le ſuiet des Guerres Survenues dans la Valteline*, pag. 194. *Mercure François* Tom. XII. *a la fin de l' An MDCXXVI.* pag. 1 *Corps Diplomatique Du Droit de Gens par M. I. Du Mont A l' Haye MDCCXXVIII. ſub A. MDCXX* leguntur „ *Articles convenus & arreſtez entre les Ambaſſadeurs de France, & d' Eſpagne par l' entremiſe du Nonce du Pape au Suiet, de la Valteline, au mois d' Aouſt. Sub A. MDCXXVI.* Occurrit *Traite entre la France, & l' Eſpagne pour l' accomodement des affaires des Griſons & Valtelinſ. Fait a Monçon le 5 Mars MDCXXVI. Conference tenue à Caire le 2 Novembre MDCXXVI entre M. le Marquis de* Caſteau Neuf, *Ambaſſadeur de France, & les Deputez de trois* Lingues Griſes; *pour l' explication du Traitè de Monçon*: vid. Reliqua acta a pag. 490. uſq. ad pag. 497.

(4) In Bibliotheca *Magliabechiana* Volumen Epiſtolarum MS. adſervatur cum hoc titulo „ *Carteggio della Segreteria di ſtato di Roma, e di Monſignore* Corſini *Nunzio della S. Sede in Francia da' X. Agoſto MDCXXI al MDCXXIII.*

rum [1]. *Donius* igitur, opportunam occaſionem nactus Galliam inviſendi, ſe *Octavio* itineris comitem adiunxit, ineunte vere, ut opinor, eiuſdem Anni MDCXXI. [2].

XXVIII. Vbi Lutetiam advenit, incredibile dictu eſt, quam cito inclaruerit. Nullum enim fuit templum, ſacellum, collegium, xenodochium, quod ingreſſus non fuerit, nullae aedes magnificae, nullum celebre regium opus, ad quod non diverterit, nulla cimeliarchia, quae non inſpectarit. Bibliothecas vero ita curioſe, tantoque ardore, ac ſedulitate luſtrabat, ut dies totos, ac magnam noctium partem impenderet in volutandis MSS. Codicibus, Regiae praeſertim Bibliothecae, quos ei perhumaniter commodabat, & domum uſque mittebat Cll. *Nicolaus Rigaltius*, eiuſdem Bibliothecae Praefectus [3], qui ei inſuper cor aperuit, & viſcera ingenuitatis mirae profuſa [4]. Omnium enim ſuarum peregrinationum, atque huius praecipue, fructum vel maximum fuiſſe *Donius* ipſe teſtatur, ut, & Bibliothecas inſpiceret, & amicitiam ſibi virorum aliquot eruditione praeſtantium compararet [5], quorum nomina haec in primis ſunt *Dionyſius Petavius* [6], *Fronto Ducaeus* [7], *Iacobus Sirmondus* [8], *Franc. Vigerius* [9], homines Societatis Ieſu, iam

(1) *Octavius Corſinius* Archiepiſcopus Tarſenſis A. MDXCII. ortus eſt. Annos natus XV. Ingolſtadii I. V. Lauream conſequitur, unde legitur „ *Octavii Corſinii, iuriſque ſtudioſi, & Patritii Florentini AA. L. I. C. De Legibus Academica Interpretatio habita Ingolſtadii in privata ſtudiorum Academia clariſſ. viro Bartolomeo Corſinio Domino, Patronoque Amantiſſimo Ingolſtadii ex officina Ederiana*. A. MDCVI. „ Inter plures, & vetuſtas maiorum imagines, prudentia, & morum integritate emicuit, quare a *Paulo* V. inter Apoſtolicae Camerae Clericos cooptari meruit *Gregorii* XV. nomine legatione ad *Ludovicum* XIII. Galliarum Regem egregie functus fuit, ab *Vrbano* VIII Provinciae Romandiolae, & Exarchatus Ravennae praefectura inſignitus, coercendis Padi adluvionibus praeponitur, & finium inter Ferrarienſes, & Venetos regundorum arbiter datus. A. aet. LII. fatis ceſſit Prid. Kal. Aug. MDCXLII. V. *Nigrinum* L. c.

(2) *Donius in Ep ad Peireſkium* num. XV. pag 14. „ *Biennium ſupra aliquot menſes excurrit, ex quo te vir Cll de facie noſſe cepi. Id evenit quum ſecunda mea in Galliam peregrinatione in contubernio eſſem* Octavii Corſini *Nuntii Pontificii, cuius in aedibus, & is qui nunc eſt in Flandria Nuntius hoſpitaretur &c* in Epiſtola data *Claudio Salmaſio* An. ut videtur MDCXLVII. num. CXLVII. pag. 219 „ *Admiratio ſcriptorum tuorum, atque excellentis iſtius, omnigenaeque doctrinae, quemadmodum ingentem iam primum in animo meo excitavit amorem tui, ita poſtquam, Roma relicta, in patriam redii, non ſemel incitavit me, ut aliquid ad te literarum darem, quo veterem illam meam erga te obſervantiam, amicitiamque, quam iam inde ab Anno ſal. ut opinor, Milleſimo Sexcenteſimo vigeſimo primo, praeſens Lutetiae obtuleram, abſens renovarem &c* Inter *Io. B Doni* Epp. unam legi datam Romae Menſe Ianuar. MDCXXVII. *Andreae Lumagh*. Lutetias Pariſiorum miſſam, quae ita incipit „ *Quando alli anni paſſati io venni a Parigi con Monſignore* Corſini, *e che io ebbi l'onore di conoſcere e trattare con VS. io la ſcorſi così corteſe, e officioſa, che mi è parſo dovere darli conto, con queſta, che io mi trovo in Roma al ſervizio dell' Illuſtriſſimo e Reverendiſſimo Signor Card* Barberini *&c*. Inter ſchedas operis pro Bibliothecis legi *ſub titulo* „ Qui libri veteres, & a quibus, & quando reperti. Item quorum mentio fit a ſcriptoribus ſuperioris ſaeculi, nec iam extent „ *T Livii Hiſtoriae integrae dicuntur extare Cairi. Itemque extitiſſe olim in Bibliotheca Regia Tuneti: quae quum in expugnatione per* Carolum V *conflagraret, dicitur. quod Imperator converſus ad . . . hortatus eſt, ut quamprimum illum ignem extingueret, quo res geſtae maiorum ſuorum (Romanorum ſcilicet) arderent. Quidam etiam dictitabant Venetiis extare. Certe ego audivi* Henricum Spondanum. *quum* Octavio Corſinio *Nuntio in Gallia Pontificio adfirmaret, quemdam ſe noſſe, qui pro certo aſſereret, ſecundam Decadem alicubi extare, quam ſcilicet vidiſſet*.

(3) V. Ep. *I B. Doni Nic. Rigaltio* num IV. pag. 5. cui ut par pro pari redderet, operam ſuam Florentiae pollicetur, ſi qui eſſent in *Medicea* Bibliotheca Codices, quorum lectiones adnotari intereſſet, & ad ſuas lucubrationes adiuvandas facerent.

(4) In Ep. *Doni* ad *Nic Rigaltium* num XXXVI pag. 58. *etſi cum aliquo meo rubore videor literas ad te miſſurus, quod poſt reditum e Gallia noſtrum perpetuo tecum ſiluerim; ne tamen, uti fieri ſolet, dum culpam minuo, eam in dies exaugeam, ſcribendi ad te occaſionem, quam* Gul. Barclai *profectio exhibuit, libenter arripui* „ *Scito igitur numquam mihi tamen ex animo effluxiſſe memoriam tui, eiuſque humanitatis, quam dum Lutetiae verſarer copioſe mihi ſemper praeſtitiſti; quin eam potius adſidue fere mecum, & cum aliis communibus amicis recolui. cuius vel nobiliſſimum iuvenem* Thuanum *teſtem advocare poſſem, ſi opus eſſet*.

(5) In Ep *I B Doni* ad *Dionyſ Petav* num XIV. pag. 13. *Sic enim velim exiſtimes me univerſo ordini veſtro ita eſſe ſummis beneficiis obſtrictum, ut eum plurimum amem. Viris autem eius ordinis pietate, & eruditione eximiis, inter quos omnium confeſſione primas tenes, ſic a me diligi, ab iis me diligi cuius opera in ſuis glorioſis laboribus utantur, ſummopere gaudeam. atque exultem Vale RR. PP* Frontoni Ducaeo, Iac. Sirmondo, *ac* Vigerio *ſalutem meo nomine dicas velim verbis ampliſſimis* „ & in Ep ad *Peireſkium* num. XV pag 24. „ *Defuit occaſio, non defuit animus, atque voluntas; quam conſque propenſam habeo erga viros tui ſimiles, hoc eſt eruditos, ac probos; ut hunc vel ſummum, vel praecipuum fructum illius meae peregrinationis fuiſſe exiſtimem. notitiam mihi comparare virorum aliquot eruditione praeſtantium; quo in numero recenſere poſſum* Nic. Rigaltium, Claud Salmaſium, Deſiderium Heraldum, Ludovicum Servilium, Iac Guthenum, Henricum Spondanum, Petrum Bertium, Dionyſium Petavium, Iac Sirmondum, *& alios nonnullos*. „

(6) D. *Petavius* Patria Aurelianenſis, vir, ut eius opera oſtendunt, ingenio maximo, iudicio acerrimo, memoria incomparabilis, omnium fere rerum ſcientia excultus mirifice fuit: ortus XII Kal Sept. MDLXXXIII. Septuagenarius piam efflavit Animam Pariſiis III. Eid. Decembris MDCLII. V. *Nathanaelem Sotwellum* l. c & *Niceronium* l. c T XXXVII.

(7) *Fronto Ducaeus* Burdegalenſis Antiquitatis totius cognitione maxime enituit. Obiit VII. Kal. Octobr. MDCXXIII. calculo quincunciali oppreſſus *Sotwel*. l. c.

(8) I. *Sirmondus* Ricomagenſis totius Antiquitatis ſedulus inveſtigator, Latine, Graece, & in omni doctrinarum genere praeſtantiſſimus. Oritur IV. Eid. Octobr. A MDLIX. Animam Deo reddit Nonis Octobr. MDCLI. V. *Niceron*. l. c. T. XVII & XX.

(9) Hunc *Donius* cum memoratis viris Cll. cum quibus Pariſiis amicitiam init, reponit in Ep ad D *Petavium* n XIV p 14. ubi per errorem legitur *Sigerius*. Obiit A MDCXLVII. V *Sotwel* l.c.

Digitized by Google

iam tum etiam clariſſimi, cum quibus nihil ſtudiorum non commune habuit. Dicendi deinde *Claudius Salmaſius*, vir ille maior, ac celebrior, quam ut laudibus noſtris indigeat [1], *Deſiderius Heraldus* [2], *Ludovicus Servilius* [3], *Iacobus Gutherius* [4], *Henricus Spondanus* [5], *Petrus Bertius* [6], *Renatus Moraeus* [7], *Io. Bourdelotius* [8], *Marinus Merſennus* [9], *Thuanus* iunior [10], ac *Nicolaus Claudius Fabricius Peireskius* [11] coſmographus, hiſtoricus, philoſophus inſignis, ab ipſa natura ad inveſtiganda vetera monumenta progenitus. Denique quotquot fuere in culta Gallia eruditi viri, & artibus, literiſque addicti, eos ſibi omni officiorum genere devinctos voluit. Verum dum illorum eruditiſſimis colloquiis mira cum voluptate frueretur, redire vel invitus cogitur in patriam, vertente anno, ut videtur, MDCXXII.

XXIX. Illum porro ad ita maturandum reditum adegerunt domeſticae, aliaeque moleſtiſſimae curae, fratriſque ſui ſuaviſſimi obitus, quem illi diu-

(1) Magnus *Salmaſius* editus eſt in lucem A. MDXCVI. *Pindarum* anno aet. x. exactiſſime interpretatus eſt. Exceſſit e vivis III. Non. Sept. MDCLIII vel ut alii volunt MDCLIV. Vid. *Paulum Freherum* in Theatro Viror. eruditione Cll. Normbergae MDCLXXXVIII.

(2) D. *Heraldus* Vir Clariſſ. notas eruditiſſimas in *Martialem*, in *Arnobium*, *Minucium*, *Tertullianum*, conſcripſit. Habemus praeterea *adverſariorum Libros duos*, & *animadverſiones in Librum Iamblici de Vita Pythagorae*. *Pariſ.* MDXCIX. 8. *Quaeſtionum quotidianarum*. *Ibid* MDCL. *fol. Obſervationes ad ius Atticum & Romanum*, in quibus Cl. *Salmaſii* Miſcellae defenſiones, eiuſq. ſpecimen expenduntur. *Pariſ* MDCL. *De Rerum Iudicatarum auctoritate* Lib. II. exſtant in *Theſ. Iur. Rom Ottonis* T. II. pag. 1069 *Obſervationum*, & *Emendationum Lib. unus*. Ibid pag. 1139.

(3) *L. Servilium Donio* innotuiſſe cum memoratis doctiſſimis viris apparet ex Ep. ad *Peireſkium* num. XV. pag. 25.

(4) I. *Gutheri* nomen immortalitati conſecrarunt opera, quae ſequuntur „ *De Veteri iure Pontificio Urbis Romae Pariſ per Nic Buon* MDCXII. 4. *De Iure Manium*, & *Choartius maior*, *vel de Orbitate toleranda*. Ibidem MDCXV. 12. *De Officiis Domus Auguſtae publicae*, & *privatae*. Ibid *per Cramoiſy* MDCXXVIII. 4 *Rupella Rupta*. Ibid MDCXXVIII *Tireſias ſeu de caecitatis & ſapientiae cognatione*. Ibid. MDCXXVIII. 4. Obiit A MDCXXXVIII. *V. Moreriuw dans le grand Dictionnaire Hiſtorique V. Guthier*.

(5) *H. Spondanus* Mauleoſonenſis Aquitanus, Appamiarum Galliae Narbonenſis Epiſcopus, & Regi Galliarum a ſanctioribus conſiliis, natus VIII Eid Ian. MDLXVIII. obiit XV. Kal. Iun. MDCXLIII. aet LXXV. Scripſit Caemeteria Sacra, Annales Eccleſiaſticos &c. V. *Auberti Miraei auctarium de Scriptor. Eccleſ. Niceronium T. XI & XX.* l. c. Vid. notam 2. pag XII.

(6) *P. Bertius* Beveris Belgii occidentalis pago, natus XVIII. Kal. Dec. MDLXV Eum Rex Galliae in ſuorum Coſmographorum numero cooptavit, ut Galliam deſcriberet. Quum paullo ante Arminianorum fidem amplexus, & ab officio ſuo depoſitus Lutetiam diſceſſiſſet, ibique ad Pontificios deſciſſet, quos antea ſcriptis editis confutaverat; ideo anno MDCXIX. in Synodo Dordracena excomunicatus fuit. Obiit V. Non. Octobris A. MDCXXIX. aet. LXIV. V. *Freher. l. c. Niceronium l. c. T. XXXI.*

(7) R. *Moraeus* Medicinae Regius Profeſſor & ipſe in literis apprime excultus fuit. Obiit XVI. Kal. Nov. MDCLVI. & plura egregia opera poſteris reliquit. In Epiſt. ei a *Donio* ſcripta, dat. Pariſ. a II. Kal. Februar MDCXXXI num. LV pag. 94. „ *Non enim oblivisci umquam potero eorum ſermonum, quos olim nobiſcum habebas, neque non admirari πολυμαθίαν, & inſignes illas animi tui dotes, quas inter amicorum colloquia ibic explicabas* „ *Utinam vero participem liceret facere te laborum quoque noſtrorum, atque obſtaret ingenii noſtri tenuitas; aeſtuſve negotiorum, quae me angunt, & urgent, vixque reſpirare ſinunt, & ad favonios literarum humaniorum aſpirare &c.*

(8) Erat *Bourdelotius* a ſupplicibus libellis Reginae Matris. Scripſit vero adnotationes in *Lucianum* Pariſ. MDCXV. fol. *Comment. in Satyris Petronii Arbitri*. Ibid. MDCXVIII. 12. *Animadverſiones in Heliodori Aethyopicorum* libros. Ibidem MDCXVIII. 8 *Pſalmos IV. Hebraeo-Latini cum paraphraſibus R. Kimhi &c. cum ſua interpretatione*. Ibid. MDCXIX 4. *De ſimilitudine Dei* exſtat in reſponſis *Liceti* ad Quaeſita per Epp. T. I pag. 223. *De Mercurio turpante oram ſimmiae* ibid pag 227. *An latenter vivendum ſit*. Ibid. pag 248. De *portentis Liparitanis* T. II. pag 48. V. *Bourdelotii* ad *Donium* Ep n. XIX. pag. 30 Obiit Pariſ. MDCXXXVIII.

(9) *Marinus Merſennus*. Natus VI Eid. Sept. MDLXXXVIII. In ordinem Minimorum D. *Franciſci* adſcribitur XVI. Kal. Aug MDCXI. Obiit Kal Sept. MDCXLVIII. vir multis editis operibus clarus In Ep. *Doni* ad *Merſennum* n. LXXIX. pag 125. „ Narro tibi, vir religioſiſſime, nullum mihi maiorem fructum ex tot meis peregrinationibus conſequutus videor, quam eruditorum primi nominis notitiam adiequi, quorum in amicitiam, ac familiaritatem, ut potui, me inſinuavi, tam cupide, atque ardenter, ut quum alii varias ob cauſas, longinquas terras, ac maria ſibi adeunda putent, ego ob id ſolum, quod dixi, nullis laboribus, ac viarum difficultatibus retardatus, quantumvis remotiſſimas oras, ſi mei arbitrii eſſet circumluſtrare, non recuſem. „ Ceterum ultima mea in Galliis profectione (quam in familia eminentiſſimi Legati Sedis Apoſtolicae, ſeptem ab hinc annis obivi) complures eruditiſſimos viros, antea mihi ex fama tantum, atque operibus notos libentiſſime agnovi, eorumque ſuaviſſimis colloquiis recreatus ſum: immo non vulgarem amicitiam cum nonnullis contraxi. Te vero in primis, ac potiſſimis, peculiari quodam amore, atque affectu proſequor, Religioſe vir, non modo ob iſtam multivagam eruditionem, qua ſingulariter, excellis, ſed ob egregium animi tui candorem, & vere Chriſtianam probitatem, cum ſumma morum facilitate coniunctam &c

(10) Cum *Thuano* iuvene nobiliſſimo magni illius Hiſtorici *Iac. Auguſti Thuani* filio amicitiam iniit, ut videre eſt ex *Ep. Doni ad Nic Rigaltium* num XXXVI pag. 58

(11) *Peireſkius* natus in Belgenſeri caſtro Kal. Decemb. MDLXXX Reconditiſſimos antiquariae ſupellectilis theſauros cunctis toto orbe diſciplinarum ſtudioſis aperuit Vir ſane munificentiſſimus fatis ceſſit VIII Kal Iul. MDCXXXVII. aet. LVI. m. VI. D. XII Vid. *Petrum Gaſſendum* in eius vita Pariſ. MDCXLI *Peireſkius* vero A. MDCXXI. Pariſiis immorabatur, quare in prima ſua in Gallias profectione eum de facie noſcere *Donius* poterat, unde ait in Ep ad *Peireſk.* n XV. pag. 24 „ Biennium iam ſupra aliquot menſes excurrit, ex quo te, vir Cll quem doctrinae tuae, & humanitatis fama cognitum habebam, de facie noſſe cepi Id evenit cum ſecunda mea in Galliam profectione in contubernio eſſem *Octavii Corſini* Nuntii Pontificii, cuius in aedibus, & is, qui nunc eſt in Flandria, Nuntius hoſpitaretur, bis aut ter memini te vidiſſe, atque audiſſe te de rebus eruditis docte, ut ſoles, & copioſe loquentem. „

Digitized by Google

diutiſſimus, & acerbiſſimus morbus intulit, ut fuſe conqueritur cum *Alexandro Pollino* amico ſuo, in Epiſtola, qua illum de ſuo in Italiam reditu, deque *Ioannis Barclai* inopina morte, ſuperiore aeſtate praerepti, certiorem facit (1). Erat autem *Barclaius* probitate morum, atque eruditione excellenti dignus, qui diutiſſime viveret, ut quoad lucis uſura fruebatur, in amore, atque deliciis, qui fructus eſt vitae longe iucundiſſimus, ab omnibus haberetur (2).

XXX. Interea, pacato *Donius* animo, A. MDCXXII. dum Florentiae immoraretur, maiora in dies meditatus, in eo maxime elaboravit, ut omnium prope facultatum διδασκαλίαν, materiamque cognoſceret, tum quid plane perfecteque expolitum, quid contra negligentius cultum, nec omnino illuſtratum, in re antiquaria praeſertim ſupereſſet, atque ut nonnulla enucleatius, attentiuſque pertractaret, multorum operum ideas animo deſignavit.

XXXI. In primis vero, indignum, nullaque ratione ferendum cenſuit, tot antiqua Romani Imperii inſignia monumenta, quorum ope, ac luce hiſtoria, teſtis illa temporum, & vitae magiſtra, illuſtratur, iniuria temporum labefactari, interdum etiam, ut plerumque contingit, fato quodam corruere. Ei obverſabantur quotidie memoranda aliquot civium ſuorum nomina, quibus plurimum debet ab interitu vindicata vetuſtas, & Romana Hiſtoria, omniſque eruditio. Illi enim vetuſtatis reliquias conquirentes, vel in publicum proferentes, ſaevam praeteritorum temporum labem expulerunt.

XXXII. Primus omnium, ut arbitror, ſummus vates *Franciſcus Petrarca* antiquitatem omnem reſtituit (3), quem poſtea ſequuti ſunt *Vgolinus Emporienſis* (4), *Nicolaus Niccolus* (5), *Poggius* (6), *Politianus* (7), *Leonardus Aretinus* (8), *Petrus Aligherius*, qui ſe *Dantis* tertium filium dicit (9), *Petrus Crinitus* (10), *Bernardus Oricellarius* (11), *Leo Bapt. Albertus* (12), *Medicaei* Proceres *Coſmas* ſenior, *Laurentius* Magnificus (13), aliique anonymi ſaeculo XV. quo-

(1) *Epp. num V pag. 7.* „ Iniuriam facturus videbar amicitiae noſtrae, niſi de meo in Italiam reditu quamprimum te facerem certiorem; praeſertim quum eſſem mihi conſcius non mediocris culpae „ quod quum crebiuſculas ad te literas miſſurum, me nimis fidenter pollicitus eſſem, non modo hoc non praeſtiterim; ſed ne quidem ad binas tuas humaniſſime ſcriptas „ ullum omnino dederim reſponſum; cuius tamen ceſſationis non tota mihi culpa imputari debet „ quippe propter domeſticas curas, aliaſque moleſtiſſimas occupationes, quibus tunc diſtringebar, fratriſque optimi, atque amantiſſimi diutiſſimum, & acerbiſſimum morbum, qui mortem etiam ipſi attulit: quum ſedato, ut in ſimilibus oportet animo, & longiuſcule ad te ſcribere, ut deſtinaveram, non poſſem, ob eos, quos dixi animi angores, eius implendi muneris, ſpem paulatim, vel abieci, vel depoſui &c. „

Tres autem habuit *Donius* fratres, *Carolum*, *Angelum*, & *Alexandrum*, quos omnes intra breve temporis ſpatium amiſit.

(2) *Io Barclaius*, cuius laudes *Donius* fuſe proſequitur in Ep. ad *Alex Pollinum* n.v. pag 9. ortus eſt v. Kal Febr A. MDLXXXII. Poſt varios caſus, Germania, Galliaque peragrata, Romam venit, ubi benignitate *Pauli* V. P. M. beneficiis auctus, domum ſuam modico proventu ſubſtinuit Tandem humanae cedens iniquitati, ad Viridarii cuiuſdam ſui culturam animum adplicuit, ubi tranſumptis undique Floribus rarioribus, iucundo adſpectu temporis taedium fallere nitebatur. Calculi doloribus frequenter vexatus, Romae ſuccubuit Prid. Eid Aug. MDCXXI. aet. XXXVI. V. *Freherum* l. c. *Iac. Tomaſinum* in Elogiis P. II. pag 581. editionis *Patavinae* A. MDCXLIV. *I. N Erythraeum in Pinacotheca Viror. ill.* P. III. *Niceronium* l. c. T. XVII. & XX.

(3) *Phil. Tomaſinus* in *Petrarca Redivivo* Cap. III. & alibi. Cl. *A. F. Gorius In Praef. Inſcriptionum Antiquar. P III.* *Florentiae* MDCCXLIII. *Laur. Mehus Vita di Lapo da Caſtiglionchio. Bologna* MDCCLIII. 4. pag. XXVII.

(4) In lib. *de mirabilibus Romae MS. in Bibliot. Ricard.*

(5) *Nicolaus Niccolus* vir incomparabili ingenii felicitate praeditus, ut graviſſimi viri teſtantur, *Ambroſius* nempe Camaldulenſis, *Poggius* & *Leonard. Aretinus* ſuis in Epiſtolis, ſua diligentia, atque ſtudiis, ſepultas fere humanas literas excitavit. Eius domus tamquam templum quoddam commune exiſtimabatur, ibique & ingens MSS Codd copia, nec non ſigna, & tabulae, & imagines veterum, & numiſmata conſpiciebantur. Interiit Flor. Menſe Ianuario MCCCCXXXVII. vita caelibe ducta, a *Poggio* laudatione funebri cohoneſtatus. Multas autem veteres inſcriptiones protuliſſe in Opuſculo quodam *De Orthographia latina*, eruitur ex Ep *Guarini Veronenſis* MS. in Bibliotheca *Marii Flori* Arretini.

(6) Id conſtat ex nonnullis Epiſtolis *Poggii* editionis Baſileenſis.

(7) V. *Menckenium* in Vita *Politiani* Lipſiae A. MDCCXXXVI. 4.

(8) *Gorius* l. c.

(9) *Coulectio veter Inſcript. MS.* in Bibl. D. *Marci* Flor. Ord. Praed.

(10) In libris *De honeſta diſciplina Baſileae per Henricum Petri* MDXXXII. & per *Iacob Clouet* MDXCVIII.

(11) In opere *De urbe Roma* MS in pergamena apud Nobiliſſimum March. *Gabrielem Richardium* Eccleſiae Florentinae Subdecanum.

(12) In libris *De Re Aedificatoria Pariſiis per Magiſtrum Bertholdum Remblot, & Lud. Hornken An Dom.* MDXII. XXIII *Aug.*

(13) De vetuſtis monumentis a *Medicaeis* antiquitus comparatis, conſulendi ſunt *Bernard Oricellarius* de Bello Piſano pag. 52. 53. *Bened Varchius* in Hiſtor. Flor. ubi agit de *Alex Medicaei* Florentini Ducis caede, *Aſcan Condivius* in vita *M. A. Bonarrotae* § VII. & VIII. cum notis *A. F Gorii*, *Phil Baldinuccius* Part. III. Saec. IV Decenn. I pag. 574 *Vit. Pictor. Iof Blanchinius de' Gran Duchi di Toſcana in Coſmo I & Ferd I.*

quorum collectanea veterum Inſcriptionum exſtant in Florentinis Bibliothecis, ac praecipue in *Laurentiana*, *Gaddia*, *Strozia*, *Richardia*, *Rinuccinia*, *Guadagnia*, *Magliabechia*, & in aliis non paucis.

XXXIII. Verum omnium curas longe ſuperavit *Franc. Albertinus* Canonicus Florentinus (1), qui in ſuo Commentario Romae edito A. MDIX. cui titulum fecit „ *De Mirabilibus Nouae & Veteris Vrbis Romae* (2), quem *Iulio* II. ſuperiore anno nuncupaverat, citat alterum opuſculum ſuum *De Veteribus Epitaphiis Romanorum*, & a ſe fuiſſe dicatum adfirmat, *Iulii* II. P. M. Nepoti *Xyſto*, Vice Cancellario, & S. R. E. Cardinali, Tit. *S. Petri ad Vincula*. Vetera autem Epitaphia, quae ipſe in opere ſuperius memorato adfert, ſunt ſeptuaginta, & amplius, eademque a *Iacobo Mazochio* Romano proferuntur in volumine, quod inſcripſit *Epigrammata Antiqua Vrbis*, quod ſub *Hadriani* VI. P. M. auſpiciis in vulgus prodidit A. MDXXI. Neque heic ſubſtitit *Albertini* cura; nam & praeclara, quae Florentiam nobilitant aedificia, cum ſacra, tum profana, nec non vetuſta monumenta, veluti ſedulus vetuſtatis indagator, deſcripſit (3).

XXXIV. Poſtea vero antiquitatis ſtudium altius evexit *Coſmas* I. *Franciſcus*, & *Ferdinandus* Magni Etruriae Duces, qui immenſam prope huiuſmodi monumentorum copiam collegerunt, & in regio Florentiae Cimeliarchio contemplandam expoſuere. Item ſub *Coſma* I. & *Franciſco* Principibus, *Nicolaus* Eques, ac Senator *Gaddius*, Romae honorificentiſſimis muneribus functus, & eruditione conſpicuus floruit (4), qui multa doctae vetuſtatis lipſana (5), in ſuas aedes tranſtulit, quae ibi adhuc ſubſpiciuntur (6). Porro & Inſcriptiones veteres, quae in hortis *Corſiniorum* ſunt, apud *Guicciardinios* exſtabant *Io. Bapt. Donii* aetate (7). Muſeum praeterea *Nicolinianum*, Marchio, ac Senator *Io. Nicolinius*, Marchionis *Angeli*, qui poſtmodum S. R. E. Cardinalis fuit, Filius, Saeculo XVI. collegit, ac dedicavit (8). *Richardus* quoque *Richardius*, vir generis nobilitate, & eruditione clariſſimus per haec tempora ad Muſeum ſtatuis, & ſimulacris, aliiſque vetuſtis monumentis inſtruendum animum adiecit (9): nec non *Ioannes de Garbo*, *Michael Ang. Bonarrota*, *Petr. Ant. Guadagnius*, & *Franciſcus Segalonius*, Florentinarum Antiquitatum indagatores ſolertiſſimi a *Iacobo Gaddio* nuncupantur (10). Viſitur quoque apud Nobiles

Vec-

(1) *Albertinii* vitam e priſcis monumentis eruit Cl. *Salvinus Salvinius* inter vitas Canonicorum Eccleſiae Florent. MSS.

(2) De mirabilibus novae & veteris Vrbis Romae; opus editum a *Franciſco de Albertinis* Clerico Florentino, tribus libris diviſum, dicatumque *Iulio* II. Pontif. Max. Romae per *Ioannem* de *Beſicken* Anno MDV. Iterum opuſculum prodiit cura *Iacobi Mazochii* MDX. Prid. Non. Febr. & MDXV. III. Kal. Nov. & Baſileae per *Thomam Wolff* MDXIX & Lugduni MDXX 4. ita *Nigrius*, ſed videndus hac de re eruditiſſimus *Gorius* in Praef. ad Tom. III. Inſcript. Antiquar.

(3) Anno MDX. opuſculum edidit, ita inſcriptum „ *Septem mirabilia Orbis*, & *Vrbis Romae*, & *Florentiae Civitatis cum Epitaphiis &c.* quod *Emanueli* Luſitaniae, & Algarbiorum Regi invictiſſimo dedicavit. Exſtat etiam perrarus eiuſdem *Albertini* libellus patrio ſermone conſcriptus „ *Memoriale di molte ſtatue et picture, ſono nella inclyta Ciptà di Florentia per mano di Sculptori et Pictori excellenti, moderni et antiqui, tratto dalla propria copia di Meſſer Franceſco Albertini Prete Fiorentino Anno Domini* MDX. In fine haec leguntur „ *Impreſſo per Ser Antonio Tubini nella inclyta Ciptà di Florentia queſto dì 2. Octobre MDX al tempo dello illuſtriſſimo Piero Soderini Gonfaloniere et primo Duca* Quid in hoc opuſculo deſcripſerit *Albertinus*, Cl. *Gorius* fuſe perſequitur in *Praef.* l. c.

(4) *Gaddius* A. MDXCI. naturae conceſſit, quum An. MDXXVII natus eſſet, qui inſuper Bibliothecam egregiis Codd. locupletavit. V. *Lamium* in Vit. *Richard.* pag. 126.

(5) Nonnulla aegyptia monumenta, quae in *Gaddiano* Muſeo adſervantur vulgavit *Io. Nardius* Medicae artis in Piſano Athenaeo Profeſſor, poſt eruditiſſimum commentarium in Libros VI. *T. Lucretii Cari de rerum natura*. *Flor. A.* MDCLXX.

(6) Laudat hoc Muſeum cl. v. *Montfauconius* in Diario Italico pag. 359

(7) Ita Cl. *Gorius P. II. pag.* 444 *Inſcript. Etrur.* Hunc qui quaeſiverit, forte aliquis opinetur *Nicolaum* fuiſſe, qui A. MDLV. Romae verſabatur *Coſmae* I. Ducis Orator, aut *Horatium*, qui eodem munere Romae functus eſt.

(8) *Lamius* l. c. & *Gorius* l. c. *Montfauc.* l. c. p. 38.

(9) *Lamius* l. c. pag. CXXIII.

(10) Inter *Iac. Gaddii* Poemata Selectiora Venetiis per *Marium Ginammum* MDCXXXV. pag. 121. Carmen legitur cum hoc titulo „ *De Carol. Stroza*, *Io. de Garbo*, *Michael. Ang. Bonarrota*, *Petro Ant. Guadagnio*, & *Franc. Segalonio* Florentinarum Antiquitatum indagatoribus ſolertiſſimis, ac peritiſſimis.

Priſci temporis agmen o peritum,
Facta quod patriae vetuſtiora,
Stirpium, ſeriemque, origineſque
Rimaris, memorique mente ſervas.
Qua te laude feram? tuum modeſtus
Brevi carmine praedicabo nomen,
Dignum vivere ſcilicet tot annos
Quot in mente geris, mihi videris.

Vecchiettos praealtus obeliſcus [1], quem ex Aegypto Florentiam advehi iuſſit *Hieronymus Vecchiettus*, cui ab Aegypto cognomen fuit [2], eo quod illam regionem ultra quadraginta integros annos, una cum fratre *Io. Baptiſta* incoluerit [3]. Ipſi quoque *Salviati* Principes, proprias aedes magnificentiſſimas, ſtatuis, & antiquis operibus decorarunt [4], & nulla fere Florentinorum Procerum domus fuit, aut villa, quae hac ditiſſima ſupellectile non abundaret [5].

XXXV. Tantus itaque Florentinorum amor antiquitatis reſtituendae, mirum, quot iuveni *Donio* ſtimulos addiderit [6], non modo, ut eadem, qua ſe ferebat occaſio colligeret, ſed ut etiam, quod & antea alta mente conceperat, exacte in volumen deſcriberet, pictoris ope, qui ei ſemper praeſto fuit, urnas, baſes, aras, cippos, omnes denique tabulas, ſuis cum ornamentis, zophoriis, epiſtyliis, coronis, ſignis, parergis; atque ita celeberrimum illud veterum Inſcriptionum Syntagma, ut ipſe teſtatur [7], Florentiae primo inchoavit, ac in ſuis per univerſam ferme Europam peregrinationibus [8] auxit, donec Romam tandem delatus, progreſſu temporis Inſcriptionum ad ſex millia collegit, [9] quas *Gruterus* omiſerat [10], ut non immerito Theſaurus quidam appellari poſſit, quemadmodum ille *Gruteri*, cuius fere methodum ſequutus eſt [11]. Sed magni huiuſce operis, cui elaborando *Donius*, donec vixit, plurimum inſudavit, adtexere obiter hiſtoriam non pigeat.

XXXVI. Qui igitur ſcire cupiat, quot labores io tam immenſa Inſcriptorum lapidum copia conquirenda, exſcribenda, & in claſſes digerenda exantlaverit, ipſum hac de re accurate differentem audiat in opuſculo, cuius titulus „ *Idea ſeu deſignatio aliquot operum, quae Io. Bapt. Donius partim abſolvit, par-*

(1) Hunc edidit *Athanaſ. Kircherus S. I. Oedipi T. III.*

(2) Eum ſummis laudibus celebrant *Ianus Nicius Erythraeus* in *Pinacotheca* pag. 196. edit. Lipſ. A. MDCCXII. *Fort. Licetus* De Recond. Antiquor. Lucernis Lib. I. cap. XIII. pag. 63. *Leo Allatius* in Apibus Vrbanis, *Iulius Niger* ll. cc. In lucem protulit de Anno Primitivo ab exordio Mundi ad Annum *Iulianum* accommodato, & ex Sacrorum temporum ratione, libros octo. quos merito confutavit D. *Petavius* S. I. Lib. XII. *De Doctrina Temporum*; & ab Apoſtolica auctoritate iure proſcriptos legimus Decreto lato III. Kal. Decembris MDCXXII. Scripſit etiam ſingularem ſuam de *Caena Domini* ſententiam, quam ibidem ſingulari libello refutavit *Ant. Cappellus* Franciſcanus.

(3) V. *Gorium* l. c.

(4) De his loquitur *Io. Cinellius* in libro „ *Delle bellezze di Firenze*. *Firenze* MDCLXXVII

(5) Celebris prae reliquis villa *Strozia* ſuburbana, cuius Muſei inſcriptiones exſcripſit Cl. *Montfauconius*, ut ipſe ait in Diario Italico Cap. XXV. pag 361.

(6) Studium hoc etiam poſt *Doni* aetatem in hac urbe viguit. Prae reliquis commemorandi ſunt *Carolus Datus*, *Philippus* Senator *Bonarrota*, & *Petrus Andreas Andreinius*: mea vero aetate *Ant. Franc. Gorius* omnimodas antiquitates ſtudioſe collegit, eaſque eruditiſſimis lucubrationibus aeternitati commendavit. Illuſtriſs vero, & Excellentiſs. Eques *Caietanus Antinorius* S. C. M. ab Intimis Conſiliis, ingentem inſcriptorum marmorum, ac titulorum copiam ab oblivione, ac temporum clade vindicavit, iiſque devictae vetuſtatis trophaeis aedes ſuas elegantiſſime exornavit. Quin & eruditiſs. *Bindus Simon Perutius* Florentinus Patricius, & Publicae ſaluti praefectus vigilantiſſimus, veterum exempla ſequutus, villam ſuam in Antellenſi agro ſitam, Cimeliis, antiquis ſignis, anaglyphis, marmoreis iconibus, picturis, inſcriptionibus, numiſmatis ſpectandam reddidit, atque ita ruris delicias, atque otium cum virtute laudabiliter certare voluit, ut apparet ex ſequenti inſcriptione, quae in villae proſpectu legitur.

VENERANDAE ANTIQVITATIS MONVMENTA
PRINCIPVM LVXV AC ERVDITORVM HOMINVM INDVSTRIA
IN PRBE FACILLIME REPERIVNDA
AD SVBLEVANDA SOLITVDINIS OTIA
BINDVS SIMON PERVTIVS
BINDI F. SIMONIS N. IO. BAPT. SEN. PRONEP.
HOSPITVM GENIO
FAMILIARIVM INSTRVCTIONI
PROPRIO SOLATIO
LVBENTISSIME DICAVIT
A. CIↃ. IↃCC. L.

(7) *In idea ſeu deſignatione operum* pag. 187.

(8) In Ep. *Roberto S. Lutetiam* n. X. pag. 18. „ quidquid ſit, ſi fidem aſtris habemus, ſidus aliquod opinor natali meo praeeſſe inconſtans, & ambulatorium putarem, quod me perpetuo in peregrinationibus vagum, & errantem vitam exigere compellit „

(9) V. *Doni* Librum *De Reſtituenda Salubritate Agri Romani* pag 36.

(10) *Gruteriano* Theſauro veterum Inſcriptionum conficiendo multum *Donius* contulerat. In Ep. *Nic. Rigaltio* miſſa n. IV. pag 6. haec habentur. „ Scis etiam me tibi dixiſſe, nonnullas heic eſſe veteres Inſcriptiones, quae in magnum illud *Gruteri Syntagma* relatae non ſint; id ego nuper collatione nonnullarum, pro certo ita eſſe deprehendi; quapropter eas nunc curo deſcribendas, & quum erunt deſcriptae, omnes ad te mittam; quas tu, ſi videbitur, ad illum in Germaniam deferri curabis; earumque exemplar apud te retinere poteris &c.

(11) *Gruterus* effulſit orbi, ſidere feliciſſimo A. MDLX. III. Nonis Decembris. Inſcriptionum Romanarum opus Auguſtiſſimum adgreſſus eſt, quod invitis, ac reluctantibus fatis,

partim incepit (1) „ *Earum*, inquit, *Inſcriptionum ad hanc diem ſex millia & amplius collegi, omniaque in ſatis amplum volumen mea manu ſub certis capitibus digeſſi, ac deſcripſi literis Romanis, ſive maiuſculis, & quam proxime ad ipſorum lapidum ſpeciem in orthographia, fracturiſque ſervata ſimilitudine. Singulis etiam titulos locorum, dominorumque nomina, apud quos quaeque reperiuntur, ſuperpoſui, adnotatis etiam obiter, ſi quae illis adiuncta occurrebant, minime ſilentio praetereunda; puta in oppidorum, quorum ſitus hodie ignoratur, nominibus, ac reliquiis, ſcalpturiſque iconum, quae in ſepulcris ſaepe reperiuntur. Si quam tamen ex his anaglypticis ſcalpturis paullo plus eruditionis continentem animadverti; puta, vas, aut habitum aliquem rariorem; eam fere, ſi pictor ad manum eſſet, depingendam curavi. Singulis etiam nomina illorum, qui unamquamque deſcripſerunt, vel eius exemplar mihi tradiderunt, ſubieci. Initio autem operis in tribus diverſis Indicibus, primo librorum manuſcriptorum (quorum permultos, & copioſiſſimos,* Aldique Manutii *Iunioris autographos, Bibliotheca Vaticana ſuppeditavit) ſecundo impreſſorum, tertio amicorum, qui ſymbolas aliquas huic operi contulerunt, nomina perſcripſi. In his Inſcriptionibus complures reperiuntur valde prolixae, nonnullae etiam carminibus conceptae, ac multae plane ſingulares, lectiſſimiſque rebus refertae; quaeque, nec apud* Gruterum *ipſum occurrunt, ut nomina Deorum, Magiſtratuum, Officiorum, & alia nondum audita. Erit heic etiam proprium caput Inſcriptionum barbaricarum, aut peregrinarum; quo in genere nonnullas habemus literis nondum impreſſis, aut vulgatis, ſed tamen genuinis, & ſine dubio olim uſurpatis exaratas: quae, etſi fere hodie minime intelliguntur, utilitate tamen ſua non carent; nam praeterquam quod iis antiquaria ſupellex augetur, uſum etiam praeſtant ad eos redarguendos, qui Alphabeta apud varios populos olim uſitata, perperam, & ex ingenio potius, comminiſcuntur, quam prout revera fuerunt, exhibent. In aliud etiam caput ſeorſim referam, quae non in lapidibus, aereiſve tabulis, ſed aliis in rebus multifariam inciſa ſunt: nempe in tegulis, lamellis, ſphragiſteriis, vaſis, & ſimilibus.*

XXXVII. In eodem volumine primus omnium in lucem proferre curavit (2), quemadmodum *Gruterus* in notis illis veteribus praeſtitit, manipulum aliquot vetuſtiſſimorum Inſtrumentorum, hoc eſt Chartarum, quarum pleraque antiqua papyro (quam hodie corticem arboris vocant) literis plane perverſis exarata erant, & pro vetuſtate multis in locis adeo corroſa, ut eorum ſenſus erui vix queat. Principe in loco inſigne antiquitatis monumentum in corticibus arborum exaratum exhibuit,, nimirum S. *Leonis* Papae IV. Bullae plumbatae fragmentum, donationem quamdam confirmantis, anno XXXIII. *Lotharii* Auguſti, Pridie Kalendas Septembris, Indictione XIIII. e quo plumbum ex cannabina chordula, de more Romanae curiae, pendebat, illudque *Paulus* Quintus Pont. Max. in Vaticana Bibliotheca reponi mandaverat. Reliqua inſtrumenta, quae ſunt XXI. ex autographis Chartis accuratiſſime, tum ex Vaticana, tum ex aliis, quae ibi indicantur Bibliothecis exſcripta ſunt; eorumque exemplaria alia *Iacobum Grimaldum*, Vaticani Tabularii cuſtodem, alia *Donium*, eiuſque amicos cognoſcunt auctores. Quamvis vero haec ſerius, quam oportebat prolata fuerint (3), quum eamdem pro-

tis bis, ſemel flammis, deinde militum rapina perditum, reparatum tamen, tandem auxit, locupletavit, evulgavit. Obiit XII. Kal Octobr MDCXXVII. aet. LXVI. M IX. D. XVII. Vid. Prolegomena ad I. *Gruteri* Corpus Inſcriptionum ex recenſione *Io. Georg. Graevii*. Amſtelaed MDCCVII. fol. Ei quamplurimas veteres Inſcriptiones ad augendum hunc veterum Inſcriptionum Theſaurum *Donius* miſerat, ut patet ex Ep. ad *Gaſparem Morelev* num. VI. pag. 10.

(1) In hunc vero finem huiuſmodi opuſculum confecit, ut amicorum de unaquaque re ſententiam, & conſilium exploraret.

(2) Ut oſtenditur a *Gorio* in collectione *Donianarum* Inſcript Flor. e Magni Ducis Typographio MDCCXXXI. fol.

(3) l. c. pag. 468.

provinciam poſtea ſuſceperint Viri doctiſſimi *Io. Mabillonius*, *& Io. a Monteſalconis*, nihilominus laudem quam maximam conſequi *Donius* debet.

XXXVIII. Fuſius praeterea opus hoc ſuum deſcripſit in Epiſtola ad Cll. virum *Gaſparem Scioppium* Romae data Kal. Iul. A. MDCXXVIII. (1) In ea, ut de aliis taceam Epiſtolis, ad literatos viros miſſis, in quibus eadem recenſentur; conqueritur nimia ſe veterum Inſcriptionum copia praegravari, in iiſque deſcribendis, conferendiſque, ſingulis cum Indicibus *Scaligerianis*, *Grutero* additis, ut ineditas dumtaxat deligeret; nec non in iis per ordinem redigendis, labore opprimi ingenue fatetur; nec quidem immerito: corpore enim erat valde gracili, minuſque valebat viribus, quam ut eiuſmodi laboribus eſſet ſatis, praeter incommoda, quibus adflictabatur, quae in eadem Epiſtola (2) dilucide exponit.

XXXIX. Pervulgata ubique tam inſignis operis fama, difficile dictu eſt, quanto plauſu, quibuſve laudibus *Donium* auctorem adfecerint viri eruditi, eidem arctiſſimo amicitiae vinculo coniuncti, atque ad idem evulgandum quantocyus hortati ſint, ut patet ex Epiſtolis eorumdem autographis, quae in unum collectae exhibentur. Inter eos honoris cauſſa recenſendi ſunt *Hugo Grotius*, *Cl. Salmaſius*, *Io. Fridericus Gronovius*, *Heinſius*, *Daniel*, & *Nicolaus*, quorum poſtremus *Doniani* operis editionem, ſi vellet, libenter ſe curaturum promiſit in Epiſtola ſcripta Eid. Ian. A. MDCXLVII. (3) *Alexand. Pollinus*, *Alexand. Victorius*, *Ant. Sanderus*, *Baltaſar Moretus*, *Bapt. Saccus*, Eques *Caſſianus a Puteo*, *Chriſtophorus Adamus Rupertus*, *Claud. Menetrerius*, *Edmundus Merillus*, *Erycius Puteanus*, *Gaſpar Scioppius*, *Ger. Io. Voſſius*, *Gabriel Naudaeus*, *Iſaacus Voſſius*, *Dionyſ. Petavius*, *Fronto Ducaeus*, *Iac. Sirmondus*, *Franciſcus Vigerius*, *Hieronymus Petruccius*, *Henric. Dormalius*, S. I. Presbyteri, *Io. Albertus Bannius*, *Io. Rhodius*, *Iul. Caeſ. Bulengerus*, *Io. Bourdelotius*, *Lucas Torrius*, *Laur. Pignorius*, *Ludov. Nonnius*, *Marinus Merſennus*, *Nic. Rigaltius*, *Lucas Holſtenius*, *Octav. Ferrarius*, *Renat. Moraeus*, *Thomas Dempſterus*, *Thomas Rigelius*, *Vincentius Marinerius*; quibus, ſi vis, & noſtros adde, *Michaelem Ang. Bonarrotium* iuniorem, *Franc. Stuſam*, *Io. Bapt. Rondinellium*, *Bened. Florectum*, *Paganinum Gaudentium*, *Ioannem Bapt. & Petrum Strozios*, alioſque non paucos; quos ideo referendos duxi, ut eius tanti operis laus, & adprobatio magis eluceſcat. Hiſce addenda ſunt alia doctiſſimorum virorum teſtimonia, *Thomae* praeſertim *Reineſii* (4), ac *Iac. Philippi Tomaſini*, cum quibus complures veteres Inſcriptiones, quod & cum aliis antea fecerat (5), communicavit (6): quemadmodum etiam viri ſummae eruditionis *Io. Albertus Fabricius* (7), & *Leo Allatius* (8), tum de Syntagmate antiquarum Inſcriptionum, tum de aliis, non tamen omnibus, *Donii* vel editis, vel ineditis lucubrationibus, ſumma cum laude meminerunt.

XL. Fontes, ex quibus tam uberem vetuſtorum lapidum συναγωγῆς hauſit, indicantur ex duplici Indice adpoſito in editione Florentina, quorum primus exhibet MSS. Codd. alter vero editos libros (9), & quidem magna

(1) Edita num. XXV. pag. 36.
(2) In cit. Ep. & alibi.
(3) Edita num. CXXIII. pag. 191.
(4) Cl. V. num. XIX. Veter. Inſcript.
(5) Quamplures veteres Inſcriptiones *Donius* miſit *Nicolao Rigaltio* ad aliud Syntagma veterum Inſcriptionum locupletandum. Vid. Ep. *ad Alex. Pollinum* num v. pag. 7. *Adamo Ruperto* in Academia Altorphina Profeſſori ad ſuos faſtus Conſulares contexendos. Vid. Ep. CI. pag. 160. *Felici Contelorio* ad augendum ſuum *De Praefecto Vrbis* commentarium. Vid. Ep. LI. pag. 86. aliiſque, ut ex Epp. patet.
(6) Vide *Reineſium* in Praefatione, fere in ſingulis Claſſibus infra Inſcriptionum, *Tomaſinum* in Libro *De Donariis, ac Tabellis votivis*, ubi eas edidit Inſcriptiones, quas ei non paucas dono dederat noſter *Donius*.
(7) Tom. I. Bibl. Latinae edit. Amburg. A. MDCCXXI. Lib. IV. Cap. V. & Lib. VI. Cap. V. pag. DCCLIX ſeqq.
(8) In Apibus *Vrbanis*.
(9) pag. 564.

magna ex parte perraros, ex quibus veteres lapides conquiſivit. Longe vero plures ſunt, quos aut vidit, aut exſcripſit, etiam amanuenſis ope, cuius tamen apographa cum autographis ſemper contulit [1].

XLI. Quo quidem loco notandum eſt, omnes Italiae Principes, & Epiſcopos non deſtitiſſe adhortari, ut ad ea, quae in publicum prodire moliebatur, opem ſuam certatim conferrent [2]; neque praetereunda videntur illorum virorum nomina, qui auctoris collectanea plurimum locupletarunt; *Alexander* ſcilicet *Ioannis Baptiſtae* frater *Donius*, Eques *Caſſianus* a *Puteo*, *Claud. Menetrerius*, *David Calvillus*, *Ferd. Vghellus*, *Franciſcus Maria Turrigius*, *Nicolaus Claudius Fabricius Peireskius*, Comes *Gabriel Caſtellus*, *Gabriel Naudaeus*, *Hieronymus Aleander*, *Io. Iac. Buccardus*, *Io. Petr. Stephanonius*, *Io. Franc. Angelonius*, *Iſaacus Voſſius*, *Lud. Holſtenius*, *Laelius Paſchalinus*, *Michael Ang. Bonarrotius*, *Martinus Mileſius*, *Nic. Alemannius*, *Paulus Mancinus*, *Petrus Othobonus*, *Pomp. Garilianus* Capuanus, *Torquatus Perottus*, aliique, quos in calce ſingularum Inſcriptionum ab ipſo memoratos vides.

XLII. Hoc igitur tam praeclarum opus, cuius editione *Donius* decus patriae ſuae, ac Literarum Reip. utilitatem quam maximam adlaturus erat [3], immaturo fato raptus, publici iuris facere non potuit [4]: poſtea vero eius filii, *Franciſcus*, *Alexander*, & *Angelus Donius*, tribus *Barberinis* fratribus S. R. E. Cardinalibus, & Praeneſtes Principi poſthumum Patris laborem de *Reſtituenda Salubritate Agri Romani* dicantes, ſyntagma quoque illud veterum Inſcriptionum in lucem, uſumque publicum, ſub eorumdem auſpiciis, aliquando ſe prolaturos, fidem obligavere; ſed aut adverſo, & invido fato impediti, aut variis negotiis diſtenti, promiſſis ſtare minime potuerunt. Tantam igitur inſignium monumentorum iacturam reparare poſtmodum cogitavit *Carolus Datus* Patricius Flor. & bono ſtudioſorum antiquitatis conſulens, *Donii* partes ſuſcepit, eiuſque veterum lapidum Theſaurum dicare *Chriſtinae* Svecorum Reginae Auguſtiſſimae in votis habuit, ac ſe propediem id praeſtiturum promiſit [5]; ſed in dies editionem differens, & ipſe immatura morte praereptus A. MDCLXXV. [6], votum exſequi non potuit. Itaque quum ineditas illas *Donii* ſchedas reperiſſet in Bibliotheca *Barberina*, cui apographas [7] *Donius*, adhuc vivens, donaverat, Vir Cl. *Raphael Fabrettus*, plurimas ex iis exſcripſit, quibus Opus ſuum antiquarum Inſcriptionum mirifice locupletavit; quin etiam nonnullas ex illis communicavit Comiti *Carolo Caeſari Malvaſiae*, quas edidit Romae inter Marmora Felſinea A. MDCXC. *Sponius* quoque reliquiarum morientis Graeciae inſpector, & indagator, paucas ex eiſdem antea excerpſerat, quas protulit A. MDCLXXXV. in Miſcellaneis eruditae Antiquitatis. Denique elapſis a *Donii* morte annis LXXXX. & amplius omnigenae apud Etruſcos antiqui-

 tatis

(1) Vid. cit. Ep. ad *Gaſp. Scioppium*.

(2) Occurrit Ep. encyclica ad omnes Italiae Epiſcopos num. XLV pag. 78.

(3) *Donius* In Ep. ad L. *Torrium* D. XII Kal. Maias MDCXXXIX num. LXXXI. pag. 130 „Quod reliquum eſt, ſcito Inſcriptiones veteres, a me hucuſque collectas, iuſſu Eminent.ſſ Principis *Franciſci* Card. *Barberini*, nunc deſcribi, propediem videlicet eius ſumtibus in lucem edendas. „

(4) Magno Muſarum doctorumque maerore fato functus *Donius*, praeclarum illud opus, quod in omnium votis erat, in publicum emittere minime potuit. Multis laudibus illud ornarunt doctiſs. viri *Hugo Grotius* In Ep. 1032 A MDCXXVIII. XII. Kal. Aug. *Reineſius* in Praef. *Syntagm. Antiquar. Inſcrip.* edit. Lipſ. & Francof. MDCLXXXII. *Fabricius*, & *Phil. Tomaſinus* ll. cc. & alii complures.

(5) Hunc operi titulum *Datus* adpoſuit „ Inſcriptionum antiquarum Theſaurus Cl. V. & praeſertim eruditiſſimi, atque omni aevo celeberrimi *Io. Bapt. Donii* Flor. laboribus recentiſſime effoſſus, curis, vigiliis, ingenio *Caroli Dati* Flor. digeſtus, auctus, illuſtratus, & Auguſtiſſ. *Chriſtinae* Svecorum &c. Reginae potentiſſ. dicatus. Accedunt Indices XXX Appendix etruſca, & notae.

(6) *Nigrius* perperam adſerit fatis ceſſiſſe A. MDCLXXVI. l. c. Vid. *Niceronium* T. XXIV l. c.

(7) Exſtare in Bibliotheca *Barberina* has Io. D. *Donii* ſchedas monuit *Carolum Strozium* per Epiſtolam Nonis Ianuar. MDCLVI. Cl. *Ioſeph Mar. Suareſius* Epiſc. Vaſionenſis, quae legitur in Cod. MXLVI Plut. M Bibliothecae *Strozianae*.

tatis Magiſter *Ant. Franc. Gorius*, de cuius eruditione numquam Florentinae literae conticeſcent, has illuſtres Vetuſtatis opes ſplendida editione Literarum Reip. obtulit [1], & a temporum, atque heredum contumeliis vindicavit.

COM-

[1] *Io. Baptiſtae Donii* Patricii Florentini Inſcriptiones Antiquae nunc primum editae, notiſque illuſtratae, & XXVI Indicibus auctae ab *Antonio Franciſco Gorio* Publico Hiſtoriarum Profeſſore. Accedunt Deorum Arae tabulis Aereis inciſae cum obſervationibus: Flor. A. MDCCXXXI. Ex Regia Typographia Magni Ducis Etruriae fol.

Digitized by Google

COMMENTARIORVM
DE VITA ET SCRIPTIS
IO. BAPT. DONI

LIBER SECVNDVS.

I. IAm annus MDCXXIII. vertebat, & in literis mirum, quantum in dies proficeret *Donius*, ita ut brevi latus illi quidam campus ad res domeſticas augendas, & ad cepta opeta facilius perficienda, patuerit. Inter quae optatiſſimus nuntius eum in ſpem manſurae felicitatis erexit, *Maphaeo* Cardinale *Barberino* (1), admirabili non minus virtutum, quam ſuffragiorum conſenſione, in ſummum Pontificem renuntiato. Erat enim *Donius Barberinae* Familiae addictiſſimus (2), ratus non immerito in priſtinum literas ſplendorem ſub magnanimo Pontifice revocatum iri, ac doctiſſimos quoſque viros in aula *Barberina* gratiſſimo hoſpitio excipiendos (3). Cete-

(1) *Antonius Barberinus ex Camilla Barbadora Maphaeum* filium A. S. MDLXVIII. ſuſcepit. A *Paullo V.* III. Eid. Septemb. MDCV. ampliſſimo Cardinalium Presbyterorum ordini adſcribitur, & VIII. Eid. Auguſti MDCXXIII. eligitur in ſummum Pontificem. Obiit vero IV. Kal. Aug. Anno MDCXXXXIV. Eius laudes innumeri ferme ſcriptores ad caelum efferunt, inter quos videndus *Leo Allatius* in Opere, quod inſcripſit. *Apes Vrbanae, ſive de viris illuſtribus, qui ab Anno MDCXXX. per totum MDCXXXII. Romae adfuerunt, ac Typis aliquid evulgarunt Romae MDCXXXIII.* &. *Ciacconius* quoque eorum nomina recenſet, qui *Vrbani* laudes cecinere, vel ei lucubrationes ſuas inſcripſerunt.

(2) *I. B. Donius* in Ep. Dedicatoria *Vrbano* VIII. *Lyrae Barberinae* praemiſſa „ Non obſcurum eſt, quantum tua ſingularis in me benignitas, Excellentiſſimaeque Domus tuae, atque inprimis Eminentiſſimi Domini mei *Francisci* Cardinalis *Barberini*, cuius vel nomine ipſo recreor, indulgentiſſimus favor me totum ſibi devinxerit, ac mancipari &c. „ Subiit devotiſſimae meae voluntatis teſtimonium aliquod publice proferre, perennique monumento poſteros edocere, me non inter poſtremos nobiliſſimae eiuſdem Domus extitiſſe cultores. „

(3) Non parum lucis adferet Hiſtoriae noſtrae doctorum virorum, qui Romae praeſertim florebant, dum ad Pontificium culmen *Vrbanus* evectus eſt, recenſio, quam eidem Pontifici *Gaſpar Scioppius* exhibuit, a nobis ex eius autographo apud Comites *Petruccios* exſcripta „ *Viri docti in Italia, quos Gaſpar Scioppius novit, quique ab* Vrbano VIII. *ſummo Pont., ac literarum patrono ornentur, ex animi ſententia dignos cenſet.*

I. *Virginius Caeſarinus* Romanae Nobilitatis Princeps, aetatis noſtrae Phaenix.

II. *Ioannes Ciampolus* Romani Princeps eloquii, *Virginio* non minus ingenio, quam amore coniunctiſs.

III. *Antonius Quaerengus*, vir humanarum rerum doctiſſimus.

IV. *Guilhelmus Setonius* nobilis Scotus, Ic. Graecis, ac Latinis literis cultiſſimus, inque ſacra, & profana hiſtoria probe verſatus.

V. *Hieronymus Aleander* Ic. & Poeta politiſſ. G. & L. bene doctus, & antiquitatum Eccleſiaſticarum, & ſaecularium cum paucis gnarus.

VI. *Paulus Bombinus* Ieſuita Theologus, & Philoſophus eximius, Graece, & Latine doctus, in Hiſtoria Latine ſcribenda, ſive iudicii maturitas, ſive dictionis caſtimonia ſpectetur, nemini hodie ſecundus, & cum veterum plerorumque laude conferendus.

VII. *Scipio Paſchalius* Epiſcopus Caſalenſis Ic. omnis veteris Eccleſiaſtici iuris, & moris callentiſſimus, Hebraici, & Graeci ſermonis ſatis peritus, Latine cum primis doctus, prudentiae ſingularis, vitae denique innocentia ſpectatiſſimus.

VIII. *Martius Malacrida* vir optimus, & Latine doctiſs. idemque magno rerum uſu praeditus, cuius poemata Latina propediem exibunt.

IX. *Cyrus* Comes *Purlilienſis*, ſive de *Porcia* humanioribus literis non leviter tinctus, & linguae, ac rerum Germanae peritiſſimus, pariterque prudentia, & morum integritate, ac ſuavitate convictus, omnibus ſe commendans.

X. *Octavianus Viſtrius* de *Barbiano* Eques Ordinis Calatravici, heres paternae eloquentiae, & ſtudii erga publicum Eccleſiae bonum, cum uſu Aulae, rerumque politicarum notitia, ſacrarum literarum peritiam minime vulgarem coniunxit, & innoxium otium, vitaeque tranquillitatem aliquid ſubinde tam ligata, quam ſoluta oratione elucubrando exornat.

XI. *Balduinus de Monte Simoncellius* Mileſiarum ſcriptione, non minus expromtam eleganter Latine ſcribendi facilitatem, quam ingenii elegantiam, pari ad fingendum felicitate coniunctam, eruditis probat.

XII. *M. Antonius Cappellus* Franciſcanae familiae Theologus, exacta Eccleſiaſticarum antiquitatum peritia, pro Apoſtolicae Sedis auctoritate magno intelligentium applauſu propugnat.

XIII. *Franc. Bernardinus Ferrarius* Mediolanenſis Theologus, editis libris de Eccleſiaſticarum Epiſtolarum, & ſacrarum Concionum ritibus, magnam variae doctrinae, iudicii,

Ceterum, dum Pontificem ſui ſtudioſum adire moliebatur, habuit, quo magis ſpem ſuam erigeret, & cumulato gaudio triumpharet: quippe rumor inceſſe-

dicii, & in volutandis ſcriptoribus Eccleſiaſticis induſtriae laudem tulit.

XIV. *Joſephus Vicecomes*, & ipſe Mediolanenſis Theologus, veteres Sacramentorum Baptiſmi, Confirmationis, & Euchariſtiae ritus magna ingenii, eruditionis, & elocutionis commendatione libris ſuis executus eſt.

XV. *Henricus Spondanus* vir Graece, & Latine doctus, vaſto *Baronianorum* Annalium opere in compendium redacto, quantivis pretii operam Eccleſiae navavit.

XVI *Ignatius Braccius* Theologus in Graecis, & Latinis literis naviter verſatus.

XVII. *Auguſtinus Oreggius* Theologus Graecae, & Latinae linguae ſcientia pariter cenſetur.

XVIII. *Joannes Bapt. Laurus* Graeci ſermonis ſe minime rudem, Latini non vulgariter peritum libris editis probavit.

XIX. *Thomas Dempſterus* Baro Scotus Ic. & Philologus magni ingenii, variae lectionis, & minimae poenitendae elegantiae

XX. *Franc Bartholinus* Ic. Latinae, & eleganter ſcribendi facultate cum paucis praeditus.

XXI. *Aquilinus Copinus* inter eos, qui bene Latine ſcribunt, facile locum tuetur.

XXII. *Mathaeus Valerius* Carthuſiae Ticinenſis Monachus, cum ſingularis exempli pietate, ac modeſtia, magnam antiquitatum Romanarum peritiam coniunctam habet. Latine quoque ſic ſcribit, ut nemo, vel puritatem in eo, vel elegantiam requirat.

XXIII. *Nicolaus Villanius* Graece, & Latine doctus, poemata Latina ſcribit, multis reconditae eruditionis notis inſignia.

XXIV. *Fabius Leonida* carminibus lyricis ſcribendis *Horatium* feliciter imitatur.

XXV *Franc. Gagliardus* quaſdam Odas Latinas honori *Jo. Camilli Zaccagnii* diſerti iuvenis dicavit, in quibus nec puri ſermonis gratiam quis deſideret, & dictionis maieſtatem, ac grandiloquentiam non poſſit non commendare.

XXVI. *Annibal Campegius* Ic. politiſſimi ingenii, ſive declamet Latine, ſive verſus faciat, omnium puncta aufert.

XXVII. *Nic. Riccardius* Dominicanae ſodalitatis Theologus, & Philoſophus, Monſtri nomen alia cauſſa ei factum, ingenii omnium diſciplinarum capacis magnitudine, & eloquentiae vi parere ſibi poterat.

XXVIII. *Vincentius Gramigna* ingenii Philoſophicis ſtudiis cultiſſimi, & facundiae minime plebeiae famam habet.

XXIX *Alexander Taſſonius* amaeno, & ſalſo ingenio, ſimulque multiplici doctrina plauſum etiam bellorum hominum meruit.

XXX. *Jo. Faber Bambergenſis* Medicus, & Philoſophus, non modo in arte ſua, quam facit, multum ſe ſupra vulgus extulit, ſed etiam in optimo quoque veterum ſcriptorum egregie ſe verſatum, libris editis planum fecit.

XXXI *Georgius Conaeus* nobilis Scotus, cuius iuventuti non minus Theologiae ſtudium, & politior literatura, quam pietas, & modeſtia ad bonorum, & doctorum omnium benevolentiam comparandam ſuffragatur.

XXXII. *Nicolaus Alemannus* vir Graece, & Latine doctiſſimus, cuius ingenii, ac doctrinae ſpecimen in *Procopio* cum verſione Latina, & notis eius nuperrime edito videre licet.

XXXIV. *Antonius Salmatia* inſignis Theologus eorum, qui hodie Graecarum, & Latinarum literarum laude clarent, nemini facile ſecundus.

XXXIV. *Ioſeph Ripamontius* Hebraice, Graece, & Latine doctus.

XXXV. *Benedictus Soſſagus* Poeta Latinus non minimi ſpiritus.

XXXVI. *Jo. Bapt. Marinus*, quem propter nominis celebritatem Cymbalum mundi vocare poſſis, non a ſumma tantum cavea plauſum habet, ſed etiam ab iis, qui in orcheſtra ſpectant, & literarum principes perhibent. *Virginius* certe *Caeſarinus*, *Ciampolus*, *Aleander*, & alii eorum ſimiles ingenii variis diſciplinis non vulgariter exculti, magnitudinem cum pari facundia, & Etruſci ſtyli puritate, perſpicuitate, ac venuſtate coniunctam in eo admirantur, & quicquid Graecorum, ac Latinorum poetarum lectio homini minime oſcitanti ſuppeditare poterat, in poematis eius teſtantur apparere.

XXXVII. *Auguſtinus Maſcardus*, editione librorum Latino, & Etruſco ſermone conſcriptorum, non modo qui multiplicis eruditionis laudem ingenio eius tribuerent, ſed etiam, qui dictionem eius, elegantia, & argutiae nomine commendarent, & eruditionibus, non paucos invenit.

XXXVIII. *Fridericus Caeſius* Princeps *S. Angeli*, quum ingenium ſortitus ſit mirae ad percipiendum quodvis diſciplinarum genus docilitatis, rarique ad excogitandum, praecipueque ad indagandas rerum naturalium cauſſas acuminis, memoriae etiam ad retinendum, quae ſive legit, ſive audit, fideliſſimae, id lectione optimi cuiuſque veterum, & recentiorum ſcriptorum ſic excoluit, ut ex tempore in hominum doctorum caetu diſſerens, non minus ſtupore audientes defigat, quam venere, ac lepore ſermonis, tum humanitate, plenaque officii voluntate omnium amorem ſolet allicere. Cuius de Philoſophis lucubrationes, quum olim exierint, magnam eo nomine aetati noſtrae gratulationem factum iri quotquot propius eum pernoverunt augurantur.

XXXIX. *Franciſcus, & Carolus Lotherii*, praeſtantis Ic. *Melchioris Lotherii* filii, quorum ille XII alter XI. annos natus eſt, prodigioſe felicibus ingeniis praediti, in utriuſque iuris ſtudio ſic verſati ſunt, ut plurimos eorum, qui Ic. audiunt, multa millia poſt ſe relinquant, & *Virgilii* opera omnia memoria teneant, & intelligant &c.

Viri docti in Italia.

Petrus Stroza Florentiae Philoſophus, & Ic. Graece, & Latine doctus.

Io. Bapt. Stroza, Florentiae oculis captus, poeta Etruſcus

Petrus Victorius, Magni *Victorii* Pronepos, literarum humaniorum Florentiae doctor.

Io Bapt. Donius Florentinus, Graece, & Latine doctus, poeta elegans, Romae in familia *Barberini* Card.

Io Bapt. Saccus bene Latine doctus, Senatui Mediol. a ſecretis.

Paulus Benius profeſſor Literarum Patavii, Theologus, & philoſophus acri iudicio praeditus.

Felix Oſius Mediolanenſis humaniorum literarum Patavii doctor.

Laurentius Pignorius Patavii, Graece, & Latine doctus, & antiquitatum peritiſſimus.

Ludovicus Septalius Medicus, & Philoſophus eximius Mediolani.

Pompeius Garilianus Romae apud Card. *Perettum* Philoſophus Platonicus.

Tarquinius Gallutius Ieſuita Romae, Orator, & Poeta mediocris.

Andr Eudaemon-Iohannes Ieſuita Romae Theologus, eleganter Latine ſcribit.

Th. Campanella Dominicanus Neapoli in Arce nova.

Claudius Achillinus Ic. & Mathematicus praeſtans Ferrariae.

Sigiſmundus Boldonus literas humaniores bene doctus Ticini.

Caeſar Burrus nobilis Mediolanenſ. Ic. & Philologus.

Iac. Valerius Ic Mediol. ab humaniori literatura minime remotus.

Petrus Cantonus Ic. Mediol. acri etiam in literis iudicio praeditus.

Papyrius Cataneus Ic. Senator Mediol. Philologus inſignis.

Anſaldus Ceba Genuenſis, ingenii lectione veterum ſcriptorum probe cultus.

Paulus Bellonius Senator Mediol. Ic. & orator non e multis.

Gabriel

Digitized by Google

ceſſerat *Franciſcum Barberinum*, Pontificis ex germano fratre nepotem, cuius iam fuerat *Donius* contubernalis [1], Sexto Nonas Octobris in purpurarorum Patrum collegium fuiſſe cooptatum [2]. Eapropter officioſiſſimas ad Cardinalem *Barberinum* literas dedit [3], quibus de ſuſcepta nuper dignitate gratulatus, ei operam ſuam, omnemque famulatum obtulit, adiuncto in laudem patrui Pontificis poemate, ut, quod flagrantiſſime cupiebat, utriuſque ſibi gratiam conciliaret.

II. Domeſticis itaque, quantum licuit, rebus compoſitis, Menſe Novembri [4] Romam migravit; ibique a magnanimo Cardinali perhumaniter exceptus [5], inter doctrina praeſtantes viros, qui ei famulabantur, quorum conſuetudine cultam, & elegantem vitam ſectanti, nihil eſſe poterat iucundius [6], adſcriptus eſt; graviora ampliſſimae dignitatis munera aliquando obiturus. Inſtructiſſima innumeris voluminibus, tam manuſcriptis, quam editis, ſummo ſtudio ab ineunte aetate conquiſitis [7], erat illi Bibliotheca, in quam, quoties a publicis muneribus vacatio erat, in ſapientiae veluti officinam, ſecedere Cardinalis conſueverat.

III. Incredibile dictu eſt, quanto amore *Donium* noſtrum *Franciſcus Barberinus* proſequeretur; aequiſſimum enim fautorem ſtudiorum, quibus adſiduam ille operam dabat, ſe praebens, ad labores alacriter ſubeundos, extremamque manum iis lucubrationibus imponendam, quae ſtudioſis magno uſui eſſe poſſent, hortabatur adſidue; nullumque propenſae voluntatis, & incomparabilis munificentiae teſtimonium excogitari poterat, quod illi non exhiberet [8].

IV. Hinc

Gabriel Bertazzolius Mantuae Mathematicus praeſtans, & Machinator admirandus.

Scipio Comes *Agnellus* Ep. Caſalenſis humanioribus literis, ac philoſophia Platonica non vulgariter excultus.

Sebaſt. Piſſinius nobilis Lucenſis, Medicus, & Philoſophus minime illiteratus.

Guido Vanninius Lucae literarum humaniorum doctor.

Hieronymus Venerofus nobilis Genuenſis, Medicus praeſtans, variae doctrinae.

Iac. Ant. Frigius Medicus inſignis Ticini.

Hieronymus Mariuccinus.

Aſcanius Belmiſſerius.

Iulius Roſpiglioſus.

Paganinus Gaudentius.

(1) In Ep. ad *Peireskium* num. xv. „ Poſt meum ex Gallia reditum, in dies augeſcere ſenſi deſiderium, quo iam tum flagrare ceperam, inſinuandi me, quocumque modo poſſem, in amicitiam tuam, praeſertim quum poſt *Vrbani* P. M. electionem, quem divino plane nutu, ſublevando rei Chriſtianae ſtatu, deſtinatum videmus, evocatus Florentia ad Aulam Illuſtr. Card *Franciſci Barberini* Romam venerim &c. „

(2) Ep. vii. pag. 12. „ Quantum laetitiae, & voluptatis hauſerim, quum te nuper in Purpuratorum Patrum Collegium cooptatum eſſe percrebuit, ſi nunc pluribus ediſſeram, haud ſatis, opinor, conſtabit officii, loci, temporis, ac muneris mei Totum enim hoc multis de cauſſis interceptum videbatur ab eo nuncio, qui deſtinatum me eſſe in familiam tuam, quod in magna parte felicitatis meae ſemper putavi, paulo ante admonuerat. „

(3) „ *Franciſcus Caroli Barberini*, & *Conſtantiae Magalottae* F. *Vrbani* VIII. ex fratre nepos Natus Florentiae iv Kal Octobr. mdxcvii. Eum vero *Vrbanus* VIII vi. Nonis Octobr. mdcxxiii in ordinem Diaconorum Cardinalium cooptavit. Obiit iv. Eid Decembr. mdclxxix.

(4) In cit. Ep. ad Card *Barberinum* num. vii. pag. 12. „ Superioribus diebus Poema in laudem optimi, maximique Pontificis effudi verius, quam compoſui, quippe intra paucos dies, animo in alias curas diſtracto, ad calcem inductum eſt, necdum, ut oportuit politum, qualecumque tamen eſt, tibi offerendum duxi, ut temporis occupationi, ſi forte vacabit, in Tuſculano ſeceſſu unam horam, vel alteram perdere debeas; unde erga Principem, laude maiorem agnoſcere poſſis affectum pium &c. „ Quid igitur aliud reſtat adornanti diſceſſum ex hac urbe meum, ut te quantocyus conveniam, Domine, quem iamdudum, aut coram animo intueri non minus percupio purpura iſta fulgentem, niſi, ut conceptis verbis ſpondeam tibi omnem operam, & induſtriam meam. „ Extat in Archivo *Doniano* Ep. viii Kal. Nov. A. mdcxxiii a Card. *Franciſco Barberino* ad *Franciſcum Donium* exarata, qua eum, *Io. Bapt.* *Filium* in domum ſuam excepiſſe, certiorem facit Praeterea habemus *Donii* Epiſt. num. xiii. pag. 20. *Hieronymo Petruccio* S. I Datam Romae xvi. Dec. mdcxxiii. Conſulenda eſt etiam Ep Dedicatoria Operis „ *De reſtituenda ſalubritate Agri Romani ab Franciſco Alexandro*, & *Angelo Doniis*, *Barberinis* Cardinalibus, & Praeneſtes Principi nuncupata. „

(5) In Ep. ad *Th Dempſterum* num. xii. pag. 20. „ Septimus autem nunc agitur menſis (ne ſtatum rerum mearum ignores) quum relicta patria, Romam me recepi, propterea quod inter familiares Card *Barberini* eſſem admiſſus apud quem adeo libenter, & hilariter conquieſco, ut nihil amplius expetere hoc quidem tempore mihi veniat in mentem Efficit hoc Illuſtriſſ. Dom. ac Patroni mei inſignis humanitas, & virtus, quae niſi iam ubique vulgatiſſima eſſet, ubique in primis notiſſima, pluribus a me celebraretur &c. „

(6) In cit. Ep. „ Quid dicam de convictu tot nobilium, & ornatiſſimorum iuvenum; quorum conſuetudine, cultam, & elegantem vitam amantibus, nihil eſſe poteſt iucundius, & amoenius. Horum e numero *Georgius Gualtherius* &c. „

(7) Huius Bibliothecae deſcriptionem exhibet *Hieronymus Teſius* apud *Ciacconium* l. c. Extat „ Index Bibliothecae, qua *Franc Barberinus* S. R. E. Cardinalis Vicecancellarius magnificentiſſimus ſuae Familiae ad Quirinalem aedes magnificentiores reddidit Tomi tres, libros typis editos complectens. Romae Typis *Barberinis* excudebat *Michael Hercules* mdclxxxi fol „

(8) Ita ipſe *Donius* in Dedicatione MS. *ad Pandectas*.

IV. Heinc facile coniici poteſt, quam vehementi ſtudio univerſa antiquitatis monumenta, quae in urbe magiſtra, & rerum arbitra ſuperſunt, *Donius* perveſtigaverit. Regiones, vicoſque percurrens, agnoſcere voluit, quae extiterunt templa, aedes, arae, luci, ſepulcra, aſyla, ſcholae, bibliothecae, amphitheatra, theatra, circi, hippodromi, naumachiae, campi, fora, emporia, horrea, armamentaria, balnea, thermae, aquae, pontes, coloſſi, obeliſci, columnae, ſigna, & alia innumera, quae antea per aetatem, fortaſſe minus curioſe perquiſierat.

V. Quumque in hiſce animi oblectamentis iucunde *Donius* aetatem tereret, laetitiae adverſus fortunae ictus dolorem admiſcuit: etenim menſe Ianuario, Anno MDCXXIV. morbo, licet brevi, laboraſſe videtur, a quo *Dei* Opt. Max. beneficio, *Deiparaeque* Virginis interceſſione ſervatus fuit, necnon praecipua ſublevatus humanitate, ac liberalitate *Franciſci* Cardinalis *Barberini*, per quem illi nihil defuit, quod priſtinam illi valetudinem reſtitueret (1). Caſum iſtum, alter conſequutus fuit, *Donio* acerbiſſimus; ſiquidem Kal. Aprilis Romae fatis ceſſit *Virginius Caeſarinius*, quum annos XXIX. aetatis ageret, admirandi prorſus ingenii Princeps, ac Muſageta incomparabilis; cuius ille obitum lugubri Monodia amare deflevit (2).

VI. Interim ſedulo animadvertens, MSS. codices, ac veteres membranas in bibliopolarum, ſalariorum, ac bractteariorum officinis frequentiſſime deperire; omnium primus, beneficio ſingulari viam ad optima ſtudia amplificanda, ac reparanda, literario orbi monſtravit. Edictum enim Romae ferri curavit A. MDCXXIV. adverſus eos, qui propria auctoritate, cuiuſcumque generis manu exaratos codices diſtrahunt, vel emunt; & auctor fuit Cll. *Carolo Strozio* Senatori Florentino (3) ſimilis ferme edicti a Sereniſſimis Etruriae Ducibus obtinendi, quod ſummo literarum, bonarumque artium incremento Florentiae contigit. Nam lege Magni Ducis Etruriae cautum fuit A. MDCXXVII. ut nullae veteres chartae, libri, contractus, inſtrumenta, membranae, nulla denique vetera monumenta, & volumina, ſive Graeco, ſive Latino, ſive Etruſco ſermone ſcripta, vendi, diſtrahi, aut in alium uſum converti poſſent, ni prius inſpecta fuiſſent ab eodem viro peritiſſimo *Carolo Strozio*, qui brevi innumeris Codd. comparatis, non modo ſuam, ſed & amicorum, ac praeſertim Card. *Barberini* Bibliothecas plurimum auxit (4).

VII. Heic non iniucundum fore arbitror noſtratibus, ſi duas *Donii* diſceptationes commemorabo, quas eodem anno recuperatis aliquantiſper viribus, in cubiculo Card. *Franciſci Barberini*, in virorum doctiſſimorum conſeſſu habuit vernacula lingua, videlicet *De ratione agendorum Dramatum*

apud

(1) Id aperte eruitur ex Ep. *Proſperi Balbi Donio* data Auguſtae Taurinor. VI. Eid. Februar. MDCXXIV quae incipit „ *La ringrazio della buona nuova della ſua recuperata ſalute*. „ Et *Donius* ipſe in Ep *Roberto* ſuo Lutetiam num. X. pag 17. ubi de aegrotatione ſua loquitur, haec ſubdit „ *ut nondum me penitus confirmaverim, quod per anni tempus tam cito fieri non poteſt*.

(2) *Virginius Caeſarinius* ortus eſt XIII Kal Nov. MDXCV. Legitur oratio funebris *Alexandri Gottifredi* de laudibus *Virginii Caeſarini* ad S. P Q. R. dum in ſede Virginis Capitolinae illi parentarent. *Donius* in libro de Modulatione carminum latinorum MS. ait, ubi de Monodia agit „ *Hanc modulationis ſpeciem adaptari fecimus, quam in obitum* Virginii Caeſarini *Iuvenis ornatiſſimi effuderamus &c.* & in Ep. ad *Gaſp Scioppium* num. XCIX pag 156 „ Alterum Monodia in obitum *Virginii Caeſarini*, cuius optimi Patroni, ac Muſarum Maecenatis egregii memoriam, uti licuit renovare ſtuduimus, in quo Syſtalticam Melopoeiam, ac molliores, ideſt moeſtiores affectus non ineleganter quidem, ut opinor, expreſſimus. „ V. *I.* N *Erythraeum Elog. P. I. pag.* 59

(3) Eius vitam literis commendavit *Aloyſius Strozius* filius, Archidiaconus Florentinus, MSS. in Bibliotheca *Strozia*, & *Salvinus Salvinius* in libro, cui titulus *Faſti Conſolari dell'Accademia Fiorentina* *Firenze* MDCCXVII. 4. Natus autem eſt *Carolus* III. Non. Iunii MDLXXXVII. Obiit XV. Kal. April. MDCLXX.

(4) Huius rei memoriam fuſius perſequitur, *Salvinus Salvinius* in eiuſdem *Caroli Strozae* vita l. c. Vid. *Donii* Ep. ad *Carolum Strozium* num XVI pag 26. & *Caroli Strozii* ad *Donium* D. Florentiae III. Kal. Iul. MDCXXIV. num. XVI. pag 28.

Digitized by Google

apud Antiquos (1); in quibus multum laudis *Octavio Rinuccinio* (2), nobili Florentino poetae tribuit, qui veterem, ac multorum ſaeculorum ſpacio intermiſſum Comoedias, & Tragoedias in Theatro ad tibias, vel fides decantandi morem, magna ex parte revocavit (3): quamquam hanc ſibi laudem vindicare videatur *Aemilius Cavelerius*, Patricius Romanus, qui paucis ante annis, dramatibus aliquot modos aptaverat, perfeceratque, ut ab hiſtrionibus muſicis agerentur: verum tum dramatum argumentis, tum ſcenarum apparatu, tum actorum nobilitate, ita *Octavii* ſplendor *Aemilianae* laudis luminibus officit, ut ſolus ille hunc morem revocaſſe videretur. Etenim A. MDLXXXXVII. (4) *Iacobum Perium* (5), aliosque praeſtantes modulatores nactus, quatuor nobiliſſimas fabulas, magno Italiae totius plauſu, dedit, *Daphnen*, *Eurydicen*, *Arethu-*

d

(1) Prima harum diſceptationum, de qua loquitur in cit. Idea, ſeu deſignatione Operum edita eſt Tom. II. p. 163. *Muſurgiae Donianae*. Incipit. „ *Sono ito più volte, Monſig. Illuſtriſs. fra me medeſimo conſiderando, onde ſia avvenuto, che eſſendoſi in queſti ultimi ſecoli, mercè della fatica, e induſtria de' belli ingegni, moltiſſime coſe ritornate in luce „ pochi ſiano ſtati quelli, che di ridurre a notizia le coſe concernenti il Teatro, e l'antica Muſica ſi ſon preſo diletto „ qual di ciò ne ſia la cagione, non è mio intendimento di ricercare al preſente, per non aver agio di allontanarmi dal ſoggetto, che mi ſono propoſto di trattare queſta ſera „ quale ſarà non diſdicevole al tempo, che ſi avvicina del Carnevale „ noi anderemo con ogni poſſibile brevità conſiderando il modo, che gli antichi tennero nel recitare le azioni Drammatiche, mentre ſimili ſpettacoli erano in fiore; cioè, ſe le Tragedie, e Commedie ſi rappreſentavano col canto, e ſenza, e ſe pure in ſcena ſi cantavano, ſe ciò ſi faceva in tutta l'azione, e in alcune ſue parti ſolamente*. „ Alterius vero diſceptationis hoc initium eſt. *Lezione Seconda recitata nell'iſteſſo luogo ed anno. Avendo alli giorni paſſati, Monſig. Illuſtriſſimo nella lezione, che io feci a baſtanza ribattute l'opinione di quelli, che fuori de' cori, il canto non ammettevano eſſerſi praticato dagli antichi in ſcena: nel rimanente del mio ragionamento mi ſon propoſto di eſaminare la ſeconda opinione, che io diſſi, eſſere diviſa in due parti; una di chi ha voluto, che ſenza diſtinzione tutte le azioni intere, ſi cantaſſero: l'altra di quelli, che affermano, che alcune parti ſi recitavano col canto, e alcune altre ſenza; e queſta ultima, a mio giudizio, è veriſſima, come fondata ſulla ragione, e autorità degli ſcrittori ec.*

(2) *Octavius Rinuccinius*, luculenter, ac polite quaecumque ſuſciperet, verſibus explicabat. Floruit A. MDC *Mariam Medicaeam* Galliae Reginam, non minore ambitione, quam vanitate adamavit, eamque, honoris gratia, eſt proſequutus in Galliam: ſed poſtea reverſus in Italiam, ſe totum pietati conſecravit, diemque obiit extremum Florentiae anno, ut videtur MDCXXIII. Vide *Alexandr. Ademarium in Melpomene*, & *Rilliium Notizie Letterarie e Iſtoriche dell' Accademia Fiorentina*.

(3) *Meneſtrier* in libro, cui titulus *Des repr. en Muſ.* pag. 154. ait ex Dramaticae Muſicae fragmentis, quae in Eccleſiaſtico cantu uſu patabantur, priſtinum Dramata, cum cantu repraeſentandi morem fuiſſe reſtitutum: etenim ſubdit *Quadrius* in libro inſcripto *Storia, e Ragione d'ogni Poeſia. Milano* MDCCXLIV Tom. III. P. II pag 431 „ *Roma, che aveva la medeſima Muſica Drammatica, come ſmarrita, e perduta per aver dato alla declamazione degli attori ciò, che i Greci davano al canto, e all'armonia; la fece poi comparir ſul teatro verſo l'Anno MCCCCLXXX come ſi ricava da* Sulpizio *nella lettera dedicatoria delle ſue note ſopra* Vitruvio, *che preſentò al Card.* Riari *Camarlingo di S. Chieſa, dove dice, che queſto Prelato fu il primo, che cantar faceſſe una Tragedia in pubblica piazza ec.* „ *Nel ſecolo XVI. più apertamente compariſce aver la muſica nelle coſe Drammatiche preſo piede: del che abbiamo certezza da quella ſcena del Sacerdote nel* Sacrifizio *del* Beccari, *della quale, in una nota che precede la favola, ſi dice.* fece la Muſica Alfonſo dalla Viola: rappreſentò il Sacerdote colla Lira, Meſſer Andrea ſuo fratello. *Poco dopo con ſi fatto ornamento di Muſica comparve l'Aretuſa del* Lollio *ec. Lo* Sfortunato *dell'* Argenti *ec. Ma niuna di queſte Drammatiche opere poſte in Muſica, era propriamente quella maniera di Drammi in genere tragico, de' quali propriamente è in queſta diſtinzione il diſcorſo. Perciocchè ſebbene ſia la ſoprammentovata di Sulpizio appellata Tragedia: tutta volta per non eſſere a que' tempi la Tragica arte a buono ſtato condotta, ſtimiamo che foſſe piuttoſto che Tragedia, Rappreſentazione, e farſa. I primi che deſſero mano a ſi fatta impreſa, ſul motivo d'imitare gli antichi Greci, e Latini, che le loro Tragedie cantavano, furono alquanti gentiluomini Fiorentini aſſai nella Muſica arte inoltrati: e furono* Gio. de' Bardi *de' Conti di Vernio*, Pietro Strozzi, Iacopo Corſi, e Ottavio Rinuccini. *Ita* Quadrius. Donius vero ita rem perſequitur in citata diſceptatione I. „ *E' coſa certa, che eſſendoſi pochi anni ſono, incominciato ad introdur le Tragedie, e Commedie cantate, ſi è inſieme introdotto lo ſtile, che chiamano recitativo, cioè rappreſentativo, e accomodato alla ſcena „ Non poſſo paſſare ſotto ſilenzio l'origine di queſta vaga invenzione, la quale cominciò (ſe io non erro) agli anni paſſati in Fiorenza, e di là, ſi è a poco a poco inſinuata per l'altre Città più civili d'Italia, e vedeſi tuttavia migliorarſi, e prendere i ſuoi accreſcimenti, dove primieramente è venuta a luce. La lode ſe ne deve attribuire in gran parte al Sig* Iacopo Corſi, e Ottavio Rinuccini, *l'uno, e l'altro meritevoli di eterna memoria, quello, per eſſere ſtata la Caſa ſua un continuo ricetto delle Muſe, e degli uomini letterati: queſto per le vaghe compoſizioni Poetiche, che egli ha laſciate al Mondo, come ognun ſa. Queſti, vedendo, che la Muſica d'oggi è troppo in vero male appropriata a fare i buoni effetti nel Teatro, che anticamente faceva, come ſappiamo per la teſtimonianza, che ce ne danno ſcrittori approvati, ſi andarono imaginando, che ella aveva di biſogno di qualche particolare oſſervazione, acciocchè ſi rendeſſe capace dell'imitazione, ed eſpreſſione ſcenica, ed avendone inſieme, e con quelli della Profeſſione conferito, quello che finalmente deliberarono, fecero ridurre in pratica, e piacendo la coſa, al guſto di molti, fu maravigliosamente ricevuta, e allora prima ſi recitò in Mantova col canto la* Dafne, *compoſizione del medeſimo Sig.* Ottavio Rinuccini. *Si è dippoi in varie occaſioni, mediante l'eſperienza, che ſcuopre tuttavia nuove coſe, sì fattamente migliorata queſta maniera di Muſiche, che ſi può ſperare di vederla toſto arrivata al ſuo antico ſplendore, e non ha molto, che fu rappreſentato in Firenze il* Medoro *del Sig.* Andrea Salvadori *in Muſica, preſente il Granduca* Coſimo *di felice memoria, dove ſi riconobbe chiaramente quanto ſia migliorato queſto ſtile recitativo*. Sed rem fuſius narrat Cap. IX. *Trattato della Muſica ſcenica, ubi dell'origine, che ebbe a' tempi noſtri il cantare in ſcena*.

(4) Quadrius l. c. Emilio del Cavaliere *Profeſſore di Muſica poſe ſotto le note la diſperazione di* Sileno *e il Satiro favole Paſtorali di* Laura Guidiccioni Lucchesini *nobiliſſima Dama Lucchese, le quali con tale ornamento furono alla preſenza del* Granduca di Toſcana *rappreſentate nel MDLXXXX. Nel MDLXXXXV. il medeſimo* Emilio *poſe in muſica* il Giuoco della Cieca *della lodata* Guidiccioni. Vid *Donium* l. c. cap IX

(5) Vid. *Quadrium* l. c.

thuſan, Ariadnen; cuius a *Iaſone* derelictae querela adeo ſcite expreſſa verſibus fuit, ut nemo ea aetate paullo doctior in modulandi arte habitus ſit, qui ſuam in ea modulanda peritiam experiri nollet. Scenarum vero apparatus, Magnorum Etruriae Ducum, aliorumque Principum virorum ſumtu, & magnificentia, ſupra quam dici poteſt eximius, ingentem undequaque concurſum exciverat. Nam verſis frontibus ſcenae, modo camporum amoenitates, modo aequoris irati faciem, modo ex improviſo, caelo nubibus obducto, tonitrua, fulgura, procellas, imbres; modo felices beatorum ſedes, & aeterna inferorum ſupplicia, aliaque admirabiliora referebant. Exinde vero validis argumentis, ac coniecturis probavit, praeter choros, partem adhuc aliam Comoediarum, cum cantu olim in ſcenas prodiiſſe, eaque occaſione peropportune diſcuſſit, quis ſibi hac in re modus probatior videretur.

VIII. Et haec ille quidem, & alia plura differebat, dum paullo poſt novis ſe itineribus obeundis deſtinatum intellexit. Vix enim inierat annus ſeculi xxv. & pro more Romanae Eccleſiae Iubilaei celebritas imminebat, quum in Valle Tellina belli incendium exarſit, quod partium ſtudio, finitimas quaſque provincias, Italiamque praecipue ſe invaſurum minabatur. Quibus permotus *Vrbanus* Pontifex, ſuum de latere Legatum, ad ſanciendam inter Chriſtianos Principes pacem *Franc.* Cardinalem *Barberinum* in Galliam miſit [1], qui *Donium*, & alios praeſtantiſſimos viros comites adiunxit, *Hieronymum* videlicet *Aleandrum*, *Caſſianum a Puteo* Equitem, *Debonaerum*, ac *Ludovicum Aubrium Menilium* [2].

IX. Nulla interpoſita mora, adventante vere A. MDCXXV. [3] iter adripuit *Barberinus*, cui diſceſſuro Pontifex Crucem dedit, & illum Cardinales, gratulationis officiis exhibitis, ad Angelicam portam equitantes deduxere [4]. Fauſtis itaque auſpiciis, Pontificiis, & Magni Etruriae Ducis triremibus vectus [5] Maſſiliam prope adpulerat, verum ventis refragantibus, ſubiit *Telonis Martii* portum [6], indeque pergens Avenionem, ad Aquas Sextias divertere moliebatur. Cuius rei, quum rumor aliquis praecurriſſet, Cardinali Legato obviam ivit *Nicolaus Claudius Fabricius Peireskius*, qui ſe totum literis, ac bonis artibus promovendis, conſecraverat, & apparata Bibliotheca, rerumque omnium exquiſitiſſimo promtuario inſtructo, aevi illius Principes, & literatos viros, qua prope, qua procul, ſi quid libris, aliiſve rebus opus haberent, adiuvabat [7]. Callentiſſimus & ipſe rerum, excitabat omnium ſtudia, & fores ſuas colloquiis, conſuetudinique eruditorum virorum, tam advenarum, quam indigenarum late patere iuſſerat; ideo quantum potuit, curavit, ut

(1) Legationem hanc Cardinalis *Barberini* vincta oratione, auctore *Ciacconio* l. c. deſcripſit *Iacobus Sirmondus* S. I. & ſoluta *Rodulphus Botherus* Gallus tom. III. Annal.

(2) Ita rem narrat *Petrus Gaſſendus* in Vita *Peireskii* lib. IV. ſub initio „ *Occurrit vero* Peireskius *ad tertium, aut quartum miliare, nihilque non egit, ut decretis ipſi pro dignitate honoribus civitatem ingrederetur* „ *Inde ſequente die profectus, Avenionem cum acceſſiſſet, conſecutus illum* Peireskius *non eſt, ſed quarto demum die adfuit, deducto* Aleandro *vetere amico, quem opipare exceptum detinuerat interea domi*. Aleander *nimirum adſcitus in Cardinalis familiam, e comitatu ipſius erat, una cum nobili equite* Caſſiano a Puteo, *qui profecto quantus vir fuerit, eruditi, bonique omnes ipſi devincti*, Romae *loquuntur: itemque cum illo aliquoties memorato* Dobonaero, *quem cum ob propria merita, tum ob* Barclaii *memoriam ſatis complecti numquam potuit; ac rurſus cum* Io. Bapt. Donio, *eruditionis profundae viro, quem Cardinalis habere voluit a latinis Epiſtolis: & cum viro omnino bono* Ludovico Aubrio Menillio *Pariſino, cuius fuerat varia officia, tam Pariſiis, quam* Romae *expertus. Ac fuere quidem alii plerique, ſed ſpeciales tantum* Peireskio *amicos hic commemoro.* „

(3) *Gaſſendus* l. c.

(4) *Ciacconius* l. c.

(5) V. Pietro Angelo Lavizzari *Memorie Iſtoriche della Valtellina Coira per Andrea Pfeffer* MDCCXVI. pag. 322.

(6) Ita rem narrat *Gaſſendus* l. c. Quare errat *Lavizzarius* ubi ait l. c. *Servito dalle Galere della Chieſa, e del Gran Duca, ſciolſe il Cardinale verſo il fine di Marzo, ed approdato a Marſiglia, a' 21. di Maggio fra le più magnifiche accoglienze, che giamai alcun altro godeſſe di ſuo carattere, entrò in Parigi ec.*

(7) In oratione habita a *Iac. Buccardo* in Funere *Peireskii* quae poſt eiuſdem *Peireskii* vitam occurrit „ *Atque ob illas* (loquitur de Card. Barberino) *adeo excellentes primarii Iuvenis virtutes, eiuſque ad extremum vitae ſpatium ita omne officium, cultumque tribuit, ut nullus fermè ex Gallia in Italiam eraiiceret, cui non tantum literae obſervantiae, ſicut eruditionis plenas ad eum perferendas traderet; ſed & libros, plantas, atque animalia rara, peregrinaque ad locupletiſſimae Bibliothecae* Barberinae, *hortorumque ornamentum,*

ut, ſi quod in votis erat, contigiſſet, honorificentiſſime Legatus Pontificius a civibus exciperetur; at ille, mutato conſilio, progreſſus eſt ad *Lambiſcum* [1] oppidum Galliae peramoenum in Provincia, prope Durantium fluvium, non longe diſſitum ab Aquis Sextiis ad orientem ſolem [2], ubi reficiendis corporis viribus paucos dies inſumſit.

X. Ventum deinde Lutetiam XII. Kal. Iunias [3], comite prae ceteris *Donio*, qui dum e Gallia diſcederet, tamquam, quod eventurum eſſet divinaret, numquam amicis vale dicere potuit, perinde ac eos brevi reviſurus [4]. Pontificium Legatum quaeſitiſſimis honoribus excepit Francorum Rex *Ludovicus*; in Pontificiis tamen mandatis explicandis [5] nonnullae difficultates inſurrexerunt, quod in iis Regis Navarrae titulus deeſſet; ex quo factum eſt, ut non prius Senatorii Ordinis ad eas evulgandas conſenſus accederet, quam accepta a Cardinali ſponſione, intra ſex hebdomadas, ſe novas a Pontifice literas impetraturum, Senatui exhibendas, in quibus omiſſus ille titulus exprimeretur [6].

XI. Pariſiis agens, Roſam auream vicario Pontificis nomine, *Mariae Henrichettae* Britanniae Reginae Cardinalis obtulit: ne pacem tamen inter Europae Principes firmaret, adminiſtri Regis in accendendis offenſionibus, callidi, intendere vera, ingerere falſa non deſtiterunt [7], donec negotii pertaeſus, ac verba ſibi dari intelligens, re infecta, Pariſiis, Romam ſibi remeandum ſtatueret.

XII. Interim *Donii* adventu audito, incredibile dictu eſt, quam eum comiter exceperint, quibusve officiis ſibi devinxerint *Bourdelotius*, aliique, quorum iam antea meminimus [8]. Verum non multo poſt *Barberinus* honorifice a Rege dimiſſus X. Kal. Octobris, quam celerrimis poteſt itineribus, reverſus eſt Avenionem. Nuncio accepto *Peireskius*, Legato dein Aquas Sextias advenienti, ad primum ab urbe lapidem occurrit, admiratuſque eſt in iuvene Principe, tum maturam Patrui Pontificis prudentiam, tum maximo ſingularem literarum ſcientiam, & effuſam in ſtudioſos homines, quos ſecum adduxerat, voluntatem [9].

XIII. Caeremoniis in Eccleſia rite peractis, ingreſſus eſt *Peireskii* domum, in qua miraculi inſtar fuit, totam faciem ita momento immutatam,

(1) *Gaſſendus* l. c.

(2) Vid *Baudrandum* in Lexic. Geograph.

(3) *Io. Bapt. Gueſnay* Annal. Maſſilienſ. Lugduni MDCLVII. ſub A. MDCXXV. *Riccioli* Chronolog Reformata. Bononiae MDCLXIX

(4) In Ep. cit. num. X. pag. 16. „ *Interea te ignorare nolui, me quoque in Galliam profecturum. Quoties, inquies, ad Gallos tuos? neſcio ſane: illud pro certo adfirmare poſſum, me quoties ex Gallia diſceſſi, tamquam quod eventurum eſſet, divinarem, numquam amicis vale dicere potuiſſe, perinde ac eos, ut amplius eſſem viſurus.*

(5) Facultates Card. *Barberino* Legato ad Regem Chriſtianiſſ ab *Vrbano* VIII. conceſſae. Pariſ MDCXXV 8.

(6) *Ciacconius* l. c.

(7) *Gueſnay* l. c. *Muratorius* Annali d' Italia ſub eodem anno haec habet. „ *Giunto egli colà nel meſe di Maggio, rinnovò i riſentimenti per l'affronto fatto all' armi della Chieſa nella Valtellina. chiedendone il riſarcimento, propoſe una ſoſpenſione d'armi in Italia. e a tutto ſuo potere ſeminò conſigli di pace Finezze, e dimoſtrazioni di ſtima, non mancarono al Legato; ma per conto de' ſuoi negoziati. ſi trovò egli tanto inviluppato dagli artifizi di quella Corte, che finalmente ſulla fine dell' anno, veggendo andarvi del ſuo decoro, nel continuare in sì diſutile impiego, ſi partì da Parigi, e tornoſſene poco contento in Roma.*

(8) Pag. XII

(9) *Buccardus* in oratione habita in funere *Peireskii*. „ Delectum Romanae Aulae florem, illuc aliquanto poſt Cl. *Fabricii* acceſſum, ſecum advexerat *Franc. Barberinus*; qui a Pont. ad iuſtiſs. fortiſſimumque Galliae Regem Legatus mittebatur &c. Haud minori obſervantia, ornatiſſimos, & doctiſſimos quoſque, ex celeberrima Legati cohorte coluit *Peireskius*: *Caſſianum Puteolum* ante omnes, virum ob generis, virtutum, atque eruditionis claritudinem, ſummis laudibus, honoribuſque dignum, cum quo morum elegantiſſimorum, & in optimas artes, earumque cultores prolixae naturae ſimilitudine, ſibi coniunctiſſimo, de omni ſtudiorum ſuorum ratione, familiariter deinceps communicavit. Item cum *Io. Bapt. Donio*, qui ob ingenuitatem, aptumque ad omnium magnarum rerum ſcientiam ingenium, fuit ipſi cariſſimus. Iſtarum amicitiarum ibi tum, ſicut Romae demum aliarum, conciliator fuit *Hieronymus Aleander*, vir optimis artibus, ſummiſque ornamentis praeditus, & ab adoleſcentia *Fabricii* amantiſſimus; qui nobilem eius plenamque dignitatis, atque ſapientiae domum, praeſtantiſſimaque ſtudia, tunc ita miratus eſt, ut unum omnium mortalium maximum, atque feliciſſimum *Peireskium* palam deinceps praedicare ſoleret. „ Eadem fere narrat *Gaſſendus* Lib. IV. & lib. V. adfirmat in aula Card. *Barberini*, *Fridericum* quoque *Vbaldinum* Comitem fuiſſe commoratum „ Quo in argumento fuit non parum adiutus indicibus, libriſque miſſis ab erudito Comite *Friderico Vbaldino* apud Card *Barberinum* commorante. Conciliarat hunc illi (id eſt *Peireskio*) amicum *Buccardus*. „

Digitized by Google

ut quae aulaeorum ſqualore, ob exceſſum Patris familias, praeferebat luctum, illico, ob adventum hoſpitis, parietes ipſi prae laetitia geſtire videntur. Confeſtim etiam ſalute Legato ab univerſo Senatu, omnibuſque aliis Civitatis Ordinibus dicta, menſae ita fuere inſtructae, ut cum ipſis regibus magnificentia certare viderentur [1]. Octo profecto coenaculis eſt miniſtratum, ſuſpicienduſque admodum fuit excelſus *Peireſkii* animus, qui triſti caſu, nulla potuerit conſternatione turbari. Menſis remotis divertere in Muſeum *Barberinus* voluit, ſuaveſque horas ducere familiari colloquio, cimeliis pretioſiſſimis inſpectandis, inter quae non aegre tuliſſet, & ipſe *Donius*, tamquam ad Cymaeos ſcopulos, conſeneſcere.

XIV. Igitur poſtquam ſatis voluptati, & corporum relaxationi datum, Legatus Telonem Martium venit, & navigatione celeri ad Pontificias oras feliciter delatus, Menſe Novembri Vrbem intravit, & a ſummo Pontifice in aula Ducum hilariter exceptus fuit [2]. Verum antequam narrando progrediar, peropportune memorari heic debet, commendatum a *Peireſkio* ſub idem tempus Cardinali *Barberino*, *Ioſephum Mar. Suareſium* Avenionenſem, pereruditum iuvenem, eumque propterea inter *Barberini* familiares adſcitum [3]. Nec praetereundus *Lucas Holſtenius* Hamburgenſis [4], non longe poſt in eamdem familiam adſcriptus, quum illius virtus *Puteanis* commendantibus innotuiſſet *Peireſkio*, & *Peireſkii* commendatione, ipſi Cardinali, dum Pariſiis ageret.

XV. At dum multa praeclare agit *Donius*, menſe Novembri, illud evenit, quod bonis omnibus, literatiſque viris alte diſplicuit, mors ſcilicet viri doctiſſimi *Thomae Dempſteri*, quae Bononiae contigit VIII. Eidus Septembr. MDCXXV. dum aetatis annum ageret XLVII. [5] quamquam alia publica laetitia, omnem doloris amaritiem ex eius animo facile abſterſerit. Etenim recreatis a longo itinere viribus, menſe Aprili ineuntis anni MDCXXVI. *Philippi* III. Hiſpaniarum Regis precibus, in Hiſpaniam Legatus a latere renunciatur *Franciſcus* Cardinalis *Barberinus* [6], ut filiam, cui nomen impoſitum *Mariae Clarae Eugeniae*, in luſtrali lavacro, Pontificis nomine, ſuſciperet, & pacem inter Hiſpaniae, Galliaeque Reges, Vallis Tellinae cauſſa turbatam, nec non Genuenſes inter, & Allobrogorum Ducem conciliaret.

XVI. Itaque per Tyrrhenum mare vela dedit cum *Donio* Cardinalis, & vi tempeſtatis aliquoties iactatus, in Provinciae litore haeſit, commoratuſque praeſertim eſt ad Turrim Buquiam [7], quae in ingreſſu plagae Martigiae, ſeu Coloniae maritimae proſtat, adeo ut facile *Peireſkius* reſcire, convenireque illum potuerit [8]. Neque profecto Cardinali parvo oblectamento

fuit

(1) *Gaſſendus* loc. cit.

(2) *Ciacconius* l. c.

(3) *Ioſeph M. Suareſius* Praepoſitus Avenionenſis I. C. & Card. *Barberini* Bibliothecarius, qui obiit VII. Idus Septembris A. MDCLXXVII. plura iam ab ineunte aetate vincta, ſolutaque oratione conſcripſit. Eum virum eruditione egregium nuncupavit *Ant. Sanderus* in Elogiis Cardinalium, Muſarum Ocellum *Phil. Tomaſinus* in Vita *Laur. Pignorii*, virum illuſtriſſimum, & pro ſui animi candore, & morum innocentia nunquam ſatis laudatum, *Io. Tomcus*, Boſnenſis Epiſc. in fecunditate Sanctitatis Illyricae. Virum eruditione, & pietate praeſtantem, doctum, amicum, modeſtumque, cuius humanitate, & benignitate multa excerpta ex Archivo Avenionenſi ipſe habuit *Andr. Victorellus* in notis ad Vitas Pontificum a *Ciacconio* ſcriptas, & alii quamplures de eo honorifice meminerunt V. L. *Allatium* in Apib. *Vrbanis*, & *Niceronium* l. c. Tom. XXII.

(4) *Holſtenius* natus Amburgi A. MDLXXXXVI. Gentium omnium, aetatumque hiſtorias, & Eccleſiae res, mente complectens, diverſis regionibus peragratis, varias linguas, ac praecipue Graecam, & Latinam, quarum ſcriptoribus plurimum lucis adtulit, mire calluit. Ab *Vrbano* VIII. Canonicatu Vaticanae Baſilicae, ab *Innocentio* X praefectura Bibliothecae ornatus; ab *Alexandro* VII ſapienter unus electus, ut Svecorum, Gothorumque Reginae occurreret. Editis plurib. ingenii ſui Voluminibus obiit IV Non. Febr. MDCLXI. Aet. LXV. vid. *Niceronium* l. c. T. XXXI.

(5) Vid. *Niceronium* l. c. Tom. XXVIII. pag. 301.

(6) *Ricciolius* in Chronologia reformata ſub eodem anno.

(7) *Tour de Bouc, ou d' Embouc, petit Forte de France, dans la Provence, eſt ſur un Rocher a l' Embouchure de l' Etang de Martigue dans la Méditerranée à ſix lieues a l' occident de Marſeille.* Vide *Bruzen la Martiniere Dizionnaire Geographiq. &c.*

(8) *Gaſſend.* l. c. lib. IV.

fuit, praeter aliquot dierum conſuetudinem cum viro longe doctiſſimo, libros evolvere, quos ipſe adtulerat, quorum lectione, diuturnioris morae taedium levarer. Cetera inter, fuere nonnullae marini aeſtus obſervationes, quas *Peireskius* non ita pridem fieri mandaverat per *Ant. Natalem*, Provincialem Medicum, qui in Aremonica verſabatur. Eae Legato mire adriſerunt, & pollicitus eſt operam, ut fierent ſimiles complures. Vltro etiam promiſit, communicaturum ſe cum *Peireskio*, quidquid in ea legatione ſingulare occurreret, ac curaturum praecipue, quod ille maxime concupiverat, ut exſcriberentur Epitaphia, & Barcinonenſium Comitum icones delinearentur [1].

XVII. Inde vero navim Cardinalis conſcendit, ubi qui illius eſſent quotidiani ſermones, *Donius* ipſe memoriae prodidit [2]. Cauſſas quippe memorans, quibus *Franciſco* Cardinali Commentarios *Pandectarum Navalium* inſcripſiſſet, id a ſe ideo factum dicit, quod cognoviſſet, eum curioſe, ac diligenter, rei maritimae, nauticaeque artis, omnia etiam minima perquirere conſueviſſe. Iuvabat nimirum navium genus, & ſymmetrias, velorum varietatem, atque rationem, rudentium varia nomina, varioſque uſus, ventorum regiones, ac proprietates, ſyderum ortus, atque occaſus agnoſcere; pyxidis quoque magneticae uſum admirabilem, litorumque tum noſtrorum, tum barbarorum naturam, ſitus, commoditates, freta, portus, ſtationes, aeſtuaria, ceteraque, quae mira diſcentem iucunditate afficiunt, percontari, ea perpendere, iudicium ferre, a peritioribus nauticae artis praecepta libenter addiſcere, & maris irati faciem, minaſque contemnere. Exemplo ſit Narbonenſis ille ſinus, uſque adeo nautis formidoloſus, adverſo praeſertim tempore traiectus, qui eius conſtantiam animi, generoſamque indolem confirmavit.

XVIII. Harum itaque rerum cognitione, Hiſpanicae huius navigationis incommoda ſublevabat *Franciſcus*, donec Barcinonem acceſſit [3]: exin terreſtri itinere, Matritum advenit. Verum antequam urbem ingrederetur Pontificius Legatus, eum Cardinalis infans, Regis Catholici frater, benigne inviſit; ingreſſuro decretis pro dignitate honoribus, Rex ipſe perhumaniter occurrit [4]: die vero Trinitati dicata, Regis filiam, quam ſalutari lavacro Card. *Zapata*, Toletanae Eccleſiae adminiſtrator, abluit, Pontificis nomine ſuſcepit.

XIX. Dum vero *Donius* Matriti degeret, maximi ſolatii inſtar habuit, viros doctos convenire, cum quibus variis de rebus ſuaviſſime colloqueretur [5]. Recenſendi in primis *Laurentius Ramires de Prado* [6] *Ludovicus Tribaldus* [7] To-

(1) *Gaſſendus* l. c.

(2) *Donius* in dedicatione ad Tres *Pandectarum*, ſeu *Onomaſtici* libros MSS.

(3) *Pietro Angelo Lavizari*. *Memorie della Valtellina* pag. 131.

(4) Extant libelli Typis impreſſi cum hoc titulo „ *I Recit des magnificences faictes au Legat Barberin a ſon arrivee en Eſpanne Pariſ.* MDCXXVI *II. Relacion de la entrada en Madrid del Card* Franc. Barberino. *III.* Iacobi Albani Ghibbeſii *iter* Barberinum *IV* Ioan Antonio *de la* Pena *Diſcurſo de la Iornada que hizo con los Reynos de Eſpana el Card.* Barberino *Madr.* MDCXXVI 4.

(5) Recenſentur in *Donii* Ep. ad *Lucam Torrium* num. xxxvii. pag 60. & in Ep *Lucae Torrii* ad *Donium* num. xlvi pag 79.

(6) *Laurentius Ramires de Prado*, *Alphonſi* Filius, Zaphrae, ut ferunt, natus eſt. In Salmantica ſub lectiſſimis praeceptoribus, ad omnem antiquitatis, & prudentiae iuris cognitionem percipiendam, quidquid erat a natura datum ingenii, & induſtriae non vulgaris addixit, unde ad honorificentiſſimos dignitatum gradus evectus eſt. Edidit adoleſcens *Hypomnemata* in C. *Valerium Martialem*, ſcilicet in ſpectacula, & quatuor priores Epigrammatum Libros Pariſiis MDCVII. aliaque opera, quae ab *Nic. Ant Hiſpalenſi* in Bibliotheca Hiſpana Romae per *Nic. Angelum Tinaſſium* MDCLXXII recenſentur lit L. Sed A MDCLVIII. XI. Kal. Novembr mors abſtulit virum clariſſimum, longo ſenio confectum.

(7) *Lud. Tribaldus* de *Toledo*, natus anno MDLVIII. magna eruditione vir, veterum rerum, & verborum notitia elegans in primis, ac nitidus Latino carmine Rhetoricae artis inter Complutenſes Profeſſor De eius operibus conſulendus laud. *Nic. Ant Hiſpalenſis* L. C. Litt L. Obiiſſe eum A. MDCXXXIV. *Mich. Io. Bimbadinus* refert in Ep. ad *Ioſ. Ripamontium* Ambroſianum ſodalem, quae edita eſt in *Auguſtini Barboſae* opere de *Eccleſiaſticis penſionibus*, virum priſci moris, variaeque ad miraculum, & ſolidae eruditionis *Tribaldum* honorifice appellans. Locum denique adiunxit *Miraeus*, Matritum ſcilicet, XIV. Kal. Novembris.

Toletanus, nec non *Io. Ludovicus La Cerda* [1] viri moribus antiquis, variaeque ad miraculum, & ſolidae eruditionis. Devinctos quoque ſibi voluit *Franciſcum Bravum* [2] *Vincentium Marinerium* [3] *Io. Pinedam* [4] ingenii acumine, & exoticarum linguarum peritia, praeſertim Graecae, & Hebraicae, praeclara totius Hiſpaniae ornamenta. Neque inſalutatos reliquit *Lucam Torrium* [5] cuius egregiam doctrinam, ac probitatem morum Cll. *Nic. Peireskii* opera deguſtaverat, *Davidem Colvillum* [6] Scotum, *Io. Iac. Chiffletium Belgam* [7], & *Lupum de Vega* [8] viros de literaria Republica optime meritos.

XX. Non heic memorabo Bibliothecas varias, in quas divertit, non muſea, in quibus vidit, & delineando excerpſit quidquid pretioſi fuit; non congeriem librorum, quam in Italiam adſportavit. Magni vero ducebat prae ceteris, veteres inſcriptiones diligenter exſcribere, ut ſuum, quod iamdiu moliebatur, veterum Inſcriptionum Syntagma, magis magiſque locupletaret.

XXI. Pace tamen a *Barberino* inter Italiae Reges firmata, curavit, ne quid detrimenti Catholica Religio pateretur, nihilque aeque curatum habuit, ac ne compoſita turbarentur [9]. Rebus ita geſtis, ex Hiſpania redux, vela dedit Maſſiliam verſus, menſe Octobri. Verum favente vento, praetervectus, ſubſtitit nonnihil Telone Martio [10], inde alacri remigio Romam reverſus eſt. *Donius* vero e peregrinatione incolumis, una in urbem regreſſus, illico in febriculam incidit, a qua tamen cito convaluit [11].

XXII. Ne-

(1) *Io. Lud. la Cerda* S. I. multiplici eruditioni egregiam operam navavit, ut nulli ſua aetate cederet. Scripſit in *Virgilium* Commentarios vere eruditiſſimos, quos in tres Tomos diviſos Typis vulgavit. Item totidem Commentariorum Volumina in *Tertullianum*, quorum nonniſi duo impreſſa prodierunt. Tertium Autographum adſervatur in Collegii Matritenſis Archivo. Alia ſcripſit, de quibus vid. *Michaelem* a S. *Ioſeph* in Bibliographia Critica Matriti MDCCXLI. lit. I. Vir pietate, & eruditione Cll. *Urbano* VIII. acceptiſſimus fuit, unde *Franciſco* Cardinali Matritum proficiſcenti, eum plurimum commendaſſe refert *Morerius*, *Dans le grand Dictionnaire*. *V. Cerda*. Obiit Aet. LXXXIV Ch. vero MDCXLIII. Pridie Non. Martias Vid. *Sotwellum* in Biblioth. ſcriptor. S. I.

(2) *Franc. Bravo de Accuna* Calatravenſis Eques, ut ait *Viſchius* Bibliothecae Ciſtercienſis Auctor, totius Hiſpaniae praeclarum ornamentum fuit, cuius ingenii acumen, facundiam, & diverſarum linguarum peritiam, praeſertim Graecae, omnes mirabantur docti. Scripſit patrio idiomate ſtylo eleganti *De l'origen y progreſſo de la orden de Calatrava*, & alia. Ex Ep. *Donii* ad *Lucam Torrium* D. Kal. Mart. MDCXXXI. num. LIX. pag. 98. De immaturo obitu *Franciſci Braccii* Iuvenis praeſtantiſſimi conqueritur. Fortaſſe Legendum ibi exiſtimaverim *Franciſci Bravi*, quum de *Braccio* illo nulla mentio occurrat in Bibliotheca Hiſpana.

(3) *Vinc. Marinerius* Valentinus, vir Graecae, & Latine doctiſſimus, ac Regiae Eſcurialenſis Bibliothecae praefectus, cuius plurima opera recenſentur in Bibliotheca Hiſpana Litt. V. Si vera ſunt, quae ipſe de ſe palam efferebat, ac literis ad diverſos datis conſignare ſueverat; plane is fuit, quem induſtria, & indefeſſo labore, veterum, aut recentiorum, qui magis chartis impalluerunt cuilibet, comparare iure poſſimus. Vid. *Donii* Ep. num. XXXI. Fr. *Michael* a S. *Ioſeph* in Bibliographia Critica L. V. ait „ *ſi quidem eius opera MSS frequenter evolvimus, & citra magnam difficultatem legere & intelligere potuimus. Hinc nos copioſiſſimam viri eruditionem mirati fuimus, & adverſas hominis fortunas tribuimus, quod tot eius ſcripta, in Bibliothecae angulo lateant*. Videnda eſt Ep. *Marinerii* n. XXX. p. 52. ex qua de ratione conſcribendi Hiſtoriam Peruani fortaſſe Imperii, vel de rebus Hiſpaniae Donium conſuluiſſe patet.

(4) *Io. de Pineda* Hiſpalenſis, Ieſuitarum Societati aceenſeri voluit A. MDLXXII. Lucubrationes eius doctiſſimae produnt authoris ſui dotes animi ſingulares, quibus inſtructus ad ſcribendum acceſſit, ingenio admirabili, multiplici eruditione, omniumque fere librorum, ac linguarum Hebraicae, Graecae, & Latinae peritia, pertinaci ſacrarum literarum, veterumque omnium Patrum, aliorumque ſcriptorum lectione, raraque in enodandis, & eruendis Bibliorum ſenſibus dexteritate. Deceſſit VI Kal. Februar. MDCXXXVII. Vid. *Sotwellum* l. c. & *Michaelem a S. Ioſeph* in Bibliographia Critica litt. I.

(5) In *Donii* Ep. ad *L. Torrium* n. XXXVII. pag. 60. „ *Qui poſſim igitur oblivisci tui, cuius mihi ſuaviſſima conſuetudo in Hiſpania verſanti, egregiamque doctrinam, ac probitatem morum, quam Cll. viri* Niculai Peireskii *opera deguſtavi, ſupra modum adamavi*. „

(6) *David Colvillius* Scotus videtur ex literis *Io. Bapt. Donii* ad eum datis, & ipſiuſmet ad *Donium*, virum fuiſſe multiplici eruditione exornatum. Extat eiuſdem Latina interpretatio vitae *S. Syncleticae* in Ianuario Bollandiano Tom. I. p. 242. In *Colvilli* Ep. ad *Donium* n. XVIII p. 18. Data III. Kalend. Aug. MDCXXVI. in aede *S. Laur.* ad Eſcurialcum legitur „ *Multum impreſſit maieſtas Legati, tamquam vis humana maior*. „ *Vale, mi cariſſime Domine, & incolumem te reddat Deus laribus paternis cum reliquo comitatu*.

(7) *Io. Iac. Chiffletium*, de quo inferius agemus, dum in Hiſpaniis degeret *Donius* agnovit. Vid. Ep. num. LXXV. pag. 155

(8) *Lupus Felix de Vega* Matritenſis, qui celeberrimus Poeta fuit, ut videre per ſe quiſque poteſt in citata Bibliotheca Hiſpana lit. L. vixit ad annum uſque MDCXXXV. aetatis LXXIII quo ſcilicet in pervigilio ipſo *S. Auguſtini*, hoc eſt VI Kal. Septembr. maligna quatuor dierum febris eum abſtulit; ſeu verius immortalitati conſecravit eius memoriam, editis praeſtantis ingenii operibus, maximo vulgaris Hiſpaniae, non metricae tantum, ſed ſolutae facundiae incremento.

(9) Vid. Cll. *Murator Annali d'Italia* ſub eodem anno, & *Lavizzarium* l. c. pag. 331. ſeqq.

(10) *Gaſſendus* l. c.

(11) In Lib. De *Reſtituenda Salubritate Agri Romani*,

hanc

Digitized by Google

XXII. Nemo facile referat, quantam ſibi ex anteactis itineribus eruditionis ſupellectilem comparaverit. Perluſtratis ſiquidem celebrioribus tam Italiae, ac Germaniae, quam Galliae, & Hiſpaniae Bibliothecis, atque muſeis, ex obſitis ſitu, & pulvere membranis, ex conroſis marmorum epigrammatis, ex monumentis in aere inciſis, ſed vetuſtatis iniuria corruptis, tantam depromſit literarum ſegetem, ut rugis, ita dicam, depoſitis, tota iuveneſcere antiquitas viſa ſit.

XXIII. Praeterea multa, quae ad locorum ſitus, & viciſſitudines, diverſamque linguarum pronunciationem pertinent, ſtudioſe collegit [1] ac deſignavit opus non parvi momenti, ſi varietas, & novitas rerum, quae in eo pertractantur, penſetur. Etenim a primis pueritiae annis adſiduam operam dederat, ut librorum, & autorum etiam abſtruſiorum nomina egregie calleret, & quantum quiſque in quacumque facultate excelluerit in promtu haberet: quibus digeſtis, atque enarratis opus de Bibliothecis adortus eſt [2] in duos libros diviſum, quorum in primo de Bibliothecis, in altero de libris ageretur, hoc propemodum modo [3].

LIBRI PRIMI CAPITA HAEC.

Cap. I. *Bibliothecae nomen, antiquitas, uſus, utilitas, dignitas.*
Cap. II. *Bibliothecae olim illuſtres, & a quibus conditae, & quam frequens earum uſus.*
Cap. III. *Bibliothecae hodie inſigniores.*
Cap. IV. *Bibliothecae tum publicae, tum privatae fabricatio.*
Cap. V. *Librorum in Bibliotheca diſtributio commodior, indices, delectus.*
Cap. VI. *Bibliothecae ornamenta, & tamquam appendices, Mappae Geographicae, Inſtrumenta Mathematica, Cimeliothecae & Pinacothecae.*
Cap. VII. *Eorum, qui Bibliothecae ſubſerviunt, munera, & officia.*

LIBRI SECVNDI CAPITA HAEC ESSE POTERVNT.

Cap. I. *Librorum infinita congeries. Utilitas, tum etiam damna ex ea ad ſtudioſos venientia.*

Cap.

hanc a ſe peractam obſervationem refert p. cxv. „ *Quin imo, ut ex multis itineribus a me confectis obſervaſſe videor, plerumque accidit, ut qui longo aliquo itinere, caeli, ac tempeſtatum adverſitatibus afflictatus fuerit, non ante fere in morbum incidat, quam poſt abſolutam peregrinationem. Quod in noſtro ex Gallia reditu compluribus ex familia Emmentiſſ. Dom. Cardinalis* Barberini *evenit, quos inter* Andreas Eudaemon-Ioannes *eruditiſſimus S. I. Sacerdos, poſtquam aliquot dies inter Senam, ac Romam aegrotaſſet, intra paucas horas, quum Romani Collegii limen attigiſſet, expiravit; eius vero ſocius* Hieronymus Albergottus *Arretinus, nobilitate generis non minus, quam ſanctitate vitae inſignis, qui prius ſatis belle valuiſſet, vix dum inito urbe, maligna febri oppreſſus, paucis diebus ex humanis exceſſit, in ipſo flore aetatis. Ego vero quum in toto itinere, nec minimum languorem expertus eſſem, vix Romam ſub veſperam redii, quum eadem nocte in febriculam incidi, a qua tamen Deo volente celeriter ſum liberatus* „ Pag. deinde cxxiv. noctes aeſtate nimium frigidas indicium eſſe inſalubris aeris adfirmat, ſubditque „ *Sed id quidem in temperatis regionibus vix, aut raro contingit; mirum enim mihi viſum fuit, quum Auguſto menſe, Madrito, Valentiam nocturnum iter in comitatu Eminentiſſimi Cardinalis* Barberini *capeſſerem, adeo frigidas in Caſtella noctes expertum me eſſe, ut quum in traiiciendo Sarama fluvio ſcapham praeſtolarer, dum ad citeriorem ripam accederet, pedibus pene obrigeſcerem* „. Et in Ep. *Edmundo Merillo* Dat. Romae id. ibus Maii MDCXXX *Scito igitur, me abſoluto itinere Hiſpanienſi, in quo ex comitatu noſtro tertiam fere partem amiſimus, ſingulari Dei beneficio, ſalvum & incolumem Romam rediiſſe: ubi ſcilicet priſtina munia repetis: animum enim addunt mihi, quamquam ab aulica vita abhorrenti, cum incredibilis Domini mei benignitas, & humanitas, tum eius maxima dignitas, ac poteſtas &c.*

(1) Multas a ſe in itineribus peractas obſervationes de diverſa linguarum pronunciatione refert in libro *De Ratione Modulandorum Carminum Latinorum* MS. ubi de Accentibus agit.

(2) De Bibliothecis veterum extat *Iuſti Lipſii* libellus, & ſeorſim, & inter eius opera ſaepius editus, occurrit etiam in collectione *Io. Ioachimi Maderi*, qui varios de Bibliothecis, & Re Bibliothecaria ſcriptores congeſſit, praemiſſa praefatione de ſcriptis & Bibliothecis antediluvianis, incerta fide iactatis Helmſt. MDCLXVI. 4 Noviſſime *Maderi* collectionem recudi fecit, & *Herm. Conringii* Epiſtolam, ſive librum, de Bibliotheca Auguſta Guelpherbytana, quo etiam de veterum re Bibliothecaria diſſeritur, tum *Naudaei*, *Spizelii*, & aliorum de Bibliothecis ſcripta adiunxit, pluresque alios ſcriptores de hoc argumento duobus voluminibus iunctim edidit *Io. Andr. Schmidius* Theologus Helmſtadienſis. Vid. *Daniel. Morhofium* in Polyhiſt. T. 1. Lib. 1. C. v.

(3) Ut in Idea operum pag. 188.

Digitized by Google

Cap. II. *Qui quamplurima ſcripſerint: tum* Varronis *hac in re praecipua laus.*

Cap. III. *Librorum veterum quam exigua portio ad nos pervenerit. Eius mali potiſſime cauſſae ſummatim enumeratae: laus, & commemoratio eorum, qui renaſcentibus literis auctores vetuſtos e tenebris, ſituque vindicarunt. Quorum amiſſio ſit tolerabilior, & contra.*

Cap. IV. *Adhortatio ad reliquos indagandos, eruendos, & publicandos. Quam facile Bibliothecae depereant. Laus Galliae, Germaniae.*

Cap V. *Recenſio aliquot Auctorum veterum, qui dicuntur in variis Bibliothecis exſtare.*

Cap. VI. *Aliquot librorum ob ſummam Antiquitatem inſigniorum, qui hodie ſuperſunt, enumeratio.*

Cap. VII. *Quanta cura adhiberi deberet, ut ſi qui ſuperſunt veteres codices, ne paſſim interirent. Modus cognoſcendi antiquiſſimos quoſque.*

Cap. VIII. *Typographiae egregium inventum: tum eius utilitas, & damna. Dolendum quod pauci libri tranſcribantur: tum commoditates, quae ex eo ſequerentur.*

Cap. IX. *Recenſio aliquot praeſtantiorum Typographorum, & quam oſcitanter haec hodie adminiſtrentur. Dictum obiter de correctoribus. Avaritiam omnium malorum eſſe originem, ac praeterea contemtum famae.*

Cap. X. *Opera quae videntur utilia fore, a nemine hactenus tentata.*

Cap. XI. *De librorum compacturis, integumentis, ornamentis, &c.*

Cap XII. *Onomaſticum, & Nomenclaturae eorum, quae ad Bibliothecas, libroſque pertinent.*

Pars vero illa, in qua de operis ordine, ac diviſione diſſeritur, fere tota eſt abſoluta, itemque illa, in qua plurimi vetuſti autores non editi recenſentur. Ex his ſatis magnus index confici poſſet; ſed detractis ignobilioribus quibuſdam, aliiſque minus antiquis, aut parum certis, ad quingentos ſaltem, Graecis una cum Latinis iunctis, eorum numerus accedit. Quin & in aliis eiuſdem operis partibus, inſigniorum Bibliothecarum meminit, quae ea tempeſtate in pretio habebantur; itemque eorum nomina recenſet, qui libros veteres e latibulis, atque ergaſtulis induſtria ſua extraxerunt, & in lucem publicam protulerunt [1]. Praeterea exactiſſimam Bibliothecae diſtri-

(1) Pro Tractatu de Bibliothecis, haec prae reliquis adnotavit in quibuſdam ſchedis ad id operis contexendum congeſtis „ Qui libri veteres, & a quibus, & quando reperti. Item quorum mentio fit a ſcriptoribus ſuperioris aevi, nec iam extent.

Poggius *Florentinus*, *ſeu* Podius Brandolinius Quinctilianum, & Aſconium Pedianum *reperit Conſtantiae*, *dum ibi concilium haberetur*.

Guaſparinus Bergomas *libros* Ciceronis *de* Oratore *primus reperit*, *ac perlegit* (*ut ait* Volaterranus) *quum flagitioſa*, *ac pene incognita litera ſcripti eſſent*. Quinctiliano *quoque* (*verba ſunt eiuſdem* Volaterrani) *tunc invento ſemilacero emendando*, *multam quum adhibuiſſet operam*, Quinctilianus *integer*, & *ex omni parte incolumis repertus eſt*

. . . . Sophianus *dicitur habuiſſe* Iſocratis *volumen*, *in quo nonnullae eſſent orationes*, *quae hodie non extent*. *quod in manus* P. Victorii *dicitur perveniſſe* (*ut eius Pronepos aſſeverat*) *qui etiam nonnulla in eo codice notaverat*, *quae ab* Ariſtotele *citantur*, *nec in vulgatis orationibus ſunt*. *Idem* Sophianus *naufragio dicitur periiſſe* (*delectabatur quippe navigando*, *huc illuc ire*) *cum multis Graecis libris*, *quos ſtudioſe collegerat*, & *praecipue cum* Menandri *comoediis quibuſdam*.

Libri Ciceronis *de gloria dicuntur extitiſſe Venetiis*, *adhucque eius titulum in catalogo oſtendi*, & *eos in rem ſuam tranſtuliſſe*.

Quidam mercator proximis hiſce annis dominatus Coſmi *ſecundi*, *Florentiam attulit opus Graecum inſcriptum* D. Zenobio *Florentino Epiſcopo*, *quod vendere cupiebat*, *indicabatque* XL. *aureis*. *quum autem in quemdam incidiſſet*, *qui parvi illud opus fecit*: *ille alio diſceſſit*, *quod quum ad aures perveniſſet Principis*, *miſit ſtatim*, *qui eum celeriter aſſequeretur*; *ſed nec poſtea repertus eſt*, *nec quod de eo factum eſt auditum*

T. Livii *hiſtoriae integrae dicantur extare* Cairi. Vide reliqua pag. XII.

Patriarcha Alexandrinus egregiam copiam librorum Arabicorum Ferdinando Mediceo *Cardinali reliquit*, *quippe quum rei familiaris inopia laboraret*. *cum eo conſtituit*, *ut* CCC. *aurei*, *quoad viveret*, *quotannis ſibi erogarentur*, *eiuſque Bibliotheca poſt eius mortem ad Cardinalem perveniret*.

Ex libris Io. Vincentii Pinelli *multi perierunt in mari*, *quum Venetiis*, *tranſmitterentur Neapolim*, *a piratis Turcis diſcerpti*, & *proiecti in mare*. *quorum nonnulli fluctuantes ad litus Firmanum appulerunt*, & *Cardinali* Bandino *curante*, *collecti fuerunt*

Henriquez de Ribera *inſignem habet Bibliothecam in Hiſpania*.

Neapoli eſt Bibliotheca heredum Io. Vincentii Pinelli, *cuius tertia non modica pars deperdita fuit in mari Hadriatico*.

Privatorum Bibliothecae ſunt. Iacobi Contareni *praeſtantiſſima*.

Danie-

diſtributionem ingenioſe excogitavit (1). Vndecim ea claſſibus conſtat, quae ſingulae, in complura ſyntagmata dividuntur.

XXIV. Sed ad peracta *Io. Baptiſtae* itinera revertamur, in quibus non urbes tantum inviſere ſtuduit, ut plerique faciunt, qui nihil niſi arces, aedificia, ſepulcra, aliaque eiuſmodi, nimia fortaſſe curioſitate intuentur; verum in eo totus fuit, ut uniuſcuiuſque Reip. ſtatum, officia, vivendi rationem, naturam populorum, ac viros doctos, in quo quidem vera lux, & magiſtra humanae vitae prudentia conſiſtit, penitus inveſtigaret.

XXV. Interim Romae illuſtri, ac nobili *Barberinae* Gentis familiaritate *Donius* fruens, mirum in modum ingenii fervorem in carminibus pangendis exercuit. Etenim, omiſſis ſacris, adhuc inter eius MSS. adſervantur carmina in laudem *Vrbani* VIII. P. M. ad *Franciſcum*, & *Antonium Barberinos* de ſpectaculis Theatralibus, & equeſtribus effuſa ab ipſis Romae munificentia conſtitutis, ad Cardinalem de *Richeliu*, ad *Ludovicum Donium*, electum Epiſcopum Regienſem, ad *Suareſium* ob eius diſſertationem de Co-

Danielis Barbari.
Io. Delphini *Epiſc Civ. Novae*.
Rochi Contareni
Sebaſtiani Erycii.
Ludovici, *&* M. Antonii Mocenicorum.
Hieronymi de Mula.
Pauli Parutae.
Auguſtini Amadei.
Ludovici Gradenici.
Franciſci de Ponte.
Ludovici Michaelis.
Iacobi Marcelli.
Ludovici Lollinii.
Franciſci Soranzi.
Ludovici Malipetrae.
Ludovici Balbi.
Aldi Manutii.
Ioſephi Zarlini.

Vicentiae Bibliotheca Dominicanorum.

Bergomi Bibliotheca Dominicanorum ſplendida eſt.

Mediolani in ſacrario D. Ambroſii *ſunt libri aliquot Hiſtoriae Iudaicae* Fl. Ioſephi *in cortice ſcripti: literis Langobardicis, ibidem in coenobio Dominicanorum Bibliotheca eſt inſignis.*

In Coenobio Cavenſi Agri Salernitani ord. S Benedicti *Bibliotheca eſt refertiſſima antiquis inſtrumentis membranaceis, venditionum, teſtamentorum, privilegiorum &c. quorum multa* DC. *&* DCCC. *ab hinc annos conſcripta fuerunt: nonnulla ego vidi.*

Hiſtoria quaedam ſpuria edita fuit ſub nomine Nicetae *Patriarchae Aquileienſis ex qua* Pigna *in ſuo libro de familia* Eſtenſi *multa depromit.*

Hamburgi in Bibliotheca Matthiae Flacci *repertus eſt* Iulius Firmicus.

Hyperidis *orationes complures extare dicuntur in Bibliotheca Budenſi*

In inſula Chio *dicuntur eſſe Comoediae* Menandri: *certe* Leo Allatius *narrare ſolebat, quemdam ſe noſſe, qui dicebat, ſe eas vidiſſe cum Commentario* Pſelli.

Lubecae in Eccleſia Cathedrali inter cimelia ſacra aſſervatur Codex Graecus Evangeliorum, quem ad Othonem *Imperatorem miſſum dicunt ab Imperatore Conſtantinopolitano.*

Hen. Stephanus, Michaelo Hoſpitalio *Satyram quamdam, tamquam antiquam evulgavit, ut cuidam imponeret.*

In Bibliotheca Vaticana extant actus Apoſtolorum Graece, litera maiuſcula, eaque ſatis grandi conſcripti cum inſignibus Carlottae *Reginae Cypri, &* Innocentii *VIII. ad quem ab ea Regina fuit miſſus ille codex.*

Ibidem viſitur inſtrumentum quoddam vetus ſemilacerum, in charta papyracea, literis difficillimis lectu, & ſimilibus iis, quae in Bibliotheca Regis Galliae in veteri volumine conſpiciuntur, & Florentiae in alio volumine penes Georgium Vaſarium *Equitem*

Ibidem ſunt autographa Annalium Baronii, *Arcadiae* Sannazarii, *Item* Dantis *cantica, ſcripta ab ipſomet* Boccatio, *& miſſa ad* Petrarcham, *ut poematium quoddam ipſiuſmet* Boccatii *ad* Petrarcham *teſtatur.*

Ceſenae in Coenobio D Franc. *Bibl. a* Novello Malateſta *condita precioſis MSS. libris referta.*

In Sacrario Eccleſiae Anconitanae aſſervatur Breviarium, quod vulgo fertur S. Marcellini *Epiſcopi.*

Antiquitatum magna copia eſt Venetiis apud Io. Grimanum *Patriarcham Aquileienſem.*

Andream Lauretanum.
Gabrielem Vendraminum.
Leonardum Mocenicum.
Simonem Zenum.
Ioan. Grittium.
Sebaſtianum Erycium.
Franciſcum Bernardum.
Io. Paulum Cornarium.
Iacobum Gambarutium.
Auguſtinum Amadeum.
Iulium Caleſtanum
Dominicum de duabus Reginis.
Rochum Adamantarum.

Nunc Cimeliothecas habent Andreas Vendraminus, & Carolus Rugginius.

Ianus Parrhaſius, *quum Mediolani bonas literas profiteretur, reperit, atque e ſitu vindicavit* Fl. Soſipatrum, Attilium Fortunatianum, Donatianum, Caepium Baſſum, Probi *inſtituta.*

Philippus *III. tria millia ducatorum annua teſtamento reliquit Coenobio Eſcurialis pro alendis decem, ut puto, olitoribus pro ſupplenda vero Bibliotheca* L. *tantum.*

Rex Tunetanus duos milliones obtulit Regi Hiſpaniae pro redemtione ſuae Bibliothecae Arabicae, ſed rex, ſuaſu quorumdam ſciolorum, conditionem repudiavit.

In Bibliotheca Barberina, Creſconiana *Canonum collectio literis maiuſculis.*

In Bibliotheca S. Salvatoris *Bononiae Codex* Lactantii *literis maiuſculis.*

In Bibliotheca Puteanorum *Pariſiis codex* Prudentii *& tertia Decas* Livii *literis maiuſculis.*

De libri illius inſcriptione ad D. *Zenobium*, de qua ſuperius, fides ſit penes auctorem.

(1) In ſchedis huius operis MSS exhibetur haec diſtributio Bibliothecae. Pars prima, cuius Claſſes V.

I. Claſſis Theologia.

Syntagma I. Teſtamentum vetus, & novum, id eſt Biblia celebriorum editionum, ac praecipuarum linguarum. Huc referuntur etiam Indices, Gloſſae, & Concordantiae.
II. *Interpretes Sacrae Scripturae.*
III. *Patres Graeci.*
IV. *Patres Latini.*
V. *Theologi recentiores, id eſt Scholaſtici recentiores.*
VI. *Libri controverſiarum ſacrarum.*
VII *Theologi Morales.*
VIII. *Concionatores ſacri.*
IX. *Libri pii, ut Aſcetici, Libri Meditationum, Revelationum &c.*
X. *Rituales, ut ſacrarum precationum libri, & Caeremoniales.*

II. Claſſis Philoſophia.

Syntagma I. Philoſophi, Platonici, Stoici, Pythagorici, aliique.
II. *Veteres Peripatetici.*
III. *Phyſici.*

rallio, de Comoediis *Michaelis Angeli Bonarotae*, de ſcriptis *Angeli Grylli*, de Cinaedo Belga, qui ſub *Paullo* V. Romae combuſtus fuit, de *Olympia Pampbilia*, de *Galilaeo Galilaeo*, in Librum *Nardi* de Rore, de *Fauſto Polio*, & *Aſcanio Philomarino* Cardinalibus, & *Scipione* Comite *Caſtrivillani* [1].

XXVI. Vertebat iam annus MDCXXVII. in quo multa memoratu digna contigerunt. Etenim *Vrbanus* Pontifex in Arcis Gandulphinae Sacello *Thadaeum Barberinum*, *Caroli* F. [2] *Annae Columnae* lectiſſimae faeminae, regio propemodum ſumtu, & apparatu matrimonio iunxit IX. Kal. Novembris, praeſenti-

IV. *Ethici*.
V. *Dialectici*.
VI. *Politici*.
VII. *Oeconomici*.
VIII. *Novae Philoſophiae auctores, id eſt* Lullius, Patricius, Thyleſius, Verulamius, Campanella, Galilaeus, *& alii*.
IX. *Libri Naturalis Hiſtoriae*.

III. Claſſis Mathematica.

I. *Aſtrologi, Gnomonici, & Genethliaci Ad hanc Claſſem referuntur, qui de Calendario ſcripſerunt*.
II. *Geometrae, & Optici*.
III. *Arithmetici, & Muſici*.
IV. *Coſmographi*.

IV. Claſſis Iuriſprudentia.

I. *Iuris Pontificii Codices. In hunc cenſum veniunt ſanctiones, ſeu Bullae Pontificum*.
II. *Conciliorum Libri*.
III. *Iuris Civilis autores, & interpretes*.
IV. *Tractatus Iuridici*.
V. *Libri Rerum iudicatarum*.
VI. *Leges variae populorum Huc referuntur leges municipales, conſuetudines &c.*
VII. *Leges, & inſtituta Collegiorum, & Sodalitatum*.

V. Claſſis Medicina.

I. *Medici Graeci*
II. *Latini veteres, & Arabes praeſtantiores*.
III. *Medici recentiores*.
IV. *Methodici, & Empirici*.
V. *Anatomici, & Chirurgi*.
VI. *Pharmaceutici, huius ordinis ſunt etiam, qui de diſtillatis egerunt*

II. Pars, cuius Claſſes VIII.

I. Claſſis Grammatica.

I. *Grammatici technici, Graeci, & Latini*.
II. *Grammatici technici recentiorum linguarum*.
III *Lexicographi*.
IV. *Grammatici Miſcellanei*.
V. *Critici*.
VI. *Poetarum interpretes*,
VII. *Scriptores rei poeticae*.
VIII. *Lexica variarum linguarum, Grammaticae. Ad hoc caput referuntur Onomaſtica*.

II. Claſſis Rethorica, & Philologia

I. *Rhetores, Didaſcalici, & Methodici. Methodici ſunt e. g. qui de conſcribendis hiſtoriis, epiſtolis, &c. egerunt*
II. *Calligraphiae Scriptores, ut qui phraſes, epitheta, ſynonyma collegerunt*
III. *Myſtici, ſcilicet qui Hieroglyphica, Apologos, Aenigmata, Emblemata ſcripſerunt*.
IV. *Philologi. Huc revocandae ſunt Declamationes, Differtationes Academicae, Dialogi &c.*
V. *Autores dubii tituli, ut qui adagia, ſententias, & ſimilia ediderunt. Item Polyanthea*.
VI. *Oratores veteres*.
VII. *Oratores recentiores*.
VIII. *Epiſtolarum Scriptores*.

III. Claſſis Poeſis.

I. *Poetae Graeci*.
II. *Latini veteres*.
III. *Latini recentiores*.
IV *Poetae exotici*.
V. *Mythologici, id eſt hiſtoria fabuloſa, quae complectitur fabulas Mileſias, Eroticas &c.*

IV Claſſis Hiſtoria.

I. *Hiſtorici ſacri veteres, & novi*.
II. *Hiſtorici Graeci*.
III. *Hiſtorici Latini veteres*.
IV. *Latini recentiores*.
V. *Hiſtorici vernaculi*.
VI. *Polyhiſtores*.
VII. *Geographi, & Topographi*.
VIII. *Chronologi, & Genealogiſtae*;
IX. *Itineraria, & navigationum libri*.

V. Claſſis Antiquarii.

I. *Antiquitates ſacrae*.
II. *Graecanici*.
III. *Romani*.
IV. *Miſcellanei*;

VI. Claſſis Autores Ambigui, & Miſcelli.

I. *Scriptores rei militaris*.
II. *Scriptores rei equeſtris*.
III. *Scriptores rei nauticae*.
IV. *Scriptores rei ruſticae*.
V. *Scriptores rei venatoriae*;
VI. *Architecti, & Mechanici*.
VII. *Muſici practici, id eſt qui artem Melopoeiae tradunt*.
VIII. *Cantionum, & Organorum diagrammata*.
IX. *Libri Magiae naturalis, ut ſunt ſecretorum libri*.
X. *Chymici, & Pyrotechnici*.
XI. *Rituales profani*.
XII. *Libri vaticiniorum*.
XIII. *Rerum prodigioſarum libri, ut qui de oſtentis, & qui de lamiis agunt*.
XIV *Scriptores rei divinatoriae, ut Oniroeritices, & Phyſiognomices*.
XV *Autores de mercatura*.
XVI. *Magirici*.
XVII. *Libri ludicri*.
XVIII *Libri facetiarum*.
XIX. *Autores de moribus gentium*.
XX. *Apparatus publici*.
XXI. *Iconographi, ut Civitates Orbis terrarum, habitus variarum nationum, & ſimiles*.
XXII *Scriptores confaſanei, ut multarum artium ignobiliorum*.
XXIII. *Libri ſuperſtitioſi, quales ſunt* Alcoranus, *Thalmud, & Cabbaliſtici*.
XXIV. *Elenchi librorum, id eſt Cathalogi Bibliothecae &c. Iſagogici, quales ſunt libri de ratione ſtudii tractantur*.

(1) Et carmina diverſis tamen temporibus, ut videtur a *Donio* conſcripta fuerunt, prout ferebat occaſio.

(2) *Carolus Barberinus*, *Vrbani* VIII. frater, dum Bononiae Pontificiam ditionem valida manu defenderet, ne quid ab externorum militari licentia detrimenti caperet, fatis ceſſit IV. Kal Martias A. MDCXXX. aet. LXVIII. ut ait *Iac. Gaddius* in Elogiis Florentiae per *Petr. Neſtrum* MDCXXXVI. pag. 91. Ex *Conſtantia Magalottia* filios reliquit *Thadaeum* Praeneſtes Principem, qui poſtea in ſuprema Pontificiae cohortis praefectura ſucceſſor declaratus eſt, *Franciſcum*, & *Antonium* Cardinales ampliſſimos. *Thadaeus* vero Vrbis Praefectus, obiit Lutetiae menſe Nov. A. MDCXLVII. *Morreri* l. c. v. *Barberini*.

Digitized by Google

ſentibus Cardinalibus *Sabello*, *Magalotto*, *Spada*, *S. Sixti*, *Gypſio*, *Cornelio*, *S. Clementis*, *Veroſpio*, *S. Georgii*, *Vidono*, *Biſcia*, *Caeſarino*, *Barberino* (1); ſapientioribus ea tempeſtate viris plaudentibus (2), totaque urbe prae laetitia geſtiente. *Donius* igitur, gravioribus licet curis diſtraheretur, in maximo tamen omnium plauſu, ſibi temperare non potuit, quin obſequentis animi ſui ſenſus explicaret. Opuſculum edidit A. MDCXXIX. quod *Corona Myrtea* inſcribitur, in qua bina quaeque membra, ideſt ſtrophe, & antiſtrophe ſibi reſpondent (3): carmen profecto, adeo elegans, atque venuſtum, ut mirari ſubeat, quomodo alio longe ſtudiorum genere, & aulica vita, cuius ipſum maxime taedebat, implicatus, exarare illud potuerit. Novimus enim, ex quo carmen fuerat exorſum, ter, vel quater, antequam perficeret, domicilium mutaſſe, quum primo ex domo Quirinali Cardinalis *Barberini* in alias aedes, deinde in Albanum, ubi nuptiae celebratae ſunt, mox iterum in aedes Quirinales, ac demum in Vaticanum commigraverit (4).

XXVII. Hanc quidem lucubrationem ſuam, antequam in vulgus proderet *Donius*, iam una cum aliis diverſi argumenti poematis *Gaſpari Scioppio* Comiti, amico ſuo incomparabili, Kal. Iuliis A. MDCXXVIII. (5) Mediolanum miſerat, ut eius acre, ſincerumque iudicium experiretur (6); ratus non immerito aliis placitura, quae illi non diſplicuiſſe agnoviſſet, quem unum totius latinitatis peritiſſimum virum, ea aetas communi omnium ſuffragio ſuſpiciebat (7). Contra *Scioppius*, ut quanta *Donium* obſervantia proſequeretur

e 2

(1) *Ciaccon.* in Vita *Vrbani* VIII.

(2) Eorum nomina, qui Epithalamia, aliaque carmina edidere ab A. MDCXXVII. ad A. MDCXXIX. in nuptiis *Thadaei Barberini*, & *Annae Columnae*, *Philippi*, Palliani, Taliacotii, Marſorumque Ducis, & *Lucretiae Thomacellae*, filiae, haec ſunt, ut ex *Leonis Allacci Apibus Vrbanis* eruitur „ *Amabilis Buzarus*, *Bonaventura Rondaninus*, *Fabius Leonida*, *Flavius de Fliſco*, *Franc. Carduccius*, *Franc. Rogerius*, *Georgius Conaeus Scotus*, *Hieronymus Bartolomaeus*, *Hieron. Moriciuccius*, *Hieron. Tortolettus*, *Io. Argolus*, *Io Ciampolus*, *Io. B. Donius*, *Io. de Guevara*, *Io. Iac. Riccius*, *Laur. Azzolinus*, *L. Holſtenius*. *Lud. Leporeus*, *Nic. Strozzius*, *Petr. Franc. Paulius*, *Steph. Marinus*.

(3) *Donius* in Lib. MSS. *De ratione modulandorum Carminum Latinorum* ait, ubi de diverſis carminum generibus agit. „ Carmen maeſtum κατὰ σχέσιν eſt, in quo non omnes partes ſunt relatae, ut E. G. Carmen Epithalamicum, in quo nuptias Excellentiſs Principis *Thadaei Barberini* cecinimus, in quo bina quaeque membra, ideſt Strophe, & Antiſtrophe ſibi reſpondent. „ In Ep ad *Gaſp Scioppium* data Kal. Iuliis MDCXXVIII. num. XXV. pag. 36. „ Accipe igitur nuperrimum iſtum ingenioli mei foetum, ideſt Carmen Epithalamicum, in quo Principis Iuventutis noſtrae feliciſſimas nuptias, aliorum exemplo accenſus, maiore aliquanto impetu, & obſequendi voluntate inſtructus, quam poetica facultate praeditus, praeterita hyeme celebravi. „ Nunc de ratione ipſa Carminis pauca. Conſtitueram ab initio ideam illam, quam SS. D. N. & Muſageta ſapientiſſimus ex *Pindarica* libertate, *Horatianaque* caſtitate compoſitam, admirabili ſucceſſu excoluit, attentare, ſed quum memet ipſe circumſpexiſſem, tam parum ab ingenio, exercitatione, atque otio inſtructum animadverti, ut huius laureolae ſpem minime in praeſens ambiendam putaverim. Tranſtuli me igitur ad hanc, quam vides Ideam, liberiorem quidem illam, nec omnino cum *Pindarica* conſentientem, ſed ut poſtea apud *Hephaeſtionem* obſervaſſe videor, nec Graecis quidem ipſis incognitam: huius enim ſunt fortaſſe generis poemata, quae in eo Enchiridio, multis in locis lucem deſiderante, extant.

(4) Ita in Ep. ad *Scioppium* l. c. „ Sed antequam carmina ipſa evolvas, ne pigeat oro, Epiſtolam illis praefixum curſim lectitare; ibi enim nonnulla de impedimentis, quae mihi ad recte ſcribendum obfuerunt, non ſine cauſſa praefari volui, quorum tamen vix minimam partem attigi, tot enim curis atque avocamentis ab hoc genere ſtudiorum praecipue aliquot iam menſes abſterreor, ut aliquando mirari ſubeat, qui potuerim in hoc genere vitae, ad quod minime natura me genuit, interque tot moleſtiſſimas ſollicitudines, multiplicesque cogitationes „ a me impetrare, ut periculum mei facerem in eo praecipue genere carminum, quae numquam hactenus tentaveram „ Huc enim illae migrationes, de quibus in Epiſtola pertinent; ſemel ex Domo Quirinali Illuſtriſſimi Domini mei in alias aedes, deinde in Albanum, quum nuptiae celebratae ſunt, mox iterum in aedes illas Quirinales, ad demum in Palatium Vaticanum &c.

(5) Huic Ep. *Scioppius* reſpondit XVI. Kal Novembris MDCXXVIII. num. XXXVI. pag. 48. Ex eaque patet ei Miſiſſe *Donium* ſuam Ideam, ſeu adumbrationem aliquot operum.

(6) l. c. *Cenſoris quidem moroſiſſimi in eo examen ac libram deſidero: quam provinciam ſi me amas meaeque exiſtimationi conſultum cupis „ quaeſo ne detrectes. Valde enim cupio, haſce Carminum meorum primitias, quae brevi cum aliis eiuſdem argumenti poematis Latinis, Vernaculiſque in lucem proditurae dicuntur ad exactiſſimam normam Iudicii tui, quo praeter ceteras polles, expendantur &c*

(7) *Gaſpar Scioppius* Criticorum ſui aevi facile Princeps Lucem adſpexit VI. Kal. Iulias, ut ex commentario de vita ſui ipſius MS. eruitur, A. MDLXXVI. Ab ineunte aetate adeo totus literis addictus fuit, ut ſexto decimo anno libros evulgarit, quos ſenes admirarentur. Pontificibus, Regibus, ac Principibus ſingulis acceptiſſimus, privilegia nemini umquam tot amplitudine meritorum conceſſa, obtinuit, Fatis ceſſit Patavii XIII. Kal. Dec. MDCXLIX. anno aet. LXXIV. Vid. *Iac. Philip Tomaſinum* in *Gymnaſio Patavino* pag. 464 & *Niceronium* l. c. T. XXXV pag 165. Non abs re erit exactiſſimum *Scioppii* operum Catalogum adhuc ineditorum proferre, ex ipſis autographis, quae apud Eruditiſſimos Comites *Pieruccios* adſervantur concinnatum.

Index Operum Gaſparis Scioppii *Co. a* Claravalle, *quae fere omnia manu ipſius exarata in Illuſtriſſimi Domini Com.* Io. Michaelis Pieruccii *Bibliotheca adſervantur*.

Volumina in fol.

Gaſparis Scioppii Promtuarium Romanae Eloquentiae in tres Tomos in folio diſtributum.

Vol. I.

tur omnibus palam faceret, per id temporis Paradoxa ſua typis evulgaturus ei IX. inſcripſit, quod ita incipit.

IO. BAPTISTAE DONIO FLORENTINO.

Non dubito, quin legendis veteribus Grammaticis ſaepe eos longe aliter auctorum verba recitare deprehenderis, quam in ipſis eorum libris leguntur. *Ego*

Vol. I.

I. Exercitationes Propheticae.
II. Examen Diſciplinae Literarum Humanarum, & Divinarum, cuius in Scholis Ieſuitarum uſus eſt.
III. Notio Cenſoria in Diſciplinam Ieſuitarum Scholaſticam. Examen Diſciplinae Scholaſticae Societatis Ieſu.
IV. De Zeli natura, & uſu, Dogmatica, Paraenetica, & Characteriſtica diſputatio ad dirigenda Zelotarum, ſeu ſpiritualium hominum officia.
Eadem elegantiori charactere conſcripta occurrit, quae per ſe unum volumen efficit.

Vol. II.

G. Scioppii Conſiliarii Regii *Machiavellica*, hoc eſt Apologia duplex, quarum priore Sacrae Romanae Eccleſiae de *Nicolai Machiavelli* libris Decreta defenduntur Poſteriore eiuſdem *Machiavelli* innocentia adverſus Calviniſtas praecipue, Italici nominis hoſtes, propugnatus In utraque vero Pſeudopoliticorum *Machiavelli* Doctrina ad proprium utilitatem nullo honeſti, turpiſque diſcrimine conficiendam abutentium improbitas, ipſius *Machiavelli* praeceptis confutatur. An. MDCXIX.

Vol. III.

Funiculus triplex de periculoſo Eccleſiaſticorum ſtatu, ſive ars ſervandi animas Cardinalium, Epiſcoporum, & Clericorum, praecipue vero nepotiſmo laborantium, auctore S. *Bernardo*, cum explanationibus *G. Scioppii*.

Vol. IV.

Hiſtoria controverſiae de Immaculata B. V. M. Dei Genitricis Conceptione

Vol. V.

Divinatio, ſive Avocationis poſtulatio pro ſede Apoſtolica, Maieſtate Caeſarea, Ordine *S. Benedicti*, & Societate Ieſu, adverſus famoſos libellos non ita pridem peſſimo publico vulgatos.

Vol. VI.

Panacea Mundi, ſive de publicarum Germaniae Calamitatum Cauſſis. & Remediis Diatriba.

Vol. VII.

Statera Religioſa, hoc eſt Examen Operae pretii Monachorum, & Ieſuitarum in procuranda proximorum ſalute: Utri ſcilicet, Eccleſiae, an Reipublicae utiliores, magiſque neceſſarii exiſtimari debeant.

Vol. VIII.

I. Rugitus Leonis, ſive Fortiloquium de Primatu poteſtatis Papae. Exercitationes Propheticae. Chiliaſtarum hallucinationes.
II. Schola Spiritus pro Regibus, ac Principibus, eorumque Confeſſariis.
III. Meditatio de Clericorum Officio, & Caelibatu.
IV. Preſente a tutti i Re, e Principi Cattolici, cioè Compendio dell' Arte di ſalvar l'Anime, e gli ſtati loro.
V. Mnemoſynon *Scioppianum* DD. Ieſuitis Gretienſibus muneri relictum.

Vol. IX.

Exercitationes Propheticae.

Vol. X.

I. Encyclopedia.
II. Fundamenta, & Privilegia Eccleſiae Romanae ſecundum Canonem Papae *Nicolai* ſecundi Diſt. 22. Cap. *Omnes* cum explanatione & examine.
III. Chiragogia Regia, ſive Manuductio ad Artem imperandi pro Regibus, ac Principibus Catholicis
IV. Fratris *Iuniperi* ab Ancona Minoritae Comparatio ſtatus Monachorum, & Clericorum Regularium Societatis Ieſu, in uſum eorum, qui Animae ſuae miſerentes, Deo placere volunt, deque ingreſſu in Religionem deliberant.

Vol. XI.

I. Vaticinia, ſive futurarum rerum praedictiones ipſo exitu non multo poſt comprobatae.
II. *Domni Philoxeni* de Franconia Ord. S *Benedicti* Congregationis Caſſinenſis Apologeticus pro Ordine S. *Benedicti* adverſus Novorum Phariſaeorum mendacia, & calumnias, cui acceſſit pro ſummi Pontificis, & Caeſaris Auguſti decretis, & reſcriptis, cauſſae dictio.
III. *Friderici Maieri* Auſtingenſis Apologia pro S C. Maieſtate, eiuſque Miniſtris adverſus multiplicem ſugillationem Patris *Pauli Layman* Societatis Ieſu Theologi
IV. Proceſſus Iuris inter *Ieſum Chriſtum* Dei filium, & *Satanam Chamos* Deum Proteſtantium, pro Caeſaris Auguſti, & Principum Electorum Tribunali, Iure contendentes
V. Conſultatio de periculoſo Divitum Statu, rectoque divitiarum uſu, ſive ars ſervandi animas divitum.
VI. Viri Docti in Italia, quos *Gaſpar Scioppius* novit, quique ab *Urbano* VIII. ſummo Pontifice, ac literarum patrono ornentur, ex animi ſententia dignos cenſet
VII. Conſultatio conſcientiae.
VIII. Exegeticus de hora noviſſima, eiuſque eventis.
IX. Chriſtianiſſimi Regis dubia de nullitate electionis Regis Romani ſupremo parlamento Pariſienſi, & univerſitati ad deliberandum propoſita.
X. De electione Regis Romanorum.
XI. Conſilium ad Pontificem de Legato Apoſtolico in Germaniam mittendo.
XII. Folium ſibyllae, ſeu divinatio politica.
XIII. Ad *Ioannem Gravium* Londinenſem anno MDCXXXVI.
XIV. Diſputatio de ſtatu, & officio proteſtantium in cauſſa Religionis anno MDCXXXIII
XV Conſultatio de Germaniae ſtatu, deque recuperanda eiuſdem incolumitate anno MDCIX.
XVI. Ad S. D. N *Urbanum* VIII. P M. Epiſtola de Palingeneſia librorum ſuorum in Haereticos editorum.
XVII. Folium ſibyllae, hoc eſt reſponſum de *Friderici* Palatini exulis reſtitutione. Menſe Iunio anni MDCXXVII.
XVIII. Methodus de Scriptoribus Politicis, ac proprie de *Nicolai Machiavelli* libris iudicandi, item ſynopſis libri de Principe eiuſdem *Machiavelli*. Romanorum cenſorum iudicio probata cum Pontificio, Caeſareo, & Regio privilegio.
XIX Diſcorſo politico dell'unire lo ſtato di Milano col Monferrato, e col Finale.

Vol. XII.

I. Irenicus, ſive Haeretici nominis infamia a Catholicis, & proteſtantibus propulſata, & officium ſaluti utrorumque neceſſarium, hoc eſt modi, quibus idem principium fidei firmum retinentes, & in unum corpus baptizati, de Hyſterematis autem, ſeu poſt principiis fidei diſſentientes, pacem inter ſe habere, & utrique ſalvi fieri poſſint, *Angeli* primi de *Montalto* Diatriba.
II. Epiſtola ad magnum Ducem Etruriae de duplici modo cognoſcendi horam adventus Chriſti; & regni eius 1. Iun MDCXL.
III. De dignitate Ducum Bavariae, Etruriae, Sabaudiae, & Mantuae politica, & hiſtorica diſputatio.

IV *Pr-*

Ego quidem ex facili non unum eius rei ſpecimen edere queam, ſi neceſſe ſit. Sed ea re apud te unum, Graece, & Latinae doctiſſimum, omniſque antiquitatis cumprimis peritum merito ſuperſedeo, iuſtam περιεργίας, ac ſupervacuae operoſitatis notam veritus. De cauſſa tantum, qua id contigerit, quid mihi videatur, aperire libet &c.

XXVIII. Ve-

IV. *Petri Caniſii* ſententia de Monaſteriis in Collegia Societatis Ieſu minime convertendis.

V. Breve diſcorſo della Famiglia *Zabarella*.

VI. Origo, & Genealogia Illuſtriſſimae Familiae *Zabarellae* Nobilis Patavinae.

VII. Relatio de periculoſo Catholicae Religionis ſtatu in Germania anno MDCVIII.

VIII. Conſultatio de ratione reformandi Palatinatus Neoburgenſis.

IX. Verba *G. Scioppii* in libro, qui inſcribitur *Machiavelliorum* operae pretium, quem abſolvit menſe Maio anni MDCXIX.

X. De Hiſtoria *Gonzaga Antonii Poſſevinii* cenſura.

XI. Reſponſio ad P. *Riccardii* cenſuram de Paedia, & Apaedeuſia.

XII. Reverendiſſimi P *Riccardii* Clariſſimi ex Praedicatorum Ordine Theologi Sacri Apoſtolici Palatii Magiſtri Cenſura prior in *Gaſparis Scioppii* ſuppetias Logicas politicis ſcriptoribus latas, ſive paediam politicam.

Vol. XIII.

I. Variae Principum Genealogiae.

II. Schola Chriſti, in qua didicerunt, aut docuerunt Prophetae, Sanctus *Io. Baptiſta*, Apoſtoli, SS. Patres, & Doctores, & diverſorum Ordinum Religioſi: docetur in ea vera philoſophia, ſive ars perfectionis.

Vol. XIV.

Hoc volumine continentur diverſorum ad *Scioppium* Epp.

Vol XV.

Hoc volumine continentur *G Scioppii* ad diverſos Epp.

Vol. XVI.

Hoc volumine continentur varia *Scioppii* ſcripta germanico ſermone.

Vol. XVII.

I. Praefatio, & Iſagogica ſacrae Religionis S. *Georgii* hiſtoriola.

II. Ars ſervandi animas Regum, & Principum. Acceſſit Lucerna ſcrutandae Principum conſcientiae, ſeu ſecretum examen.

III. Oratio Eccleſiae pro ſummo Pontifice ex ſacris literis explanata; item orationes Pontificis pro ſemetipſo ab ipſo Spiritu Sancto dictatae; item Regia Davidica diſciplina ſummo Pontifici ad imitandum propoſita; item compendium architectonicum, hoc eſt compendioſa ratio, qua Pontifex domum ſuam aedificare, & conſanguineorum fortunas ſtabilire poſſit. Item de utilitatibus nuperi morbi ſummi Pontificis.

IV. Ars artium, & ſcientia ſcientiarum, hoc eſt ratio conſervandi animam ſummi Pontificis diverſis diſſertationibus explanata. Opus ab *Urbano* VIII. Pont Max. lectum, probatum, & laudatum.

V. Notio cenſoria adverſus Archiepiſcopi Brunduſini ineptiſſimam artem ſolvendi haereticorum argumenta.

VI. Brevis de rebus Germaniae relatio.

VII. Clavis ſapientiae.

VIII. Breve remoſtranza delle miſerie ineſplicabili, che al preſente ſono in Germania.

Vol XVIII.

I. Il patto di Mol, e Nal con Dio, con gli Popoli di Abi, e di Cal. Item de Vita ſua.

II. Varia opuſcula politici argumenti, haec vero praecipua ſunt.

III Irenicus, ſive Haeretici nominis infamia a Catholicis, & Proteſtantibus propulſata, & officium ſaluti utrorumque neceſſarium, Diatriba altera.

IV Origines *Henricae*, ſive de Auguſti, & Regia nobilitate D. *Fernandi Henriquez a Rivera*, Ducis ab *Alcala*, Marchionis Tariffae, Regni Neapolitani Proregis, una cum documentis, & auctoritatibus. Acceſſit omnium Regum, & Principum liberorum orbis chriſtiani, cum *Henricidarum* domo, neceſſitudo, & conſanguinitas.

Vol. XIX.

Miſcellanea, quae diverſorum argumentorum breviſſima opuſcula, & excerpta continet.

Vol. XX.

Continet Epiſtolas diverſorum ad *Scioppium*, tum eiuſdem *Scioppii* Epiſtolas.

Volumina in 4. Vol I.

Satyricon, quo continetur aſſertio eorum, quae in *Scioppii* adverſus *Heinium* apologetico ab aliis omiſſa, aut commiſſa ſunt, & Examen Diſciplinae Ieſuiticae, deque vera iuventutis tam in moribus, quam in literis inſtituendae ratione diſputatio

Vol. II

Exercitationes Propheticae anno MDCXLI. & MDCXLII.

Vol III.

Commentarius de Religione, ſuperſtitione, infidelitate, & hyppocriſi. Acceſſit de officio Catholicorum erga Graecos, & Proteſtantes, & horum erga Catholicos.

Vol. IV.

Exercitationes Propheticae, ſive ſacrae ſcripturae uſus ad docendum, arguendum, corrigendum, & erudiendum in iuſtitia divina: oracula de praeſenti, & imminenti Eccleſiae, ac Reipublicae Chriſtianae ſtatu: interpretante Fr. *Gregorio* de Verona Ordinis Minorum.

Vol. V.

Exercitationes Propheticae. Explanatio *Math.* XXIV. Pſal. XC. *Habacuc* VI. *Ion.* III. *Danielis* ſtatuae. De deſolatione civitatis Dei, deque piorum officio toto deſolationis tempore. Characteriſmus mendacium Eccleſiae magiſtrorum.

Vol. VI.

Vincentii Cacatoxici Moracyſtae Patricii Mediolanenſis *Heinſius* ſycotomus: tumentes mariſcae in *Danielis Heinſii* animo verbi caeleſtis ferro, & igne percuratae. Acceſſit Agryxia *Heinſiana*.

Vol VII.

Regnum Iuda figura Eccleſiae: conſultatio ad nobilitatem Poloniae. Epiſtolae ad diverſos.

Vol VIII.

Grammaticus ſacer, commentarius de ſacrae ſcripturae uſu eccleſiaſtico, & politico; in quo declaratur triplex Eccleſiae tribulatio matutina, meridiana, & veſpertina.

Vol. IX.

Os muto apertum, hoc eſt cauſſae dictio pro *Pauli Bombini* Theologi Somaſceni innocentia adverſus Ieſuitarum mendacia, eorumque *Tertulli*, *Iani Nicii Erythraei* indignam erga pie defuncti manes contumeliam.

Vol. X.

Speculum Regum, ac Principum Catholicorum, in quo cum vultum nativitatis ſuae, ſive animi ſui habitum contemplari, tum maturum, & imminentem ſuarum animarum, familiarum, & imperiorum interitum praevidere poſſunt an. MDCXLVI.

Vol. XI.

Anni Aurei Catholicorum, & Proteſtantium.

Vol. XII.

De ſcandalis Proteſtantium.

Vol. XIII

I. *Danielis* a Monte Sionis ars prophetandi, ſeu clavis divinae ſapientiae, hoc eſt reſignatio, & reſeratio myſteriorum ſacrae ſcripturae de praeteritis, praeſentibus, & futuris Eccleſiae eventibus, deque regnorum

XXVIII. Verum multas inter laudes, quas hoc edito carmine uberrime ab omnibus *Donius* conſequebatur, unus *Benedictus Florettus* acerrimi vir ingenii, & in exſtimandis aliorum ſcriptis emunctae naris, animi ſui ſenſum Amico non aperire piaculum reputans, nonnulla animadverſione digna, quae legentem offendere fortaſſe poterant, benevole, candideque, ut ſolebat,

gnorum omnium ſubverſione, & univerſali regno *Chriſti* ſubter omne caelum appropinquante.

II. Prophetici ſermonis epitome, hoc eſt brevis deſignatio futurorum Eccleſiae eventuum ex ſacris literis.

Vol. XIV.

I. Diſciplina caeleſtis Regum, ac Principum, hoc eſt doctrina politica, Dei mandatis, & operibus comprehenſa.

II. De Reipublicae Chriſtianae corruptelis, earumque cauſſis, & remediis, adverſus *Nicolai Machiavelli* ſententiam diſputatio. Opus hoc incipit pag. 154

Vol. XV.

Fatum Imperii Germanici, & faſtus Principum Tranſalpinorum documenta, & remedia, auctore Spiritu Sancto, interprete *Gaſpare Scioppio* anno MDCXXXIV.

Vol. XVI.

Syſtema artis praedicandi, evangelizandi, aut prophetandi anno MDCXXXIX.

Vol XVII.

Fatum Imperii Turcici, ſive cogitatio, & conſilium Dei adverſus Mahometanos, interpretante *Gaſpare Scioppio* Claravallis Comite. Ex officina Sangeorgiana anno MDCXXXIV.

Vol. XVIII.

Commentarius de rebus ad ſe pertinentibus.

Vol. XIX.

Staniſlai Tarnovii Equitis Poloni, conſultatio ad nobilitatem Polonam de coercenda Ieſuitarum potentia anno MDCXLIV.

Vol. XX

I. De Proteſtantium ad Eccleſiae Romanae communionem reductione.

II. De officio, & praeterofficio Clericorum, & Religioſorum prophetica, & apoſtolica doctrina. Hypomnemata de Theologia, & Mataeologia.

III. *Carolus Craſſus* Imperator, ſive ſpeculum inertis, & otioſae Regum, ac Principum innocentiae.

IV. *Angeli* primi de *Montalis* Evangelium aeternum, ſive annunciatio appropinquantis regni *Chriſti*, & Eccleſiae ſuper orbem terrae futurum, uſque ad annum *Chriſti* bis milleſimum. Anno MDCXLII.

Ingenua, omnique partium ſtudio, & carnali zelo vacua totius ſacri Ordinis Praedicatorum ſententia de Beatiſs. Virginis Conceptione cum *Gaſparis Scioppii* animadverſione.

Vol XXI.

I. Fatum Romanae Vrbis, Eccleſiae, & Curiae, Prophetarum, & Apoſtolorum oraculis praenunciatum G. *Scioppius* oracula illa collegit, ipſiuſque Spiritus ſancti verbis explanavit.

II. Propaedia ad Scholas Logicas, & annotationes in Propaediam Logicam.

III Propaedie ad Acroaſes Rethoricas.

Vol. XXII.

I. Adverſaria ſacra.

II. Prophetia de Apoſtaſia a *Chriſto*.

III. Figurae Eccleſiae.

IV. Symbolum Fidei Ieſuiticum de Gloria, & Poteſtate Romani Pontificis, quod Ieſuitae velut caeli ſono in omnem terram exeunte per annos quaſi centum enarrarunt.

V. Diſceptatio inter duos Dominicani Ordinis Theologos Card. *Caietanum*, & *Ambroſium Catarinum* de Haereticis, & Schiſmaticis, deque Latina Clericorum, & Monachorum Pſalmodia anno MDCXLVI.

VI. Certamen fidei, & obſequii erga Sedem Apoſtolicam inter RR. PP. Societatis Ieſu, & *Gaſparem Scioppium* Claravallis Comitem. Acceſſit *Ignatius Thaumaturgus*, ſive miraculifex anno MDCXXXIV.

VII. G. *Scioppii*, Imperatorum, ac Regum Conſiliarii, & ad Pontifices, Imperatores, Reges, Principes, ac Reſpublicas Oratoris Cygnaea cantio, ſeu Prologus Galeatus omnibus eius opuſculis ad Ieſuitas Chriſto lucrandos pertinentibus conveniens

VIII. De via ſalutis, hoc eſt de iuſtificatione hominis coram Deo, Parabola.

Vol XXIV

I. Chiliaſtarum, ſive millenariorum hallucinationes de regno *Chriſti* ſuper orbem terrae futurum, *Angeli Montani* Diatriba.

II. Expoſitionis Propheticae ſpecimen in Pſal. XLV.

III. Clavicula S. *Petri*. Doctor Eccleſiaſticus: *Gaſpar Scioppius* ſibi viſa, & audita ſcripſit in libro, mittitque Eccleſiis.

IV. Fons ſapientiae, hoc eſt Ecloga ex ſacra ſcriptura, & SS. Patribus de ſacrae ſcripturae ſtudio, eiuſque ſtudii utilitate, neceſſitate, adiumentis, & temporibus: colligente, & declarante G *Scioppio* Claravallis, & Gonni Comite.

V. Fatum Auguſtae Domos Auſtriae, ſive conſilium propheticum de falſa, & vera S. C. Romani Imperii medicina ad *Ferdinandum* ſecundum Caeſ. Auguſtum *Gaſpar Scioppius* in ſanctuario Dei auditum, iuſſus enunciavit anno MDCXXXV.

VI. Conſilium propheticum.

VII. Exercitationes propheticae: declaratio Pſal. VIII. *Danielis* XII. *Matthaei* XXIV. *Oſeae* IV.

Vol. XXV.

I. *Friderici Agapeti* Hircus *Xaverianus*, ſive Apoſtolatus Ieſuiticus, hoc eſt conſideratio donorum Spiritus Sancti, quibus inſtructi Ieſuitae Evangelium gentibus annunciarunt. & interpretatio prodigioſi Hirci, quem Deus *Franciſco Xaverio* oſtendit. Permiſſu ſuperiorum.

II. Fr *Aegidii* de Colonia Cenſura, ſeu Iudicium de Prophetia, & Aſtrologia *Io Franciſci Spinae* Medici de rebus in toto mundo uſque ad annum Chriſti MDCLXVI. eventuris. Francofurti MDCXLII.

III De ſtatu Eccleſiae hodierno.

IV. Exercitationis Logicae, ac Rhetoricae ſpecimen. Analyſis Epigrammatis *Catulliani* in *Furium*.

V Epiſtola ad Cardinales.

VI. De S. Scripturae uſu, & abuſu.

VII. De tribus capitibus controverſiae inter Papam, & Venetos.

VIII De amicitia, eiuſque legibus.

IX. De Prophetia S. Scripturae.

X. Poppyſmus Ieſuiticus

Vol. XXVI

I. Imperator Heremiticus. Anno MDCXXXIX.

II. Probatio Spiritus Cappuccinorum, aliorumque Religioſorum barbas promittentium.

III. De duplici Iudicio, & Reſurrectione.

IV. *Vincentii Cacatoxici* Moraceſtae Patricii Mediolanenſis Margites Rhetoricus, hoc eſt ſpecimina Panſophiae, ſeu ſapientiae *Paganini Gaudentii* omniſcii literatoris in Athaeneo Piſano. Acceſſerunt cauſſae dictio pro S. *Auguſtini* ſententia de ſanctorum mortuorum ſtatu, deque innocentia eorum, qui ſimplici animo credunt Haereticis, proque honore *Machiavelli*, & Florentinorum, & Mediceorum Principum. Speculum Theologicum de Iuriſconſulti Chriſtiani officio, Diatriba.

V Tria Eccleſiae tempora.

VI. Fruſta virulenta.

Vol XXVII

Digitized by Google

leb*r, indicavit (1). Igitur libertate dicendi prius excuſata, monuit, nexum illum ſtropharum in fine ſingularum, licet antiquis quoque uſitatum, abſurdum ſibi, & abnorme videri; in quo tamen adſentire *Floretto Donius* non potuit (2). Nam etſi id in Elegia, & Latinis, hoc eſt *Horatianis* Odis fortaſſe vitandum eſt (quae breviores circuitus habent, & ſunt quodammodo adſtrictiores) in *Pindaricis* tamen, totoque hoc genere graecanico, quod multo liberius & ſolutius eſt, tolerari poſſe, multis adlatis argumentis demonſtravit (3). Hac adrepta occaſione, ſuos Progymnaſmatum libros Amico *Florettus* miſit, adpoſito ad calcem Dithyrambo *Iacobi Gaddii* eruditi Iuvenis Florentini (4) ut ſuam fortaſſe ſententiam de eodem Dithyrambo valido teſtimonio comprobaret. Quo perlecto, ita *Donius* reſcripſit. „ *Eſt quod tu, & ego gaudeamus, Civitatem noſtram tale huius Iuvenis ingenium extuliſſe, nam profecto ſi adoleverit, ad plenamque maturitatem pervenerit, pauci omnino erunt, qui cum eo, vel eruditione, vel venuſtate carminis conferri poſſint: nonnulla fortaſſe eorum ſunt iuvenilia, & redundantia, ſed haec ipſa, vel propter ubertatem ingenii, bonamque indolem, quam oſtendunt, commendanda ſunt „ Crede mihi, non mediocriter laetor, quum Iuvenes noſtros, nobiles*

Vol. XXVII.

Eclogae, & Excerpta ex SS. Patribus, variiſque Doctoribus ab anno MDCXXXVI uſque ad MDCXLV.

Vol. XXVIII.

I. Lautitiae Regiae, hoc eſt de vera Reges, ac Principes Eccleſiae Catholicae infeſtos, laute, ac pro ipſorum dignitate tractandi, deque duplici adverſus haereticos diſputandi ratione, ſyntagma, in quo bonos, & exiſtimatio plerorumque Catholicorum ſcriptorum, qui ſtylum hoc tempore adverſus Haereticos, praecipue vero Reges, ac Principes, pro Eccleſia ſtrinxerunt, a nonnullorum criminatione vindicatur.

II. Pervigilium bonae mentis, hoc eſt de virtutibus, & vitiis, brevis, & ad popularem intelligentiam accommodata diſputatio. Acceſſit de legibus amicitiae, deque amici, & adulatoris diſcrimine.

III. De uſu Logicae.

IV. Avvertimenti dati da Papa *Gregorio* XV. all' Illuſtriſſimo Cardinale *Lodoviſi* ſuo Nipote.

V. *Melchioris Cani* Epiſcopi Canarienſis iudicium de ſecta Ieſuitarum. Habet Dominus *Canus* Dominicanus Epiſcopus Gaditanus, Confeſſarius quondam Domini *Caroli* Hiſpani Principis.

VI. Propiaſma conſiliorum, actionum, & ſcriptionum *G Scioppii* Com. a Claravalle ab anno MDCIX. uſque ad annum MDCXL. hoc eſt relatio de iis, quae inter tot annos in Pontificum, Imperatorum, Regum, ac Principum aulis coram, & per literas, ac per libros egit, ac molitus eſt.

VII. De praeterofficiu Confeſſariorum erga Principes & Epiſcopos Diatriba ad cognoſcendam veram originem, & medicinam publicarum Orbis Chriſtiani calamitatum maxime idonea: Item ſymbolum Paſtorale duodecim articulorum, quotidie ab Epiſcopis recitari dignum.

VIII. Dialogus Apologeticus contra aſſerentes diſſolubilitatem Matrimonii quoad vinculum.

Vol. XXIX

Hoc volumine continentur Miſcellanea quaedam, quorum nonnulla Germanico ſermone conſcripta ſunt.

Vol XXX.

I. De neceſſitate & utilitate Generalis Concilii.

II. Animadverſiones in *Hugonis Grotii* viri Clariſſimi diatribam de Antichriſto.

III. *Bernardini Giraldi* pro ſenatu Veneto Apologia, ſive de Iuſtitia Decreti, quo Senatus Venetus adoleſcentes ditioni ſuae ſubditos, ad Ieſuitarum ſcholas accedere interdixit.

Obſervandum eſt in nonnullis e ſupraſcriptis operibus loca *Scioppium* adpoſuiſſe, in quibus ea edere moliebatur: recenuiſſem vero libellos recenſere ab ipſo contra Societatem, mihi cunctis iure nominibus commendandam, deque Eccleſia, ac literis optime meritam recenſere; ſed vel invitum pertraxit ſtudium Hiſtoriae deſerviendi, ac exactiſſimum eiuſdem editorum operum indicem ſupplendi, quem Tom. XXV. exhibet *Niceronius*, quod in omnium literatorum votis iamdiu erat, teſtante prae reliquis *Morhoſio* in Polyhiſt. Lib. I Cap. VII. pag. 62.

(1) Ortus eſt Alverniae, qui locus comitum de *Bardis* imperio ſubeſt, *Benedictus Florettus* VIII. Eid Octobris MDLXXIX Eius vitam ſcripſit *Franc. Cionaccius*, eiuſque imaginem praepoſuit, hac Epigraphe ſuppoſita „ Benedictus Florettus *Sacerdos Florentinus*, *mutato nomine* Udenus Niſieli: *Academicus Apathiſta*, *Etruſcorum Criticorum facile princeps* „ Et revera Poetas omnes Graecos, Latinos, & Etruſca lingua loquentes diligentiſſime legerat, omnes eorum flores, veneres, leporeſque collegerat, et ſi quid ab eis titubatum eſſet, cenſoria prope auctoritate, notaverat. Quare effectum eſt, ut poeticae facultatis peritiſſimus evaderet; ac penitus omnia eius artis praecepta noſceret, ita tamen, ut magis aeſtimator metuendus, quam Poeta admirabilis fuerit. Quapropter *Donius* in Ep. ad eum miſſa num. XL. pag. 65. ait „ *non poſſum non magnopere laetari placuiſſe quidpiam mei, viro longe eruditiſſimo, & in exſtimandis aliorum ſcriptis perſpicaciſſimo, nam de te quum cogito, alterum mihi* Ariſtophanem *Grammaticum* (Ariſtarchi *enim odioſum eſt nomen*) *mihi videor intueri* Obiit vero *Florettus* Prid. Kal. Iulias A. MDCXLII. aet. LXIII. non XXXII. ut falſo *Erythraeus Pinacoth. Part. II.* num. XXXI adfirmat.

(2) *B. Florettus* in Ep. ad *Donium* Data III. Kal. Maias MDCXXVIII. num. XXIII. pag. 34. *ſommo diletto, e incredibile ammirazione mi ha data la Ode* Pindarica *di VS concetti maeſtrevoli, verſi numeroſi, parole ſcelte, locuzion graviſſima* „ *Mi offende l'orecchie il ſenſo imperfetto nella fine della ſtrofe, ripigliato nel principio della ſuſſeguente ſtrofe; non oſtante l'eſempio de' Graeci, e de' Romani*. Donius autem in cit. Ep. ad Florettum. *Delectavit me etiam mirifica libertas tua, atque eo magis, quo paucioribus ea hodie cordi eſt, in aula praeſertim, quae cum praecipue inter amicos uſurpari debet, tum vero in ſtudiis rei literariae, in quibus celare Amicum, quae ſentias, plane flagitioſum &c.*

(3) Ep. ad *Ben Florettum* num. XL. pag. 65.

(4) Hunc Dithyrambum non vidi inter Poetica *Iacobi Gaddii*, quae impreſſa ſunt Florentiae per *Petrum Neſtium* MDCXXXVI. 4. & alibi.

biles praeſertim, gloriam, & famam in ſtudiis aucupari video; *quod ſine dubio* Gaddius *hic, vel adſequutus eſt iam, vel adſequetur*.

XXIX. Rupellani interea iuratae paulo ante fidei, & acceptae pacis immemores, foedus cum Anglis icerant, eoſque, hominibus, armis, commeatu iuvaverant, ferocis animi *Subiſio* in ſua conſilia imprudenter adſcito. Eapropter *Ludovicus* XIII. Francorum Rex, grandia quaeque, & ardua animo volvens [1] eos in officium redigere, & poteſtati ſuae plene mancipare conſtituit. Quippe ea aetate Rupella Divinarum, humanarumque legum contemptrix, Santonum caput, tam viris bellica virtute praeditis, quam muris, & propugnaculis, nec non portu commodiſſimo inſtructa, perditis hominibus, ac tumultuantibus haereticis tutiſſimi Aſyli loco habebatur. Hanc ingentibus militum copiis anno ſuperiore *Ludovicus* obſederat, eius conſilii auctore, & adminiſtro *Richaelio* Cardinali, eamque machinamentis, & ſtupendis iactis in ſinum oceani ſubſtructionibus interclusam, ita toto anno tenuit [2], ut fame enecti cives, extremaque perpeſſi omnia, ſe tandem Regi dediderint III. Kal. Octobr. A. MDCXXVIII. [3] Poſtera die Rex urbem triumphaturus intravit, quae dirutis moenibus, in pagi fere formam redacta, terrori, & exemplo reliquis fuit [4]. *Urbanus* Pontifex his rebus intellectis, quae ad Eccleſiae gloriam, & Galliarum ſecuritatem proſpere ceſſerant, publicae, ac exuberantis laetitiae ſigna dedit, Templum Divi *Ludovici* ad agendas Deo gratias adivit, & ad Regem humaniſſimas dedit literas, de tam inſigni victoria gratulaturus [5].

XXX. *Donius* de communi bono laetatus, eodem Anno *Epinicium*, *Ludovico* Regi victori, ac triumphatori conſecravit; adiecitque Odem *Pindaricam* in idem argumentum, ac praelectionem ab eo habitam, antequam odam diceret XVI. Kal. Ianuar. in Academia Humoriſtarum, cui adſcriptus erat, praeſentibus quinque Cardinalibus, aliiſque permultis dignitate, & doctrina illuſtribus viris [6]. Erat ea quippe doctorum hominum Societas, quorum concio bis quoquo menſe cogebatur, ibique Academicorum unus pro ſuggeſtu habebat, recitabant alii poemata, elucubrationeſque eruditis auribus dignas [7]. Carminis huiuſce exemplaria aliquot, una cum Epiſtolis, quas tribus linguis videlicet Latina, Vernacula, Gallica conceperat, ad varios Euro-

(1) *Ludovicus* XIII. natus A. MDCI V. Kal. Octobr. Rhemis conſecratus fuit XVI. Kal. Novembris MDCX. Deceſſit Prid. id. Maii MDCXLIII. Vid. Monſ. de Limiers *Annales de la Monarchie Françoiſe Part. II. pag* 85. *ſeqq Amſterdam Chez l' Honoré & Chatelain MDCCXXIV. fol.*

(2) Limiers P. I. pag. 280. *Rien n' eſt égal à l' hardieſſe de la digue que le Cardinal fit faire devant le Port, pour en fermer l' entrée à tous les ſecours. Depuis le tems d'* Alexandre, *& de* Ceſar *on n' avoit point vu une ſemblable entrepriſe.* Richelieu *voulut aller de pair avec ces Heros, il en vint a bout &c.*

(3) Muratori *Annali d' Italia* ſub eodem anno.

(4) Limiers paullo poſt ſubdit „ *Du reſte on ſuprima tous leurs Privileges, dont, ils avoient ioui pendant plus de troiſcens ans; on raſa leurs murailles, on combla leurs foſſez, & à l' exception de deux Tours pour garder le Port, on démolit toutes les fortifications de la Ville. Le Roi y fit ſon Entrée au mois de Novembre; mais quel ſpectacle pour un Triomphateur, que des Maiſons devenues autant de ſepulchres, & que des ſquelettes ſous les armes, au lieu d' hommes pour le recevoir &c.*

(5) *Io. Bapt. Gueſnay* in Annalibus Maſſilienſibus. Lugduni MDCLVII. ſub eodem anno.

(6) *Epinicium* Lud. *Francorum Regi ob receptam Rupellam, repulſamque Anglorum claſſem. Praefatio in Academia Humoriſtarum habita, ante recitationem odae XVI. Kal. Ianuar. Romae, & Pariſiis* 4. *Nicolaus Balduccius* Thuſcum Epigramma MSS. conſcripſit ad *Io. Bapt. Donium*, quo memoratum Carmen ſummopere laudat. „ Incipit „

Scorre vittorioſa, o Gallia inonda,
Doni de' Carmi tuoi sì ricca vena,
Che hai ogni piaggia d' aureo umor ripiena,
D' acuti gigli il nobil ſen feconda ec

odem praeterea Tuſco carmine expreſſit *Lud. Ademarius* MS. in Biblioth. *Magliab*. In Ep. ad *Ben. Floretum*. Data Romae Regalibus MDCXXIX. num. XLI. pag. 70. „ *Scito ſuperioribus diebus compoſitam a me fuiſſe odem decem ſtropharum eo genere metri, quo illa admirabilis Sanctiſs. D. N. in S.* Ludovicum, *quae incipit* „ *Obiectu gemini maris* „ *in Victoriam Rupellenſem Chriſtianiſſimi Regis, quam etiam publice in Academia Humoriſtarum, recitavi.*

(7) Humoriſtarum Academia, quae in aedibus *Mancinianis* habebatur A. circiter MDC. virorum doctiſſimorum eruditis exercitationibus celebris. Concio bis quoquo menſe cogebatur: unus Academicorum orationem pro ſuggeſtu habebat, recitabant alii Poemata, elucubrationeſque alias eruditis auribus dignas. Pingebant Academici ſublatam e mari nubem, eamque rorantem, ac pluentem, & aqua, quae ante fuerat amarior, circumſcribebat hoc myſticum *Redit agmine dulci*; ſic ipſi e communi ſorte hominum, tamquam e mari, Academiae beneficio elati, mutaſſe inſcitiae priorem amaritiem in ſapientiae dulcedinem innuebant

Europae Principes, Proceres, Amicoſque eruditos tranſmiſit (1). Ex his facile quivis intelligere poteſt, non inanis gloriae cauſſa, hunc ab eo ſuſceptum laborem, ſed partim, ut exercitatione proficeret, partim etiam, ut ſuam erga Regem Chriſtianiſſimum voluntatem, non ipſis modo carminibus pangendis, edendiſque, ſed iis etiam per omnes ferme Europae provincias miſſitandis ſignificaret, quod in ea Epiſtola, quam ad Galliarum Regem *Ludovicum* dedit, palam profeſſus eſt (2); cui Rex ipſe, dum ad Seguſium caſtra haberet, reſpondere non eſt dedignatus (3) iis profecto literis, quibus nihil fieri poterat humanius, nihil benignius, nihil prolixius.

XXXI. Quum vero *Donius* Belgas vel naturae ſuae inſtinctu, ut ipſe fatetur (4) vel aeſtimatione illarum virtutum, quas eius gentis quodammodo proprias eſſe animadverterat, plurimum faceret, exemplar eiuſdem Poematis miſit *Antonio Sandero* (5), *Balthaſari Moreto* (6), ac Patribus e ſocietate Ieſu doctiſſimis *Heriberto Roſvveido* (7), *Hermanno Hugoni* (8), & *Franciſco Sovvertio* (9), nec non *Ioanni Iacobo Chiffletio* (10), & *Iacobo a Maria* (11), quorum poſtre-

bant. Vid. *G. B. Piazza opere pie di Roma* Tom. II. & *Gaſſendum* in Vita *Peireskii* Lib. VI. Legitur quoque *Diſcorſo di Girolamo Aleandri detto nell' iſteſſa Accademia l'Aggirato ſopra l'impreſa degli Accademici Vmoriſti da lui in tre lezioni pubblicamente recitato*. Roma MDCXI. 4.

(1) Quamplurimas hac occaſione Italiae, Germaniae, Galliae Principum literas *Donio* datas, legi in Archivo *Doniano*.

(2) In Ep. *Lucae Terrii* ad *Donium* num. XLVI. pag. 79. *odae exemplaria inter quos iuſſiſti fuere diviſa. Eam cuncti non minore laude celebravere, quam tu inclyti Regis victoriam proſequutus es, & pro ſingulari munere gratiam habent; ii ſunt*, Laur. Ramires *de Prado*, Lud. Tribaldus, P Cerda, *&* Marinerius. Franc *autem* Bravo *iam antea. quam literae mihi tuae redderentur, a Minervae, ad Martis Caſtra transfierat, & in Belgio diem obierat. Aliud exemplar Hiſpalim ad P.* Io. Pinedam *miſi, qui id magni ſe feciſſe literis ſuis teſtatus eſt. Alia duo ad fanum S.* Laurent*i deſtinavi, unum, quod Antiſtitis proprium eſſet, alterum, quod Bibliothecae illic Regiae proprium eſſet.* „ Ingentem quoque exemplarium numerum in Galliam miſit, non modo Regi, quam Regiis Principibus, viriſque doctiſſimis Amicis ſuis, quos ſupra memoravimus pag. XIII. unde prae reliquis doctiſſimi *Renati Moreni* laudes non vulgares ſibi promeruit Ep. data Lutetiae Pariſ. XIII. Kal Febr. MDCXXXI. quam primum edidit *Leo Allatius* in *Apibus Vrbanis* pag. CL. legiturque inter *Donianas* Epp. num. LV. pag. 93. Idem cum Literatis Ital. se *Donium* praeſtitiſſe, patet ex eiuſdem Epp. editis ab A. MDCXXV. ad A. MDCXXX.

(3) Ita rem fuſe narrat in Ep. ad *Franc. Carduccium* num. L. pag. 84. In Ep. ad *Io. Bourdelotium* num. LVIII. pag. 97. „ *Libenter audirem ex Te ſanta poſt tempore*„ *quale veſtrum cum de Epinicio, tum de conſilio meo iudicium extiterit: etſi minus dubito. ſi non ſcriptionem, at ſaltem ſcribentis animum placuiſſe quum humaniſſimis literis ſuis (quas precioſi Cimelii inſtar adſervo) id mihi Rex benigniſſime ſignificarit.* In Ep. ad *Laur. Pignorium* num. LIII. pag. 90. „ *Auſus ſum eius exemplaria in omnes ferme Europae provincias miſſitare ad viros praecipua dignitate praeſtantes, atque amicos; tum vero ad doctiſſimum quemque, atque eruditione celebrem: praeterea ad pleroſque* Cardinales, *qui extra urbem ſunt, demum ad multas Principes, magnoſque Praeſules*, „ *Ceterum ab eodem Rege ad Seguſium Caſtra habente, tanta humanitate refertas literas accepi, quibus ad eas, quas illi Gallice ſcripſeram benigniſſime reſcripſit, ut ſatis magnum operaepretium ex hoc tam luculento teſtimonio conſequutus videar.*

(4) Ep. num. LVI. pag. 95 ad *Balth. Moretum*.

(5) *Ant. Sanderus* natione Belga, origine Gandavenſis Antuerpiae ex *Laevino Sandero* Medico, & *Maria de Keyſer* natus A. MDLXXXVI. menſe Septembri. Vir ingenio, doctrinaque elegans, par in utroque genere, ſive carmen pangeret, ſive pro concione orator verba faceret; at celeberrimus imprimis rerum Belgicarum Hiſtoricus fuit. Complura, & quidem adhuc iuvenis ſcripſit, evulgavitque. In Abbatia Affligemienſi Ord. S. *Benedicti* prope Aloſtum, ubi ſe receperat ad ſuperos migravit XVII Kal. Febr. MDCLXIV. aet. LXXVIII. Vid. *Io. Franc. Foppens* Biblioth. Belgica Bruxellis MDCCXXXIX. & Ep. *Sanderi* ad *Donium* n. XLVII. pag. 80.

(6) *Balth. Moretus* innumerorum ferme librorum editor lucem adſpexit Antuerpiae A. MDLXXIV. x. Kal. Aug. patre *Io. Moreto*, matre *Maria Plantina*, *Chriſtophori* Cl. Typographi filia ſecundogenita. *Lovanii* adoleſcens gaviſus eſt contubernio incomparabilis viri *Iuſti Lipſii*, qui eum ingenio, iudicio, & eruditione praeſtantem reddidit. Officinam Typographicam ab avo *Plantino* feliciter inſtitutam, a patre *Io. Moreto* propagatam, ſibique A. MDCX. relictam rexit, ac praeclare ſubſtinuit. Obiit caelebs Antuerpiae A. MDCXLI. VIII. Eid. Iulias aet. LXVII. *Foppens* l. c. V. Ep. *Moreti* ad *Donium* num. XLIX pag. 8.

(7) *Herib. Roſweidus* Vltraiectinus natus A. MDLXIX. XI. Kal. Febr. Societati *Ieſu* nomen dedit. Ad ingenii perſpicaciam, & maturitatem, accedebat ſtudium quoddam adſiduum indagandi, & inquirendi in antiquitatem omnis aevi, cum ſacram, tum profanam. ideoque utraſque Belgii Bibliothecas luſtravit, atque excuſſit, ſanctorum vitas, aliaque eruit. Obiit Antuerpiae III. Non. Octobr. MDCXXIX. aet. LX. *Foppens* l. c.

(8) *H. Hugo* Bruxellae in lucem editus MDLXXXVI. Societatem *Ieſu* amplexus, vivido, atque excitato ingenio fuit. Praeter reliqua de prima ſcribendi origine, & univerſae rei literariae antiquitate opus edidit Typis *Plantinianis* A. MDCXVII. In Doctorum virorum amicitiam ſe facile inſinuavit, quum linguis uteretur, praeter Latinam, Vernaculis, Belgica, Italica, Hiſpanica, Germanica, Gallica. A. MDCXXIX. in Caſtris Regiis maligna febri correptus, ac Rhenobergam devectus, vivere ibidem deſiit IV. Idus Sept.

(9) Filius *Franciſci*, & *Geltrudis Van-Os*, Antuerpiae natus eſt A. MDLXVII. vir ingenio ſolerti, ac lepido, ut eius opera teſtantur. uxorem duxerat *Suſannam Van-Erp*, ex eaque ſex liberis ſuſceptis, moritur Antuerpiae A. MDCXXIX. aet. LXII. l. c.

(10) Eques Auratus, *Philippi* IV. Regis Catholici Archiater, natus eſt Veſontione apud Sequanos, patre *Io. Chiffletio* A. MDLXXXVIII. Prid. Kal. Ian. Vniverſae eruditionis comparandae gratia Romam venit, ubi inter cives honorifice cooptatus eſt; tum varias quoque provincias peragravit, variiſque illuſtrium virorum Pinacothecas, & Bibliothecas luſtravit, atque excuſſit. E vivis abiit A. MDCLX. aet. LXXII. plurimis poſt ſe relictis operibus, quorum catalogum vide apud *Io. Franciſcum Foppens* l. c. Vid. Ep. LXXV. pag. 122 ex qua patet cum eo in Hiſpanis *Donium* amicitiam iniiſſe.

(11) Quis iſte ſit *Iac. a Maria* haud exploratum mihi eſt, nam nihil de eo occurrit in Bibliotheca Belgica; niſi fortaſſe

ſtremum, & Romae viderat, & rediens e Gallia comitem habuerat. Verum non multo poſt, A. videlicet MDCXXXI. a Cll. *Moreto* inaudivit, funeribus aliquot doctiſſimorum virorum, quos nunc memoravimus, orbatam, non tam Belgicam provinciam, quam univerſam Literariam Rempublicam. Temperandum tamen maerori conſentaneum duxit, ne eorum vicem iuſto gravius dolere videretur, beatam illos vitam adeptos ſperans, quod in terris pie ſancteque vitam egiſſent, ac in ore hominum, & memoria, ob inſignem doctrinae gloriam, quam ſibi pepererant, futuros [1]. Ex hiſce porro ingentem ſui admirationem excitavit, non modo Romae, ubi illius amicitiam inire eruditorum omnium ſtudium fuit, ſed in diſſitis etiam locis, ad quos tanti viri fama pervenit.

XXXII. Neque hoc loco praetermittenda ſunt multa minime vulgaria, quae ad Rem Poeticam altius promovendam cogitata habuit, quae nunc ſervato ordine, quo in ſua *Idea, ſeu deſignatione operum* utitur, proferemus. Atque in primis ad Dithyrambum animum adpulit, quem multo anguſtioribus finibus, quam vulgo putatur, circumſcribi palam fecit. Item de *Parodia* [2], *de Choris antiquis*, *de Dramatum antiquis, noviſque ſpeciebus*, aliiſque id generis ſedulo quaeſivit. Hiſce accedit Ars Metrica, ſive *de ratione pangendi carminis*, de qua multa perpendit, quae ad intelligendam in omnibus linguis vim carminum, ut vocat, effectricem, maxime facerent. Multa de *Rhythmo* protulit, *Rhytmicaque*, eiuſque vi, atque uſu, deque recentioris Poeſeos, quoad carmen attinet, proprietate. Ad idem argumentum referri debet *Hephaeſtionis Alexandrini* Enchiridion [3], quod tum brevitate ipſa, tum nonnullis lacunis, & mendis, quibus textus ſcatebat, lucem deſiderare videbatur; quapropter id etiam ſe praeſtiturum *Donius* promiſit, ut varietas illa Graecorum poematum, ex multiplici carminum diſpoſitione, fieret manifeſtior. Et quoniam Rhythmica Muſicae pars eſt, quam etiam pro virili illuſtrare contendit, de illa ſane quam multa collegit, in opere quod meditabatur, in quo de Muſica praeſertim antiqua diſſereret [4]. Sequuntur aliquot Diſſertationes breviores, quas ſuperiori aeſtate conſcripſerat, videlicet *de Numiſmatis duobus Etruſcis*, quae *Barberinus* Cardinalis penes ſe habebat, eaque occaſione ſedulo perquiſivit, *de priſcis Italiae Linguis*, deque iis gentibus, quarum propria numiſmata adhuc ſuperſunt; *de Literis, & Lingua Etruſcorum*, in qua contra vulgaram doctorum quorumdam virorum opinionem demonſtravit, nihil eam cum Syriaca adfinitatis habuiſſe [5]. *De antiquis Grae-*

taſſe erraverit editor Epiſtolarum *Donianarum*, ſicut aliis in locis feciſſe deprehendimus, ac legendum ſit pro *Iacobo a Maria*, *Cornelius a Marca*, qui poeta, orator, & Hiſtoricus fuit maximi nominis, quique poſt annum MDCXXVIII. obiiſſe videtur.

(1) In Ep. ad *Balth. Moretum* num. LVI pag. 95.

(2) Parodia de Rhapſodia nata eſt, uti e Tragoedia, Satyra; e Comoedia, Mimus. Quum enim Rhapſodi intermitterent recitationem, luſus gratia prodibant, qui ad animi remiſſionem omnia illa priora inverterent. Hos idcirco *Παρῳδοὺς* nominarunt; quia praeter rem ſeriam propoſitam, alia ridicula ſubinferrent. Perſonae erant amentes foeminae, aut temulentae: item ganeones; qui bona ſua abligurierunt, patres eorumdem nepotum, & gurgitum, aleumiſtarum impoſturae. luſus in malos Poetas ex perſona cauponis, aut piſtoris, iriſio mali medici, ex recitatione podagrici, omne genus bacelorum, & bauciatum &c. introducuntur hi cum Magiſtris, qui praeeunt, aut praelegunt aliquem verſum ſerium; at illi detorquent ridicole ad cuiuſpiam ignominiam. Sic *Matron* Poeta Graecus aliquot millia verſuum *Homericorum* ad culinam, & macellum invertit iuſto poemate. Vid. *Scaligerum* Poet. l. 1. c. 42.

(3) *Hephaeſtion Alexandrinus* Grammaticus, de quo *Suidas*, exſtat una cum Scholiaſte Pariſiis A. MDLIII apud *Hadrian. Turnebum* Typogr Regium. Inter Graecos Grammaticos, quos *Verus* Imperator audivit, memoratur ab *Iulio Capitolino*; legiturque eius etiamnum *de Re Metrica* elegans libellus. *Salmaſ.* Ad *Solin.* *Io Albert Fabricius* Biblioth. Graec. T. VII. Lib. V. cap. VII. §. X.

Lib. I.

(4) Opus intellige, cui titulus ,, *Progymnaſtica Muſicae Pars veterum reſtituta, & ad hodiernam praxim redacta libri duo In primo vetus ſyſtema Muſicum. eiuſque diagramma proponitur, atque illuſtratur: novaeque ſemeiographiae ſpecies offeruntur.*

Lib. II.

In quo Progymnaſticae Graecorum ſyllabae exhibentur, noſtraeque earum exemplo repurgantur, & Muſicarum Praeexercitationum accuratior methodus oſtenditur.

(5) De linguae Etruſcae origine prae reliquis praeclare ſcripſerunt *Thomas Dempſterus*, *Coſmas Rena*, *Senator Philippus Bonarreta*, *Ludovicus Burguetus*, *March Scipio Maffeius*, *Antonius Franc. Gorius*, *Alexius Symmachus Mazochius*, & *Io. Bapt. Paſſerius* viri eruditiſſimi; verum ut omni-

Graecorum Literis, ac obiter *de Romanis*, deque earum forma, numeroque peculiarem quamdam ſententiam protulit, aliaque huiuſmodi minime contemnenda (1). Quum vero aedes excitare Regio propemodum ſumtu *Barberini* Principes vellent, *Donii* ſententiam rogaverunt. Ille vero, utpote qui ſedulam Architectonicae operam navaſſet (2), egregium iudicium de huiuſmodi aedificio tulit (3), quod ſitu, elegantia, picturis, ſignis, hortis, aliiſve rebus exquiſitiſſimia inter praecipua Urbia ornamenta cenſetur. Quin & commentarium incepit de *Crypto Porticu*, in quo veram eius aedificii formam, & uſum ex certia quibuſdam indiciis, & coniecturia demonſtravit.

XXXIII. Non deſtitit per id tempus Cll. *Peireskius* cum *Donio* agere de evulganda veterum inſcriptionum congerie, ſperans interea faſciculum Provincialium, quas ipſemet conquiſiverat, contextum iri, de eius Onomaſtico, de quo inferiua, de Opere Muſico, de Convivialibus, de Monetis Etruſcis, de *Iuſtinianeis* quibuſdam Numiſmatibus, de generibus Armorum antiquis, & id genus compluribus, quae mira diſcentem iucunditate adficiunt (4). Denique noſtrarum antiquitatum partem illuſtrandi cupidus, Geographiam Etruriae contexere in votis habuit, in qua manifeſto probare ſe poſſe confidit, quidquid ſit de *Tyrrheni* ex Lydia ad Italiam profectione, Etruſcoa gentem antiquiſſimam fuiſſe, & indigenam, propriamque linguam, literaa, veſtitum, leges, atque inſtituta habuiſſe; deſcriptia etiam nec nimis ſtrictim, nec rurſus nimis fuſe locorum poſitionibus, oppidiſque, & vicia etiam celebrioribus, tum montibus, ac fluminibus, quaeque in ſingulis urbibus digna notatu occurrunt; quique homines clari ex iis prodierint, ad exemplar *Strabonis*, *Leandrique Alberti* (5). Veterum quoque inſtrumentorum praeſidio adiutus, multorum locorum notitiam intermortuam excitare, plurimorum etiam corruptas appellationes, ſuae integritati reſtituere ſe poſſe eſt arbitratua (6).

XXXIV. Studuit etiam ob caritatem in patriam, optimorumque civium memoriam, e ſepulcris ſuis, ac profundiſſimis tenebris excitare, & ad vitam quodammodo revocare Florentinorum ſcriptorum cineres, ut expreſſam nobia virtutis, & doctrinae, qua inter ſuos olim inclaruerunt, imaginem repraeſentarent. Collegit enim iampridem omnium eorum fere nomina, qui interciderunt, de quibus apud poſteriores mentio incidit, eoſque ſecundum claſſes, & genera diſtribuit, iuncta novia ſcriptorum, a quibua quiſque laudatur, teſtimoniis, aetate, qua floruerunt, ceteriſque eiuſmodi;

omnibus palmam praeripuit Cll. auctor libelli inſcripti *Lettere Gualfondiane ſopra qualche parte dell' Antichità Etruſca. Firenze MDCCXLIV* in quo validiſſimis argumentis, ope Latinae linguae, quod etiam antea *Donio* noſtro ferme in mentem venerat, Etruſca monumenta explanari poſſe probavit.

(1) Videndus aureus libellus *Hermanni Hugonis* „ *De priſca ſcribendi origine, & univerſa rei literariae antiquitate. Antuerpiae ex efficina Plantiniana MDCXVII.* 8. Multa ibi habentur de characteribus variis variorum generum: de ac notaria veterum Graecorum, & Romanorum, ac ſimilia. Exſtat quoque liber *Guil. Poſtelli de Phoenicum literis; ſeu de priſco Latinae, & Graecae Linguae charactere, eiuſque antiquitate, origine, & uſu.* Pariſ. MDLII. 8. *Ger. Io. Voſſii* de arte Grammatica Lib. I. c. IX. & X. Nec praetereundus *Carolus Caeſar Baudelotius* de *Dairval* libro Gallico *de l'utilité de Voyages, & de l'avantage, que la recerche des antiquitez procure aux ſovans, Pariſ. MDCLXXXVI* 12. in cuius Parte ſecunda poſtquam de variis linguis, Chaldaea, Phoenicia, Punica, earumque characteribus prolixe actum eſt, Graecas etiam, & Latinas autor per aetates certas diſtinguit, deque uncialibus, capitalibus, quadratis, & minuſculis literarum elementis erudite diſquirit. Referri quoque huc poteſt P. *Claudii Molinetti* Hiſtoria *de Fatis Literarum Romanarum*, inſerta Ephemeridibus Eruditorum Gallicis A. MDCLXXXIV in qua non Autor ad Latinas literas tranſit, niſi omnium origine ab ultima inde antiquitate repetita, hinc mutationes varias, & fortunam Elementorum Rom. eleganti Commentario exponit.

(2) Ita in deſignatione ſuorum operum „ *In Architectonicis diſciplinis quas (ſive patriae, ſive propria mei ipſius genio conciliante) ſemper adamavi, praeter multarum rerum ſignificationem, hoc perſcrutandi ſtudio, ex abdito quodammodo erutam, aliaque nonnulla, quae Illuſtriſſimo Domino meo indicavi, commentari ſolum de Crypto Porticu incepi, in quo veram eius aedificii formam, & uſum ex certis quibuſdam indiciis, & coniecturis ad vivum me adſecutum eſſe opinor.*

(3) *Diſcorſo ſopra la Fabbrica del Palazzo de' Sig. Barberini* MS. apud heredes

(4) *Gaſſendus* l. c. lib. IV

(5) Quid ſimile Cll. *Targionius* in publicum edere promiſit libello inſcripto „ *Prodromo della Corografia, e della Topografia Fiſica della Toſcana. In Firenze nella Stamperia Imperiale MDCCLIV.* 8.

(6) In idea operum pag. 194

modi; quibus *Michaelis Pocciantii* (1) Florentinorum ſcriptorum catalogum, additis plurimis quos ille omiſerat, concinniore ſtylo, reciſis ambitioſis omnibus elogiis, mirifice locupletavit (2).

COM-

(1) Catalogus Scriptorum Florentinorum, cum additionibus *Lucae Ferrinii*. Florentiae per *Iunctas* MDLXXXIX 4.

(2) In citata Idea. Schedas haſce vidi inter MSS. *Ioniana*, quibus praemittitur Prooemium, quod ita incipit „ Florentinorum ſcriptorum nomina; & operum memoriam collecturus primum paucis lectorem adloqui neceſſe habeo, quem ſi doctum, prudentem, patriaeque amatorem, ut arbitror, nactus fuero, inſtituti, ac laboris ſuſcepti non oſorem reperturum confido. Hoc non a me primum tentatum ſcias, amice lector, nam catalogum virorum Florentinorum, qui literarum monumentis floruere P. *Michael PoccianteS* ſervita inchoavit, *Lucas* vero *Ferrinius* eiuſdem inſtituti alumnus in lucem edidit, prout illi licuit, non improbandum; nam nomina multorum congeſſere, qui Minerva Phoeboque favente, ingenii lumen poſteritati teſtatum fecerunt.

COMMENTARIORVM
DE VITA ET SCRIPTIS
IO. BAPT. DONI

LIBER TERTIVS.

I. NOndum deſierat annus MDCXXIX., & his rebus bene geſtis maximam *Io. Bapt. Donius* apud eruditos nominis ſui famam conſequutus erat, quum ſedulo cogitare cepit, qua potiſſimum ratione uberrimos eruditionis theſauros, quos ſibi comparaverat, in publicam utilitatem luce donaret. Quod cur antea exequi nequiverit, non eſt longius cauſſa repetenda. Ea fuit ipſius anteactae vitae ratio, atque inſtitutum, ut nihil fere a ſtudio literarum alienius, nihil ad opera philologica elucubranda minus idoneum effingi poſſit (1). Namque magna ex parte peregrinationibus variis, quibus, necdum pubertatem ingreſſus, diſtractus fuerat, tum in aulae quotidianis officiis occupatiſſimus (2), ne tempus quidem illud, quod domi, atque in Patriae ſinu tranſegit, vacuum a curis, ac moleſtiis obtinuit; & quantumvis acerrimo impetu, pronaque voluntate ferri ſe ad bonarum artium cultum ſentiret, ſuam tamen ſortem conquerebatur, quod ea praeclaris conatibus ſuis non indulgeret.

II. Acceſſit praeterea, quod, quum iis mirum in modum lucubrationibus delectaretur, quas plerique hominum, veluti infructuoſas contemnunt (3), homo ab omni oſtentatione, atque iactantia, non modo τῇ φύσει, ſed etiam προσποιήσει alienus, illos ſibi ſemper duxit imitandos, qui eſſe malunt, quam videri: ex quo nil mirum, ſi nondum tot vigiliis, ac ſudoribus, adſiduiſque prope commentationibus efficere potuerit, ut inter literatiores recenſeretur. Illud quoque eſt animadvertendum, quod, quum praeſidiis illis eſſet deſtitutus, eruditis hominibus ad ea, quae diu moliti ſunt, perficienda, maxime neceſſariis, ſcriptis ideo ſuis ſupremam manum non adpoſuerit (4).

III. Porro felicitati aurei illius ſaeculi adſcribebatur, plerique facultatibus inter tot ſcriptorum nubem, nonnullos quaſi palmarios, & principes obtigiſſe, qui eas ita diligenter, ſubtiliterque tractarunt, ut vix quidquam ad eorum curam adiici poſſe videretur. Aliquas tamen *Donius* ὑποθέσεις nactus, eas, tamquam agros vacuos, excolendas, & a ſitu, ſpiniſque vindicandas ſuſcepit. Complura igitur humanae ſocietati utilia aeque, ac iucunda argumenta inveſtigavit, eaque praeſertim, quae leviter antea, aut parum accurate pertractata, aut genio ſuo valde accommodata ſibi videbantur. Vtque

ad

(1) Haec omnia fuſe teſtatur *Donius* in Prolegomenis MSS ad Pandectas.

(2) Ita in Epiſt. ad Franc. *Rondinellium* num. XLIII pag. 75. „ *Quaeris fortaſſe quid agam, aut quibus in ſtudiis me oblectem. Iam primum illud te tenere puto, hominem aulicae vitae, ut ego ſum, mancipatum, non ita otio abundare, ut gravioribus ſtudiis incumbere poſſit; leviora igitur, quod reliquum erat, conſectanda fuerunt &c.*

(3) In cit. Praef. ad Pandectas.

(4) Vid. Ep. *Donii* ad *Io* IV. Portugalliae Regem num. XCV. pag. 150.

ad eiuſmodi ſtudia animum vehementius adiiceret *Vrbani* VIII. ac *Franciſci* Card. *Barberini* munificentia ei ſtimulos quotidie admovebat; quorum poſtremus *Donium* a Latinis Epiſtolis renunciaverat menſe Aprili [1] quum *Hieronymus Aleander*, ingraveſcente aetate, minus iam aptus ad id muneris haberetur. Diverſorum operum ideam ſcripto nuper comprehenderat [2], ut eam cum amicis doctrina, fideque praeſtantibus conferret, quorum conſtanter habuit io eligendis, diſponendiſque lucubrationibus ſuis, ſententiam, atque auctoritatem explorare [3].

IV. Edito hoc commentario, aliquid ex promiſſis praeſtitit: & primo, dum aulae quotidianis negociis minus implicabatur, libris XXII. Pandectarum [4], multis ab annis alacri animo inchoatis, ſed variis poſtmodum occupationibus intermiſſis, ſedulo elucubrandis vacavit [5], materiam nactus, non tam aucupandae famae accommodatam, quam, ut grati animi monumentum aliquod, pro tot tantiſque acceptis beneficiis *Barberinae* genti exhiberet [6]. Conſilium autoris hoc in opere elucubrando fuit, exactam praecipuarum linguarum notitiam habere, quoad eam partem attinet, quae vocabula, formulaſque ad propriam aliquam rem pertinentes comprehendit, cuius rei ſpecimen quoddam ad Cl. *Gaſparem Scioppium* miſerat [7]. Res profecto ardua, vetuſtis novitatem dare, novis auctoritatem, obſoletis nitorem, obſcuris lucem, faſtidiis gratiam, dubiis fidem. Verum, quum per id temporis libros aliquot confeciſſet, ex iis duos, ſuadentibus amicis [8], certiſque de cauſſis, alis

(1) *Donius* in Epiſtola ad *Franc. Carducciam* num. L. pag. 82. „ *Video quam neceſſitatem mihi imponat officium nuper ab Illuſtriſſ. Domino meo demandatum, ſcribendarum ſcilicet Epiſtolarum Latinarum*.

(2) Haec *Donianorum* operum Idea, ſeu deſignatio, peropportune heic proferenda eſſet, niſi eam Cl. *Gorius* edidiſſet Tom I Muſurgiae pag. 183.

(3) Ideam hanc *Floretto* amico ſuo, ut ad eius ingenii trutinam revocaretur, antea *Donius* miſerat Ep. dat. Romae Regalibus MDCXXIX. num. XL. pag. 65. in qua haec leguntur „ Conſtitui etiam ſimul edere Ideam quamdam, ſive ſynopſim aliquot Operum, quae partim abſoluta, partim affecta, partim in animo concepta habeam, ut appareat ſaltem, ſin minus ob fatales meas in ſtudiis adverſitates perficere potero; tamen praeclara moliendi conatum, atque voluntatem mihi non deeſſe „ Idem ſcripſit in Ep ad *Scioppium* num. XXV. pag. 36. idem ad alios Ita vero *Florellus Donio* reſcripſit Ep. dat. XVI. Kal Octobris MDCXXIX. „ *La impreſo dell' Opere ſue mi ha ripieno d' ammirazione per la vario dottrina, e di letizia per l' onore dell' autore: vero è, che l' impiego del ſuo ſtudio non par degno di affaticarſi in alcuni opuſcoli triviali, quivi ſegnati. Rimetto al ſuo critico giudizio la qualità, e quantità di eſſi, però gli trapaſſo in ſilenzio &c.*

(4) Eiuſmodi magni molimiuis opus in libros XXII. diviſum, ob rerum quas continet omnigenam ſupellectilem ſpecioſo fortaſſe titulo, ſed ad rem pertractatam accommodato maluit Pandectas inſcribi. Illud vero magna ex parte confectum apud heredes adſervatur, *Franc. Bernardinus Ferrarius* hoc de eodem opere iudicium tulit Ep. num. LXXXIX. p. 143. ad *Donium* Dat. Kal Aug. MDCXL. Mediolani, „ *L' onomaſtico è una delle più belle, ed erudita compoſizioni, che io mi abbia veduto mai, e ſon ſicuriſſimo, che farà riuſcito con applauſo univerſale da tutti gli intendenti, ed ognì più erudito averà occaſione d' imparare belliſſime coſe non più inſegnate, ne accennate da altri, parlo certo con ogni maggiore ſchiettezza*.

(5) Ita in dedicatione operis ad Card. *Franciſcum Barberinum*.

(6) Epiſtolam Dedicatoriam ita claudit „ Accipe igitur praecoces iſtas ſtudiorum noſtrorum primitias, eaſque, ut ſoles, blanda, benignaque fronte admitte ad culturam, & venerationem tui, quas etſi vixdum bene maturas ſciebam, in hoc potiſſimum tamen decerpere feſtinavi, ut vel hoc genere obſequii, tibi, atque omnibus exploratum foret, qua alacritate ferviam nomini, gloriaeque tuae Ceterum voti mei ſumma haec eſt, ut, quoad vivam, ſanctiſſimae ſedi Apoſtolicae, atque Illuſtriſſimae Dominationi tuae, cui me, omniaque mea perpetuo dicavi, ac devovi, quacunque ratione potero, inſerviam &c. „ & infra „ Quo circa te, in quo poſt Deum omnia mea fiducia repoſita eſt, humillimis precibus obſecro, atque obteſtor, ut aliquem idoneum tandem laboribus noſtris campum aperias, in quo fidei, diligentiaeque meae, cuius vel in hac ſcriptione ſpecimen exhibere volui, ut maxime cupio, certiora documenta edere, atque hanc voluntatem reipſa comprobare poſſim. „

(7) *Donius* Ep. ad *Scioppium* num XXV. pag. 45. „ Erit iſte liber, (ſcilicet *Scioppii* Theſaurus Latinae linguae) certo ſcio, tamquam aliquis ſignifer, & ductor, qui ad inſcitiam, & barbariem expugnandam, ſtudioſis omnibus viam praeeat, ita ut quod hactenus longioribus anfractibus, nec tam certis itineribus pauci, nec ii ἀπλανῶς aſſequebantur, id in poſterum longe tutius, ac breviori compendio, cuivis mediocris ingenii conſequi liceat. Huic, ut ita dicam, veterano duci, librum meum novitium, ac potius tyrunculum ſuccenturiare decrevi: Onomaſticum videlicet, cuius ſpecimen ad te mitto; quamquam ne tibi fucum facere videar, tam laborioſum opus non modo abſolutum non eſt, ſed vix quibuſdam ſui partibus inceptum; & quid mirum, quum aliquot annis integris, ne uno quidem verbulo auctionem effecerim: ſcito tamen ea, quae ad rem eſcariam pertinent, pene iam ad umbilicum deducta, ac praeterea libros Oeconomicum, πολεμικὸν, Γεωργικὸν, Ἀρχιτεκτονικὸν, ac Στρατηγικὸν magna ex parte elaboratos. Vereor, ne nimium tibi temerarius videar, qui rem aggreſſus ſim, cui vix hominis ſuffectura aetas videri poſſit, nedum, ut ab eo perfici poſſit, qui non minus, quam ut quivis e minimis, aſſiduis paene aulae ſtationibus, atque, ut vocant, procoetonibus deſervit. „

(8) In Ep. ad *Paganinum Gaudentium*. Dat. Kal. Ian. MDCXXXI. num. LIV pag 61. „ *Quod me vero, amice hortaris, ut antiquarum Inſcriptionum collectanea, & Pandectarum opus a me inceptum publico uſui tradam, aut quam primum abſolvam, tu quidem currenti, quod dicitur addis calcar.* „

aliis praevertendos duxit, quos *Franciſco* Cardinali *Barberino*, Patrono ſuo dedicavit [1].

V. Quid vero haec perferrent, ipſius *Donii* verbis exponam [2]. „ Spero interim, inquit, duos hoſce libellos, non plane tibi ingratos fore, quorum alter, priori quidem parte, Rei Equeſtris vocabula, poſteriori, Navalium rerum appellationes complectitur; haud paullo tamen uberius, quam apud ceteros autores, qui has ὑποθέσεις quoquo modo attigerunt, a quibus ea, quae videbantur ex uſu eſſe, mutuavimus, multa iis poſtmodum de noſtro adiecimus, in re praeſertim Equeſtri, quae, ſicut apparet, negligentius a Romanis culta, in tanta praeſertim librorum veterum paucitate, ſine recentiorum additamentis, commode explicari non poterat. Scripſerat quidem *Iulius Caeſar Scaliger* duos de Equitatione libellos; ſed ii, quod dolendum, cum aliis quibuſdam doctiſſimis operibus interciderunt. Quidam etiam inter Germanos diſciplinam hanc Latinis literis excoluerunt, [3] quos tamen nanciſci non potui. Tanto proclivior igitur heic mihi fuit ad lapſum via, in qua tam pauci, quos ſequerer, praeceſſerunt, eoque magis, niſi ſumma tua, Domine, mihi perſpecta eſſet benignitas, atque ἐπιείκεια, exactiſſimam iudicii tui libram reformidarem: non me fugit quippe, quantum heic quoque volueris excellere. Tantum tibi ſuperfuit curae, ut omnis elegantiae, liberaliſque educationis numeros impleres, corporiſque robur, atque agilitatem compârares, ne hanc partem quidem, ut in bello utilem, ſic in pace decoram, intactam relinquere &c. „ & infra „ Quid in alia libri parte, quae Navales ὀνομασίας recepit? minuſne verebor acerrimum iſtius tam ſolertis ingenii examen? Ignarus eſſem ſcilicet, qua diligentia, & curioſitate, omnia etiam, minima, quae ad rem maritimam, nauticamque ſcientiam pertinent, in Gallica illa, Hiſpanicaque navigatione perquirere ſolitus fueris. „

VI. De altero vero huius operis libro, quid dicam? iucundumne lectu futurum tibi, in quo non grande, excelſumque argumentum, ſed humillima pars humanae vitae, hoc eſt potionum, ciborumque nomina, ceteraque vitae ſubſtentacula enarrantur. Quis enim te magis ſobrius, aut in victu frugalior, quis a menſarum, ferculorumque deliciis, in rerum omnium affluentia abſtinentior, ac temperantior. Novimus nos videlicet, qui tibi quotidie adſiſtimus, domeſticarumque tuarum virtutum ſpectatores ſumus, quam modico cibo, potuque, quam non faſtidioſo guſtu, quam non exquiſito cultu utaris. „ Indignus ſit te Patrono, atque adſertore convivialis, atque eſcarius liber; prodeat tamen ſub tutela tanti nominis. „ Etſi nondum mihi compertum eſt, an expediat ſcire, qua in parte antiquorum γαστριμαργίαν atque luxuriam, recentiorum περιεργία longe exceſſiſſe putatur, non tanto intervallo interceſſiſſe: ut ut ſit, omnes, quas invenire potui veteris aevi lautitias, ex innumeris ſcriptoribus excerptas, bona fide repraeſentavi: quibus ſi quid poſtea ingenioſae gulae addidit ſolertia, ut plurima ſane ſunt addita, ea conquirere non iam ad Philologi curam, ſed ad τοῦ φιλόψου, & φιλοδειπνάτου diligentiam ſpectat.

VII. En igitur tibi, Domine, operoſiſſimi Operis particulam, quod ſane, ut verum fatear, animatus melius, quam paratus ſuſcepi. Etſi enim ab initio magni moliminis res ipſa fuit, eo tamen uſque paullatim ſub manibus crevit, ut opinionem meam ſuperaverit: nam licet eius prima quodammodo

(1) „ Qui poteram, quum ego iuris tui ſim, non & tua eſſe, quae mea ſunt, quaeque a me prodeunt, confiteri? „ In Dedicat. Operis.

(2) In Epiſt. Dedic. cit. Operis.

(3) Auctores, qui de eodem ferme argumento ſcripſerunt vide apud, *Io. Alb. Fabricium in Bibliographia Antiquaria Hamburgi* MDCCXVI.

do lineamenta, intra breviſſimi Onomaſtici modum ducta a me fuerint, quod privati uſus mei gratia, memoriaeque ſublevandae cauſſa, potiſſimum paraveram; brevi tamen animadverſa eius utilitate, quae in publicum uſque porrigi videbatur, in hanc ſpeciem, prolatatis finibus, mutatoque nomine evaſit. Non deeſt nobis, ut vides, animus magna, atque utilia tentandi, atque utinam vires illi ex aequo reſponderent: novi enim quam ſint hae debiles, atque undique acciſae; occiſas plane dicerem, niſi eas propitia tui favoris aura reficiendas, recreandaſque ſperarem; quod alioquin ἔμφυτον nobis eſt, atque ſi nihil aliud hoc certe ex bona indole retinemus τὴν εὐελπιστίαν. Te vero hac maxime te Deo ſimilem eſſe cognovimus, quod in tutela, patrocinioque tuo ſperantes minime deſtituis. Hoc autem cum nobis omnino neceſſarium eſt ad ea, quae cogitamus, perficienda, tum vero non minus expetitum adverſus huius operis, ſiqui erunt, cavillatores, eorumque furorem, ac malevolentiam retundendam. Video etiam futuros, qui vel propter humilitatem argumenti, vel quia hoc totum, quicquid eſt, crevit in tuo, non oportuiſſe Illuſtriſſimi Nominis titulis decorari contendant; quae enim tua ſunt, fruſtra tibi dicari: quod quidem verum foret, ſi donantis ritu, non offerentis iſta proferrem. „ (1).

VIII. Hiſce relatis ad univerſi operis Ideam exhibendam accedamus.

Idea huius operis.

Nomenclatorem *Had. Iunii* (2) quodammodo hoc ſyntagma referet; ſed erit eo longe amplius, & copioſius, nam & multo plura capita complectetur; multoque plures ſub unoquoque capite lexeis, eaſque fuſius explicatas, ut ex ſubiectis liquebit: eadem tamen fere ratione per libros, & capita decurret (non κατὰ στοιχεῖον ut in lexicis fieri ſolet) qui ordo, & diſtributio venuſtior, commodiorque viſus eſt. Conſilium, & ſcopus autoris boc in opere elaborando eſt, primum exactam praecipuarum linguarum notitiam tradere, quantum ad eam partem attinet, quae vocabula, formulaſque ad propriam aliquam rem pertinentes comprehendit (verba enim, communeſque dictiones ad inſtitutum opus non faciunt, eaſque lexicorum conſarcinatoribus, quibuſque ſuppetit maius otium relinquit). Deinde memoriae tum ſuae, tum aliorum conſulere; quae praecipue iuvari poſſe videtur, ſi multiplices rerum notiones hoc quaſi promtuario concludantur, ut quum opus fuerit, eas ad uſum depromere poſſimus; quaeque alibi divulſa, & ſeparata extant, ea ſuis locis quam appoſitiſſime fieri poterit, ordinata, & digeſta ad manum habeamus. Ex quibus perſpicuum fit, qui cum hoc opere accuratum aliquem Latinae linguae theſaurum coniunxerit, qualis eſt *Gaſparis Scioppii* nondum publicatus, ex quo communia vocabula, & phraſeis decerpat, nihil amplius eum deſideraturum, unde exquiſitum huius quidem linguae penum ſibi comparare poſſit.

IX. Latinae igitur linguae potiſſimum heic ratio habebitur; quae baſis erit, & quaſi fundamentum totius operis, aliarum enim appellationes illius vocabulis, quae idem ſignificabunt aptabuntur: Graeca deinde ſequetur; cuius etiam multae lexeis, quibus Latinae nullae reſpondent, ut una opera utriuſ-

(1) Auctor ſcriptores, qui unaquaque de re tractarunt, apprime calluit. Hinc eſt, quod nautica vocabula, & muſica, & gladiatoria, & equeſtria, & orcheſtrica adamuſſim percipere potuit, quippe qui nonnullam adoleſcentiae partem in iis contrivit. Onomaſtici huiuſce libri, ſunt XXII. Μαγειρικὸς ſeu Eſcarius paene totus abſolutus eſt. Στρατηγικὸς ſeu Militaris, οἰκονομικὸς ſeu Oeconomicus, Γεωργικὸς ſeu ruſticus Ἀρχιτεκτονικὸς, Γυμναστικὸς magna ex parte contexti ſunt.

(2) *Hadrianus Iunius*, Hornanus Medicus, linguarum ſeptem, & antiquitatum cognitione clariſſimus, obiit Medioburgi in Mattiacis A. C. MDLXXV. maerore ex iactura Bibliothecae ſuae, quam in direptione Harlemi amiſerat, concepto. *Io. Sambucus* gloria viri permotus, quum in Bataviam veniſſet, illum viſurus; percepiſſet autem eum tugiis quibuſdam cum pocula miſcere, indignitate rei motus, illo neglecto, abiiſſe dicitur. Quod quum innotuiſſet *Iunio*, ſolo deſiderio vocabula illorum diſcendi, quo *Nomenclatori* ſuo infereret, id a ſe factum, *Sambuco* excuſavit. Vid *A. Teiſſerum* in Elogiis Part. II.

utriuſque linguae ſtudioſis conſulatur, adnotabuntur. Addemus praeterea nomenclaturas vernaculae, ſive Italicae linguae, itemque Graecobarbarae, ſeu Graecae recentioris, Gallicaeque & Hiſpanicae.

X. Vocabula non ea tantum adſumentur, quae a claſſicis ſcriptoribus, & melioribus temporibus uſurpata ſunt, ſed etiam quae a ſequioris ſaeculi autoribus conſignata habentur, nec a libris ſolum notioribus, & vulgatis; ſed ab aliis etiam nondum editis, & obſcurioribus, ut gloſſariis quibuſdam: itemque ab antiquis inſcriptionibus, veteribuſque chartis ſeu inſtrumentis, quorum duorum generum magnam ſupellectilem ad hanc uſque diem coegimus, quae non modicam vocabulorum, formularum, aliarumque rerum hactenus incognitarum ſilvam ſuppeditabunt; quae brevi, Deo dante, lucem aſpicient. Huius generis ſunt gloſſaria quaedam Latina Bibliothecae Vaticanae inedita, ex quibus multa excerpſi, itemque Cl. vir *Gaſpar Scioppius* nobiſcum communicavit, & lexica quaedam medica Graeca, ex Bibliotheca Regis Galliae a me deſcripta, quae ab eruditiſſimo *Rigaltio* exhibita nobis perhumaniter fuerunt.

XI. Eas tamen nomenclaturas, quae barbarae prorſus erunt, praecipue ſi meliores eodem ſignificatu extabunt, omittemus: niſi quod multas etiam huius claſſis recipiemus, non tam, ut iis utamur, quam ut apud autores inter legendum intelligantur, quales ſunt Magiſtratuum & officiorum nonnullae ὀνομασίαι, quae diverſo characteris genere ſcribi poterunt, & ſeorſim ab aliis collocari. Appellationes diverſae eiuſdem rei diverſis temporibus, & a variis autoribus, probatis tamen, uſurpatae, omnes plerumque in cenſum venient; itemque quae pro variis dialectis, vel plane diverſae ſunt, vel diſſimiles.

XII. In recentioribus linguis hanc rationem ſervabimus; ut non tantum elegantiorum idiomatum, ut in Italicis Etruſci, in Hiſpanicis Caſtellani, &c. vocabula adſumantur; ſed alia etiam nonnulla, praeſertim minus cognita, quaeque latinitatis veſtigia incorruptiora retinent; aut expreſſiora, & ἐνεργητικώτερα, quam vulgata, & magis nota: itemque quae in uſu eſſe deſierunt, ut *Dantis*, *Boccatii*, & ſimilium; potiſſimum, ubi eorum veram ſignificationem Grammatici noſtri aſſequuti non ſunt: puta veſtimentorum, machinarum, organorumque muſicorum nonnulla.

XIII. In hiſce peregrinis vocabulis ea maxime conquiremus, quae nondum in libros relata ſunt, praecipue in hodiernis Graecorum dialectis; quae cum gente ipſa in dies fere deficiunt, atque dilabuntur, quod, quum Valachorum etiam nationi, atque linguae credibile ſit evenire, idem in eius linguae vocabulis (quae Latinae quoque dialectus eſt) ſi quid nobis ſuppeditabitur, enitemur. In nonnullis rebus aliarum etiam linguarum appellationes, adſcribemus, praeſertim ubi certa quaedam ratio ſubeſt, ut E. G. in tit. de ponderibus, & menſuris, admittemus Hebraica, Syriaca, Arabica, Aegyptiaca, Perſica; quod itidem faciemus, ubi vocabulum peregrinum occurret, ex quo Italicum aliquod, Gallicum, aut Hiſpanicum, non futili, nec paſſim obvio etymo deducatur. Et quoniam non otioſae contemplationi, vanaeque curioſitati hunc noſtrum laborem deſervire cupimus; ſed uſui, atque utilitati publicae, propterea antiquis ponderum, & menſurarum, atque adeo nummorum nominibus, recentiorum quoque ἰσοδυναμίας, quantum nobis licet adponemus, ſed quum omnia perſequi infinitum ſit; ex Italicis, Romanas dumtaxat, & Florentinas menſuras, atque pondera, ex Gallicis Pariſienſes, ex Hiſpanicis Caſtellanas, quas cum Antiquis conferamus, deligemus.

XIV. In iis, quae ob autorum βραχυλογίαν, nimiamque vetuſtatem, tenebris involuta ſunt, ut eorum veram notionem optima via indagemus; autorum χρήσεις, reciſis ſuperfluis, colligemus, ex quibus indicia, & coniecturae quantum res feret, fieri poſſint: dabimus etiam operam, ut varias eiuſdem rei interpretationes, aequivoca, & ſynonyma, quae praecipue negotium faceſſere ſolent, quam planiſſime recenſeantur: coniecturas autem, ut eo firmiores ſint, multarum rerum αὐτοψίᾳ paſſim confirmabimus; quem ad finem figuras etiam ubi opus erit, Deo favente, adpingi curabimus; puta vaſorum, veſtium, armorum, & ſimilium.

XV. Ne quis vero putet, omnia nos ſine delectu in acervum congerere velle, hic modus adhibebitur, ut quarum rerum autores extant, qui de illis ſingillatim, & ex profeſso, quod dicitur, egerint, eas dumtaxar breviter perſtringamus, praeſertim ſi quae minus habent difficultatis, & caliginis, ut puta Magiſtratuum, tum Graecorum, tum Romanorum nomina. Quocirca in titulo de vocabulis philoſophicis, ſcholaſticorum ſemibarbaris vocibus praetermiſſis, abſtruſiora tantum, & elegantiora ſublegemus. In titulo verborum, quae ad ius civile pertinent, ſolum rariora, & antiquiora, praecipue ex *Feſto*. In dialecticis, philologicis, poeticiſque vocabulis, omiſſis figuris, ceteriſque tritioribus rebus, praecipua, & lectiora conſectabimur, itemque in mathematicis, aliarumque ſcientiarum ſupellectile.

XVI. In rebus naturalibus, quandoquidem ſcriptores habemus, qui de animalibus, & plantis, & ceteris accurate omnino pertractarunt, omniaque fere, quae comperta ſunt percenſent; antiquitus cognita tantummodo deligenda erunt, additis tamen e recentioribus praecipuis, & nobilioribus. In fructuum generibus, ut omnia ſimul ſub aſpectum veniant, cunctas appellationes veteres ex autoribus utriuſque linguae depromam; quod nemo, niſi particulatim, & levi manu praeſtitit; ex hodiernis dialectis eas deligens, quae illis probabile eſt reſpondere, quaeve aliquo modo antiquitatem redolent. In plantarum, atque animalium nominibus, omnes nomenclaturas conquirere, ut laborioſum, & taedii plenum; ita ſuperfluum eſt; ideoque uſitatioribus tantum adquieſcemus; reiectis innumeris apud varios autores appellationibus, qualia ſunt *Dioſcoridis* nota, quorum vicem ſupplebunt nomina quaedam barbarica apud varios populos olim uſurpata, & a ſupraſcriptis diverſa, deſumta ex lexico Graeco MS. Biblioth. Pariſienſis, antiquiſſimae notae; itemque appellationes nonnullae recentiorum idiomatum minus cognitae. Definitiones iis tantum fere nomenclaturis apponentur, quarum notio, vel obſcurior eſt, vel aequivoca. Non tantum vocabula antiqua Latina, & Graeca; ſed a recentioribus etiam, ubi deficiunt vetera, invecta (quod in novitiis inventis nuncupandis eſt neceſse) modo ſint apte excogitata, & idonea, recipientur; quin etiam plurima a memetipſo, non invitis muſis, ut opinor, reperta, potiſſimum in re nautica, militari, eſcaria, & veſtiaria, conſuetudine iam receptis adiiciam.

XVII. Omnia apud probatiſſimos quoſque, & accuratiores ſcriptores, qui de unaquaque re pertractarunt, diligenter penſitabuntur, quorum etiam unicuique capiti elenchi praeponentur, eorum dumtaxar, qui de rebus ad caput illud ſpectantibus ſeparatim, & ex profeſso, quod dicitur, aliquid commentati ſunt. Omnia enim autorum teſtimoniis confirmabuntur, ex quibus praecipui fere tantum laudabuntur, aut qui ſingulorum vocabulorum vim ſignificantius docent: eorum autem loca parciſſime apponentur, nec niſi, aut quum vim vocabuli expreſſius ſignant, aut eruditionem aliquam continent

non

non vulgatem, loca autem inſigniora, ſi prolixioribus verbis conſtent, brevitatis gratia, non transferentur in hunc librum, ſed tantum indicabuntur: praecipueque curabitur, ne quid in eo ſuperfluum, aut otioſum ſit.

XVIII. Hoc in opere innumera fere erunt minus vulgo intellecta, multa ex antiquitatis tenebris eruta, compluta, non modo ad rerum ἑρμηνείαν, ſed ad ipſaſmet res, & facultates addiſcendas perutilia, ut cuivis legenti ea, quae hactenus digeſſimus, manifeſtum erit: modo Deus ceptis adſpiret, vitamque, & vires, tum animi, tum corporis cum honeſto aliquo otio ſuppeditet, quibus, etſi permodicis utor; quantulacumque tamen ea ſunt, libenter, & alacriter ad eiuſdem Dei. Opt. Max. gloriam, communemque hominum utilitatem impendam.

ORDO LIBRORVM, ET TITVLORVM TOTIVS OPERIS.

Lib. I. qui inſcribitur
Ἐγκύκλιος παιδευτικός

Tit. I. I. *Dialectica vocabula.*
Geometrica vocabula.
Arithmetica vocabula.
Philologica vocabula.
Poetica vocabula.
Ethica vocabula.
Signa Caeleſtia.
Aſtronomica vocabula.
Temporum vocabula.

Lib. II. Phyſicus.

Phyſica vocabula.
Impreſſiones aeriae.
Fulminum ſpecies.
Terraemotuum ſpecies,
Ventorum nomina.
Colorum appellationes.
Terrarum genera.
Metallorum genera.
Metallica.
Lapides.
Marmora.
Gemmae.

Lib. III. Ἀριστοτέλειος. S. de Animalibus.

Animalium differentiae.
Animalium quadrupedum ſpecies.
Avium differentiae.
Avium ſpecies.
Piſcium differentiae.
Piſcium ſpecies.
Oſtraceorum ſpecies.
Serpentes.
Vermes, & inſecta.
Quae ex animalibus,

Lib. IV. Θεοφράστειος. S. de Plantis.

Plantarum differentiae.
Arborum fructiferarum genera, & ſpecies.
Arbores ſilveſtres fructiferae.
Frutices, & virgulta.
Herbarum genera, & differentiae.
Herbae odoratae, & coronariae.
Olera.
Fructus oleracei.
Herbae ſiccaneae.
Herbae paluſtres.
Herbae maritimae.
Herbae pratenſes, & ſegetales.
Plantae catharticae.
Plantae venenatae.
Herbae bulboſae.
Herbae umbelliferae.
Herbae ſpinoſae, & aculeatae.
Herbae promiſcuae, & miſcellae.
Aromata.
Plantae exoticae inſigniores.
Flores exotici nobiliores.
Fruges.
Legumina.
Fungorum nomina, & ſpecies.
Retinarum ſpecies.
Plantarum partes.
Plantarum morbi.
Semiplantae.

Lib. V. Politicus.

Politiarum ſpecies.
Magiſtratus urbani.
Curatores urbani.
Magiſtratus & curatores Italici.
Magiſtratus Athenienſes.

Magiſtratus Graecanici.
Formulae, & vocabula quaedam iuriſprudentiae Graecae, & Romanae.
Praediatoria vocabula.
Muuerum vocabula.
Tributorum, & vectigalium nomina.
Servorum apud varias gentes nomina.
Suppliciorum, & vinculorum genera.
Deuominationes a geuere.

Lib. VI. Στρατηγικὸς. S. Militaris.
Magiſtratus, & officia militaria Romanorum.
Magiſtratus, & officia militaria Graecorum.
Militaria vocabula Latina.
Militaria vocabula Graeca.
Munimenta, & opera militaria.
Armorum genera.
Armorum partes.
Dona militaria.
Exercitationes militares.
Vocabula rei equeſtris.
Inſtrumentum rei equeſtris.
Equorum genera, & uationes.
Equorum appellationes.
Equorum colores.
Navigiorum genera.
Navium partes.
Nauticum inſtrumentum.
Nautica vocabula.

Lib. VII. Ἀγωνιστικὸς.
Gymnaſtica vocabula.
Athletica vocabula ſpeciatim.
Magiſtratus, & officia Gymnica.
Gymnaſii, ſtadiique partes.
Gladiatorum ſpecies.
Amphitheatri, circique partes.
Circenſia, & amphitheatralia vocabula.
Circenſium artificum nomina.
Certamina Graecanica.
Certaminum praemia.
Ludi, & ſpectacula Romanorum.
Luſuum ſpecies.
Pilae.

Lib. VIII. Muſicus. S. Scenicus.
Organa muſica.
Tibiarum genera, & ſpecies.
Cytharae partes.
Tibiae partes.
Vocabula rei muſicae.
Theatri partes.
Inſtrumentum ſcenicum.
Scenicorum artificum nomina.
Saltationum genera, & ſpecies.
Schemata ſaltationum.

Lib. IX. Ἰατρικὸς.
Membrorum vocabula.
Denominationes a membris.
Aetatum differentiae.
Morborum genera.
Febrium ſpecies.
Denominationes a morbis.
Medicamenta.
Vnguenta.
Collyria.
Emplaſtra.
Paſtilli.
Vina factitia.
Olei factitii ſpecies.
Aceti factitii ſpecies.
Vocabula medica.
Inſtrumentum medicum.
Balnearum partes, & vocabula.
Inſtrumentum balneatorium.
Exercitationes hygiaſticae.
Tonſurarum ſpecies.

Lib. X. Ἀρχιτεκτονικὸς.
Aedificiorum genera.
Aedificiorum partes.
Architectonica vocabula.
Inſtrumeuta & machinae.
Pondera, & menſurae.

Lib. XI. γεωργικὸς. S. Ruſticus.
Ruſtica vocabula.
Formulae ruſticae.
Inſtrumentum ruſticum.
Opificum ruſticorum nomina.
Animalium pro aetate differentiae.
Venatica vocabula.
Venaticum inſtrumentum.
Retium genera, & partes.
Canum genera.
Canes nobiles.

Lib. XII.

Lib. XII. Oeconomicus.

Supellex.
Vaſorum nomina, & ſpecies.
Nummorum vocabula.
Poculorum nomina, & ſpecies.
Vehiculorum genera, & partes.
Sellarum, & lectorum genera, & partes.
Chartarum genera, & partes.
Librorum partes.
Cerarum ſpecies.
Annulorum ſpecies.
Veſtium appellationes.
Veſtimentorum genera.
Veſtimentorum partes.
Optima quibus in locis.
Calceamentorum ſpecies.
Calceamentorum partes.

Lib. XIII. Πολυτεχνικὸς.

Artium nomina, & appellationes.
Denominationes ab artibus, & officiis.
Officiorum domeſticorum nomina.
Officinarum nomina, & ſpecies.
Vocabula artium mechanicarum.
Vocabula ad picturam, & ſculpturam ſpeciatim pertinentia.

Lib. XIV. Μαγειρικὸς. S. Eſcarius.

Epularum appellationes.
Edulia.
Panes.
Panis appellationes.
Placentae, Liba, Mazae, Pemmata.
Salſamentorum nomina, & ſpecies.
Farciminum nomina, & ſpecies.
Saporum nomina.
Lautitiae.
Quae partes animalium optimae.
Vini appellationes.
Vina nobilia.
Olei ſpecies.
Condimentorum nomina.
Vocabula coquinaria.
Vnguentorum ſpecies.

Lib. XV. Μυθικὸς. S. Fabuloſus.

Dii, & Deae celebriores.
Dii Romani.
Dii Italici.
Dii Graecanici.
Dii Barbarici.
Muſae.
Nympharum genera.
Satyri, & iis adfines.
Gigantes, Titanes, Centauri, Cyclopes.
Parcae, Furiae Harpyiae.
Monſtra poetica.
Supplicia apud inferos.
Quae, quibuſque Diis ſacra.
Deorum, & Dearum cognomina.

Lib. XVI. Τελετικὸς.

Supellex ſacra Romanorum.
Supellex ſacra Graecorum.
Sacerdotum Romanorum nomina.
Miniſtri ſacrorum Romani.
Sacerdotum Graecanicorum nomina.
Miniſtri ſacrorum Graecanici.
Feriae Romanorum.
Sacrificia.
Feſta Graecorum.
Sacrorum Romanorum vocabula.
Sacrorum Graecanica verba.
Auguralia verba.
Dierum differentiae.
Sacrorum Graecanicorum verba.
Hoſtiarum differentiae.
Fulminum genera.
Divinationum genera.
Liborum ſpecies.
Suffimentorum ſpecies.

Lib. XVII. & ultimus Miſcellaneus.

Denominationes a virtutibus.
Denominationes a vitiis.
Sapientes variarum nationum.
Sannarum nomina.
Nomina patria populorum (1).

XIX. Praeterea *Donius* quidquid de trium linguarum recta pronunciatione, Hebraicae nimirum, Graecae, & Latinae (2), acri cenſura adnotaverat,

(1) Haec eſt prima operis diviſio, progreſſu tamen temporis eam ad libros uſque XXII. perduxit, ut videre eſt in autographo Indice aliquot *Donianorum* operum penes heredes.

(2) De literis Hebraicis, Graecis, & Latinis, egregia adnotarunt *Joſ. Scaliger* ad *Euſebium* anno MDCXVII. *Salmaſius* ad Inſcriptionem *Herodis Attici* pag. 330. ſeqq. *Lilius Gyraldus* Dialogo I. *de Hiſtor. Poetar. Bernardus a Mallincrot* 10 libro *de Literis, earumque origine, & natura. Monaſterii Weſtphal.* MDCXXXIX. 4. *Meurſius* ad *Heſychium* illuſtrem pag. 179. ſeq. *Samuel Petitus* Lib. 2. Obſerv. C. I. *Ezech. Spanhemius de uſu Numiſmatum, & praeſtantia*. diſſert. II. Auctor eruditae diſſertationis, quae *Montefalconi*

rat, in volumen redegit, in quo tamen Hebraica leviter attigit. Nullus enim Hebraicus liber antiquus, quo nomine cenſeri debent, qui ſtante adhuc, & vigente in ore populi ea lingua ſcripti fuerunt, praeter unicum Bibliorum volumen, ad nos pervenit. In reliquis duabus longe plura heinc, & inde eruta collegit, quae ad genuinam, priſcamque illarum pronunciationem reſtituendam apprime facerent, adeo ut nihil ferme eorum, quae ab *Eraſmo*, *Mekercbo*, *Lipſio*, *Gretſero*, aliiſque notata ſunt, ſibi propoſuerit repetendum. Nam & auctorum multa loca, ceteris fortaſſe incognita, obſervavit, & in plurimis vocibus, ad ſua uſque tempora uſurpatis, non obſcura antiquae pronunciationis veſtigia deprehendit; &, quod nemo praeſtiterat, ex plurimis, longeque remotiſſimis linguis, priſcos ſonos in Graeca, Latinaque deperditos, ſolerti cura inveſtigavit [1].

XX. Quam vero curioſe multarum deliteſcentium linguarum grammatiſticen didicerit, quotque earum ſpecimina, quantaque cura adhibita, collegerit, ipſemet in deſignatione ſuorum operum, de qua ſuperius, reſtatur [2]. Quod ut adſequeretur facilius, cum ſingularum nationum literatioribus viris, qui Romam adventabant, amicitiam init, ex iiſque proprias cuiuſque gentis literas, literarumque vim, ac poteſtatem diligenter exquirere numquam deſtitit. Quapropter quaecumque reperire potuit vocabula, ſuis quaeque linguis accommodata, in quodam veluti promtuario collegit, ne lapſu temporis rariores, difficilioreſque prolatu ſonos memoria obliteraret. Vitandae vero confuſionis gratia, id ſtuduit potiſſimum, ut eaſdem plane ſententias omnibus linguis, quas nanciſci potuit, insereret [3]; quoniam eiuſmodi ſpecimina, etiam cuidam operi, de quo inferius, utilia maxime futura cenſebat.

XXI. Orationem in primis Dominicam, cuiuſque nationis propriis literis contexuit, ac praeterea triginta, vel quadraginta circiter vocabula, ut *Deus*, *homo*, *pater*, *mater*, *caelum*, *terra*, *aer*, *aqua*, *oppidum*, *rex*, *ſervus*, *enſis*, *equus*, *ſaccus*, *panis*, *vinum*, &c. nec non menſium nomina, numeroſque initiales, ac praecipuos: *Vnum*, *duo* &c. *centum*, *bis centum*, &c. *mille*, *decem millia*, *decies centena millia*. Ex his igitur linguarum paradigmatis, aliiſque dictionibus, acriter ad aurem expenſis, ſingulorum idiomatum proprias literarum combinationes, propriaque vocis elementa ſcrutatus eſt, ut praeter alios uſus, Graecam quoque, Latinamque veterem pronunciationem illuſtraret. Neque hiſce contentus, omnium ferme Graeciae populorum homines peculiari utentes dialecto audivit; Italiae inſuper (eius praeſertim partis, quae incorruptiora Latinitatis veſtigia ſervat) varietates perpendit; ſi forte, quae in univerſum tunc mendoſe enunciabantur, magis ingenuam, ſaltem apud aliquem populum, pronunciationem obtinerent.

XXII. Ideo

nis Palaeographiae ſubiicitur, *De priſcis Graecorum, ac Latinorum Literis*. *Leo* quoque *Allatius* paravit librum *de Origine Graecarum Literarum*, in quo etiam antiquitatem, & uſum, & ut immutatae fuerint, explicaverat, ut ipſe teſtatus lib. *de patria Homeri* pag. 88. Latina Alphabeta per varias aetates diverſimode in MSS. exarata habes apud *Mabillonium* in opere praeclaro *de Re Diplomatica*, & *Papebrochium* in *Propyleo ad Tom. II. Actor. SS. Aprilis*.

(1) De genuina Linguae Graecae pronunciatione controverſia, multa utrinque contentione, ſcriptiſque multis inter doctos viros eſt agitata. Eminent prae reliquis *Io. Chekus* Anglus, cuius ea de re diſputationes, cum *Stephani* Wintonienſis Epiſcopi vii. Epiſtolis iunctae, prodierunt Baſ. A. MDLV. *Thomae Smithii de recta & emendata pronunciatione Linguae Graecae* liber Lutetiae prodiit apud *Rob. Stephanum* A. MDLXVIII. 4. *Adolphi Mekerchi* Burgenſis *de veteri & recta pronunciatione Linguae Graecae* ſcriptum Plantinianis Typis Antuerpiae MDLXXVI 8 impreſſum eſt. At *Henr. Stephanus* integrum corpus Autorum, hoc argumentum pertractantium collegit, hoc titulo „ *De Linguae Graecae, & Latinae vera pronunciatione, Commentarii doctiſſimorum Virorum* MDLXXXVII. 8. Praeterea *Io. Caius* Londinenſis, Medicus Cll. ſcripſit de *pronunciatione Linguae Graecae, & Latinae cum ſcriptione nova*. Londini MDLXXIV 4.

(2) Pag. 190.

(3) Variarum linguarum Alphabeta, & notas ſingulari ſtudio collegit, ac digeſſit *Andreas Mullerus* Greifenhagius, una cum verſionibus prope centum Orationis Dominicae, & poſt eius fata publico dedit *Sebaſt. Godofr. Starkius* Berolini MDCCIII. 4.

XXII. Ideo vero hanc πραγματείαν amplexus eſt *Donius*, quod agnoviſſet, diſcipulos in fide praeceptorum decipi, in uſurpandis vocabulis a recta pronunciatione longe devius, eumque errorem apud nonnullos, in Gallia, Belgio, Anglia, & Germania inrepſiſſe. Itaque qui diphthongorum veram prolationem in Graeca lingua (quae, ſicuti pleraeque aliae, in hoc aliquanto eſt obſcurior) ex auctorum praeceptis haurire conati ſunt, theoriam aliquam adſequuti videntur; uſum quidem, rationemque ipſarum proferendarum eruere inde nullam valuerunt: iis enim linguis deſtituebantur, quae verum earumdem, germanumque ſonum retinerent. Ex quo factum fuit, ut dum illarum vim exprimere vellent, vocalis utraque audiretur, & in contrarium vitium prolaberentur, quum eas nimis laxe, & hiulce enunciantes, ex unica duas ſyllabas efficerent. Quod ſi ad normam linguae Gallicae, quae omnes ferme Graecorum diphthongos, ut *Donius* arbitratur, habet, os conformaſſent, multo concinnius, atque elegantius ipſas protuliſſent.

XXIII. Id optime animadvertens, quum eſſet Gallicae linguae iam ab adoleſcentia peritiſſimus, ea duce, ac comite, praxim huius pronunciationis perbelle adſequi ſibi viſus eſt, quam tanto ſtudio, ac diligentia ſervare nitebatur, ut nemo fortaſſe multis retro ſaeculis extiterit, qui veteres illos Graecos propius fuerit imitatus. Hinc facto experimento didicit, quam revera ſit haec prolatio ſuavis, maſcula, & ſonora: contra illa vulgaris, quam inſuavis, fracta, & enervis. In quo quidem uſu utilitatem agnoſcens quammaximam, hortandos ſibi propterea ſtudioſos viros putavit, ut quod ille in Graecis auſus fuerat, idem ipſi & in Latinis facere conarentur.

XXIV. Verum ne diutius ſuos hoſce labores, quaſi ſepultos detineret, conſtituerat partem aliquam huius hypotheſeos ſeparatim expolire, doctorumque arbitrio commendare: de *Accentibus* nimirum, ſeu de *Proſodia* [1], de *Temporum ſpatiis*, deque *Adſpirationibus*, & ſimilibus [2]. In reliquis partibus abſtruſiora quaedam, & ex ipſius naturae arcanis petita in medium attulit. Vtque magis commentationem hanc ſuam locupletaret, una edere cogitaverat Graecum opuſculum, quod inſcribitur *Porphyrii* περὶ προσῳδίας, ex Biblioth. Vaticana; aliudque a ſe deſcriptum ex Codice Bibliothecae Pariſienſis, quod ἀποσπασμάτιον quoddam eſt Grammaticae *Herodiani*, ab *Arcadio* in Epitomen redactae, in quo de *Accentibus* agitur: ex eoque praeter alia diſcimus, notulas illas, quibus ad hanc rem Grammatici utuntur, non eſſe inter noviſſimas recenſendas, ſed ab ipſo *Ariſtophane* antiquiori Grammatico uſurpatas [3].

XXV. Haec inter, levia fortaſſe, atque exigua, nonnulla etiam maioris momenti exorſus eſt; videlicet obſervationem quandam circa peculiarem populorum naturam, ex accentuum varietate eruendam; diſcrimen verum, & phyſicum acuti accentus, & longitudinis ſyllabarum; nec non acuti accentus, & circumflexi, quod neſcio, an cuiquam in mentem venerit, diverſitatem quoque vocalis longae, a duplici brevi eiuſdem ſoni, ex Auletica potiſſimum diſciplina profluentem, aliaque huius generis complura nova, & μυστικώτερα [4].

XXVI. Nec

(1) In cit. idea pag. 196. citat opus ſuum περὶ προσῳδίας.

(2) l. c. pag. 192.

(3) l. c. pag. 192

(4) Heic vero mihi temperare non poſſum, quominus ſubiraſcar *Marco Meibomio*, & Cardinali *Bonae*, qui *Donii* famam imminuere conati ſunt, illum veluti Graecarum Literarum imperitum traducentes. Primus in Praefatione ad Lectorem voluminis I Auctorum veteris Muſicae, ubi ait „ Et praeſtantiſſimi Scriptoris Muſici *Io. Bapt. Donii* Patritii Florentini, quo noſtro aevo, nemo doctius, nemo politius, de Muſica ſcripſit, qui ſi maius a Graeca Literatura, & in primis Mathematicis diſciplinis praeſidium habuiſſet, maiora praeſtitiſſet. „ Alter in notitia ſcriptorum, quorum auctoritate utitur in libro *De divina Pſalmodia* „ *Io Bapt. Donius* Flor. qui de Muſica, modiſque Muſicis antiquis, & novis doctiſſime ſcripſit, doctius ſcripturus, ſi Graeca eruditione praeditus fuiſſet.

XXVI. Neque abs re exiſtimavit opus de populorum migrationibus, & linguis adumbrare [1] quod in duos libros partitus eſt. Perpendenda primo ſibi propoſuit, quae de primaevis orbis terrarum incolis, per nationes, & tribus partitis, in Geneſi habentur; tum quae apud Ethnicos auctores de populorum ex una regione in aliam migrationibus, colonuſque, ſeu deſignatis, ſeu poſitis, memoriae prodita fuere. In hoc opere, quae comperta, atque indubitata ſunt, in unum locum quam aptiſſime, & breviſſime omnia congeſſit; de reliquis coniecturas attulit probabiliores, ex linguarum praecipue proprietatibus, certiſque characteribus deſumtas: quibus argumentis faciliorem arbitratus eſt ſibi viam munitum ad populorum diverſitatem, aut e contra cognationem ſtabiliendam [2].

XXVII. Verum quum olim ita multae, variaeque linguae viguerint, ut earum numerum adſequi nemo poſſit, omnes, quarum aliqua notitia haberi poteſt, recenſuit, coniecturis uſus, non illis anilibus, & ridiculis *Annii* Viterbienſis, *Poſtelli*, *Goropii*, & ſimilium, ſed ſolidioribus, ex univerſa Hiſtoria, & Geographia petitis. Congeſſit quoque linguarum, quae ſuperſunt reliquias, ut ſunt quaedam vocabula Phrygia, Lydia, Thracia, Aegyptiaca, Perſica apud Graecos Grammaticos; necnon aliquot Etruſca, Sabina, Gallica, & Hiſpanica apud Latinos: literas praeterea Oſcas, Siculas, Hibernicas, Scotas, Lotharingiorum montanorum, Lithuanicas, Pathagonas, Bohemicas, Illyricas, Hungaricas, Dalmaticas, Valachas, Epiroticas, Perſicas, Aegyptiorum, Vandalorum, Africanas, Punicas, Abiſſinorum, Mucicongas, ſcilicet Regni Congi, Madagaſcarenſes, Bracmanicas, Indicas, Zagalas, quae praecipuae habentur in inſulis Philippinis, Lupacanas, quae excultiores ſunt ceteris linguae Peruvianae dialectis: itemque alphabeta, quam exactiſſime adoptavit, rariora praeſertim, minuſque cognita, reiectis quibuſdam commentitiis, qualia in multorum manibus verſantur [3]. Hiſce non ſine multo labore conquiſitis vocabulis, orationem Dominicam concepit, linguis Aeolica, Dorica, Ionica, Attica, Boeotica, Laconica, Cretica, Poetica, Romana veteri, Italica, qualis circa tempora *Caroli* Magni, & ſub *Friderico* II. vigebat. Et quoniam Orientalium populorum μεταναστάσεις ante *Maometbem* maxima ex parte nos latent, ex Perſicis, Arabiciſque libris, quos Cll. vir *Petrus de Valle* ab Orientali peregrinatione redux [4] vide-

(1) pag. 193.

(2) Iam aliquid ſimile pertractaverat *Wolfgangus Lazius* in opere, *de gentium aliquot migrationibus, ſedibus fixis, reliquiis, linguarumque initiis, immutationibus, & dialectis Lib.* XII. Francofurti apud *Wechelum* MDC. fol. *Thomas Harne* Anglus, ſcripſit de *Linguarum Harmonia*, ſeu de linguis in genere, & de variarum linguarum cognatione diſſertationes Londini MDCXLVIII. 8 editas, quo ille libello per certas propoſitiones argumentum tractat, & principia nonnumquam ponit, ſecundum quae inſtituenda ſit illa linguarum inter ſe cognatio, derivatio, mutatio, in quarum cauſſis inveſtigandis multum operae impendit.

(3) Quamplures quoque orientales Codd. *Donius* congeſſerat: quorum L. & amplius *Gabriel* Marchio *Riccardius*, ſibi comparavit. Erat quippe linguarum Orientalium non ignarus *Donius*, quemadmodum, praeter cetera documenta, quae heic adferri poſſent, ex quadam Epiſtola eruitur *Athanaſii Kircheri*, de hiſce ſtudiis optime meriti, & increbrescente cum *Donio* familiaritate coniuncti num. XCVIII. pag. 155.

(4) *Petrus a Valle* Patricius Romanus, cui noſter *Donius* nonnullos de Muſica Tractatus inſcripſit, eruditione, peregrinatione in Orientem duodecennali, linguarum plurimarum peritia clarus, edito in primis itinerario eruditiſſimo, quod ipſe Tomis conſtans, Turcicae, Perſicae, Indiaeque res accuratiſſime ſcriptas exhibet, & in plurimas Europae linguas translatum habetur. Opera varia, variique argumenti ſcripſit, quae a *Leone Allaccio* in *Apibus Urbanis* recenſentur pag. CCXXV. Illius honorificentiſſime meminerunt Itali, Latinique ſcriptores, *Barptolemaeus Serenus* libro, cui titulum fecit, *Della lancia, del combattere alla sbarra, e delle impreſe, e inventioni cavalleresche*, *Franciſcus Valentinus* in libro, cui nomen indidit *Deſcrizione del Torneo fatto a Napoli l'anno* MDCXII. *Octavius Sapientia* in ſuo *Nuevo Tratado de Turquia*, *Franciſcus a Valle* in II. Parte Carminum Italicorum, *Antonius Brunus* in Epp. Heroicis, *Chriſtophorus Bronzinus* in Dialogis Italicis *Della dignità e nobiltà delle donne*, *Fabius Columna* in libris, quos edidit. *Donius* vero noſter in Ep. ad *Io.* IV. Portugalliae Regem num. XCV. pag. 130. haec de eo tradit „ *Quam diſciplinam (ſcilicet veterum Harmoniarum reſtitutionem) nobiles aliquot viri, quibus praecipue meos hoſce labores dicavi, cupidiſſime amplexati ſunt. Praeter ceteros vero vir non minus avita nobilitate, quam propriis dotibus illuſtris, ac longinquis in orientem peregrinationibus clarus eſt* Petrus de Valle *Patricius Romanus, Luſitani nominis perquam ſtudioſus, cuius lucubratus huiuſmodi cantionum liber propediem proditurus eſt in lucem &c.*

Digitized by Google

viderat, multa quae captum hominis excedunt huc pertinentia congerere ſe poſſe in animum induxerat, de quibus auctor ille *Donio* ſpem fecerat.

XXVIII. Haec profecto ſunt inſigniora monumenta, quae de ingenio, & literis *Donii* huc uſque poſteritati mandata ſunt. Quum vero *Vrbanus* Pontifex conquiſitos undique viros ſingulari eruditione praeſtantes, in aulam ſuam arceſſiri curaſſet; nemo erat, qui non ad bonarum artium ſtudia excolenda incitaretur. Quod potiſſimum in cauſſa fuit, cur ea tunc CIƆ. hominum in Vrbem copia confluxerit, ut Athenas, & veterem Romam, recentior aemulari videretur. Vigebant artes ingenuae, ſummumque inter eruditos certamen erat, ne quid ſaeculis profuturum diu lateret.

XXIX. Quapropter vertente eo anno MDCXXIX. Pontificem *Donio* quoque contigit erga ſe benigniſſimum experiri: novis enim quotidie beneficiis ab eo auctus, intimorumque familiarium loco habitus, poſt *Io. Bapt. Lauri* obitum, qui in XII. Kal. Octobris incidit (1), factum eſt, ut ampliſſimus S. R. E. Senatus, *Franciſci* Cardinalis *Barberini* potiſſimum commendatione (2), ipſum a ſecretis adſciſceret (3). Quo in munere non ſine magno nominis ſui incremento, nec minori fortunarum acceſſione libentiſſime conſenuiſſet, niſi immaturo fratris obitu, labantem domum fulcire, & avitum genus, liberorum ope, reparare ſatius duxiſſet (4).

XXX. De collata ſibi huiuſmodi dignitate abſentes Cardinales literis certiores fecit, a quibus ingenua retulit gratulationis officia: ſuntque prae

h reli-

(1) Quantum in *Io. Bapt. Lauro* Peruſino, eloquentiae doctrinaeque extiterit, ſatis ſuperque teſtatur *Ian. Nicius Erythraeus* in *Pinacotheca imaginum illuſtrium*. *Coloniae Agripp.* CIƆIƆCXLII. Part. I. pag 254. Puer educatus eſt in Seminario Peruſino, atque a *Bonciario* humaniſſimis literis inſtitutus, praeclara ingenii ſui monumenta edidit, quorum recenſentur in primis, *De annulo pronubo B. Virginis liber*, *Epiſtolarum centuriae duae*. *Theatri Romani Orcheſtra*, *De viris illuſtribus*. *De fabricatione calcis poema* Sacris initiatus in *Marcelli* Card. *Lantis* familiam venit, apud quem caudatarii gradu fuit ſemper; atque inde in Pontificiam aulam ſub *Vrbano* VIII. Pont. tranſiit; & A. MDCXXV ſacri Conciſtorii a ſecretis renunciari meruit. Obiit ex febre maligna moris XII. Kal. Octobris MDCXXIX. Vid. *Argolum de Diebus Criticis* lib. II.

(2) In dedicatione operis de reſtit. ſalubr. agri Romani ad *Vrbanum* VIII. „Video enim iniunctam abs te mihi laborandi neceſſitatem, immo currenti, quod dicitur calcar additum, quum commendatione tua, atque Eminentiſſ. Card. *Barberini* Senatus Ampliſſimus, honeſtiſſimum mihi ſecretarii munus impoſuit. Quo beneficio non minus ad exercendos omnes ingenii, atque induſtriae meae nervos animatum me ſenſi; quam ad meam in te pietatem, ac devotiſſimam mentem quocumque genere obſequii poſſem, conteſtandam. Itaque non modo notitiam Epiſcopatuum a diligentiſſimo doctiſſimoque *Lauro*. qui me praeceſſit, inchoatam, Sanctitatis Tuae iuſſu perficere; ſed multo latioribus finibus, ac longe operoſius aggreſſus ſum (quod opus nunc quidem ſatis belle procedit) ſed alia quoque magni moliminis, & ut ſpero, fructus συνάγματα a me olim incepta, ſubſecivis horis expolienda, ſuſcepi

(3) Ita *Donius* de novo ſibi collato munere, ad amicos ſcripſit In Ep. ad *Nic. Rigaltium* num XXXVI pag 58. D. III. non Dec. MDCXXIX. *Inaudiviſſe te aliquid puto de novo officio Secretarii ſacri Collegii, quod mihi nuper demandatum fuit „ revera enim perhonorificum eſt, magnaeque auctoritatis, praeſertim ſede Apoſtolica vacante, ut mirandum non ſit, nonnullos hinc ad Cardinalatus apicem gradum feciſſe: ſunt tamen nonnulla, quae huius boni ſucceſſus laetitiam inficiant: in primis exauctoratio e familia Illuſtriſſ Card.* Barberini, *cui fidelem adſiduamque operam navare videbar* „. Ex quo *& illud ſequitur, non amplius me Latinas epiſtolas, eiuſmodi conſcripturum, qua in re & primum nunc facultatem adquirere coeperam, nonnullamque ex eo ſaepe delectationem*. Et in Ep. ad *Lucam Torrium* num. XXXVII pag 61. *Ad vos vero quod attinet, ſcito poſt exercitum ad ſex fere menſes Epiſtolarum Latinarum munus in familia Illuſtriſſ Card* Barberini, *nuper in defuncti* Io. Bapt. Lauri *locum, ſacri Collegii Secretarium ſubſtitutum me fuiſſe &c* Idem legitur in Ep. LXV. pag. 106. „ *De cetero nolim te virum amiciſſimum ignorare, quadriennium iam effluxiſſe, quum honeſtiſſimum Secretarii ſacri Collegii munus, indulgentia Sanctiſſimi Domini noſtri, atque Eminentiſſimi Domini Cardinalis* Barberini *demum datum mihi fuiſſe; quod non ita me occupatum tenet, ut amoenioribus ſtudiis manum remittere opus fuerit*. „ Et in Ep. ad *Io. Bourdelotum* num LVIII. pag. 97 *Quod ad res meas attinet, ſcito quindecim abhinc menſibus ſacri Collegii Secretariatus honeſtiſſimum munus mihi demandatum fuiſſe; quod etſi reditu modicum; attamen dignitate, atque aeſtimatione in primis huius aulae cenſendum; praeſertim, poſtquam duo alia officii nuper eidem adiuncta fuere, nimirum Cuſtodis Archivi ſacr' Collegii, & Secretarii Congregationis rerum conſiſtorialium: quapropter neceſſe mihi fuit e familia Eminentiſſ. Card* Barberini *exire, ut huius muneris capax eſſe poſſem*. „

(4) Vid. Ep. qua *Donius Vrbano* VIII. opus *De reſtituenda ſalubritate agri Romani* inſcripſit In libro de *Praeſtantia* Muſicae veteris de ſemetipſo ita *Polyarcum* loquentem inducit pag. 138. & ſeqq. „ *Scitis enim illum* (*ideſt* Donium) *honeſtiſſimo ſacri Cardinalium Collegii Secretarii munere fungi, quo tamen ferunt propediem abdicare ſe velle, atque in floretiſſimam patriam reverti, partim aulicae vitae taedio, quam per tot annos ſatis infeliciter exercuit, quietiſque captandae cauſſa, & reliquum aetatis honeſto in otio, ac Muſarum ſtudiis collocandi; partim, ut domum ſuam immaturo duorum fratrum obitu deſolatam, Deo favente ſuffulciat*. „

reliquis *Caroli Medicei* (1), *Friderici Borromaei* (2), *Io. Bapt. Altierii*, *Franciſci Buoncompagnii*, *Friderici Cornarii*, *Petri Camporei*, *Laurentii Magalotti*, *Ioannis Baptiſtae Palottae*, *Erneſti Adalberti de Harrach* Archiepiſcopi Pragenſis, Fr. *Felicis Centinii*, *Franciſci a Balneo*, & *Franciſci Dietrichſtani* (3).

XXXI. Nunc vero *Donius* benefica Pontificis mente, veluti expergefactus, omnem ingenii impetum effudit, ut gratum ſe Principi ſuo munificentiſſimo exhiberet. Verum priuſquam progrediamur, illud non eſt omittendum, VII. Eidus Decembris *Lucam Holſtenium* (4) diſcedentem Vrbe, Poloniam verſus profecturum, variis literis, praecipue ad magnum *Galilaeum* datis commendaſſe. Itaque Florentiam *Holſtenius* praetergrediens, Eidibus eiuſdem menſis, ad *Donium* amicorum optimum de emenſo feliciter itinere, nec non de Sereniſſimorum Etruriae Principum (quos in Ambroſiana villa convenerat) munifica in ipſum propenſione, ut certum quid de profectione ſua percontantibus amicis referre poſſet, renunciavit, quod vel deinceps praeſtare *Holſtenius* conſuevit (5).

XXXII. Anno vix praetervecto, ex Epiſtolis *Petri Servii* (6) *Donius* accepit, *Felicem Contelorium* (7), inſignem tractatum adortum eſſe, in quem Conſulum, Praefectorum Vrbis, aliorumque Magiſtratuum Romanorum nomina, ac feriem publico literariae Reip. bono iam pridem congeſſerat; proindeque vehementer cupere, literis ſibi datis v. Eid. Ianuar. (8), ut ſi quae haberet prae manibus veterum Inſcriptionum collectanea, quae alicuius memoriam, aut nomen praeſeferrent, ea ſecum ipſe humaniſſime communicaret. Quare quum nihil umquam ardentius expeteret, quam doctorum virorum commercio ſuffragari, plures de ſuo penu Inſcriptiones excerpſit, quibus luculentum illud opus, quod Romae prodiit A. MDCXXXI. locupletare *Contelorius* poſſet. Exiſtimabat enim eiuſmodi commentarium plurimum nitoris adferre poſſe, & Romano Martyrologio, & ceteris iam editis vetuſtiſſimis, quibus Praefectorum Vrbis corrupta, & interpolata nomina in actis Martyrum recenſentur.

XXXIII. Mox *Donius* Anno MDCXXXI. Epiſcopatuum orbis Chriſtiani notitiam, a Cl. *Ioanne Bapt. Lauro*, qui ipſum praeceſſerat, inchoatam, ſuadente *Vrbano* VIII. multo latioribus finibus protendit (9). Dolendum tamen

eſt,

(1) En huius Cardinalis reſponſum. „

Illuſtre Signore.

Siccome io ho ſtimato ſempre la perſona di VS. meritevole di ogni avanzamento, così mi rallegro ora con lei, che del medeſimo concetto ſieno ſtati tutti gli altri del ſacro Collegio, come ſi può conſiderare dalla carica di Segretario, che con voti di lor Signorie Illuſtriſſime ella ha ottenuto. Me ne congratulo di nuovo con VS et per l'avviſo, che con tanta amorevolezza ella ha voluto darmi, la ringrazio cordialiſſimamente, certificandola, che dal particular mio affetto la troverà ſempre prontiſſima corriſpondenza, così mi offeriſco a VS ſalutandola per ſine di tutto cuore. Da Firenze 27. Ottobre 1629

Affetionatiſſimo di VS. Il Card. de *Medici*.

(2) Reſponſum Cardinalis *Borromaei* Datum IV. Eid. Nov. MDCXXIX editum eſt num. XXVV pag 58.

(3) Exſtant in Archivo *Doniano* reliquae Cardinalium ad *Io. B. Donium* Epiſtolae.

(4) *Lucas Holſtenius Donii* amiciſſimus, vir Graece, & Latine apprime doctus fuit, plura edidit ingenii monumenta, ut videre eſt apud *Niceronium* T XXXI. pag. 236. Exceſſit e vivis IV. non. Februar. MDCLXI. aet LXV

(5) Vid. Ep num XXXIX. pag 63. *Lucae Holſtenii* ad *Donium*. & *Doni* ad *Holſtenium* num. XLI pag. 72.

(6) *Petrus Servius* Spoletinus medicus, qui a *Donio* laudatur in Ep num LI. pag. 85. ſcripſit non pauca, nimirum *Antiquitatum Romanarum Miſcellanea* Romae MDCXL. 8. Diſſertationem philologicam *de Odoribus*. Ibid. MDCXLI 8. Diſſertationem de *Vnguento Armario* Ibid. MDCXLII. *Inſtructionum, quibus tyrones ad medicinam informantur libros tres*. *Eiuſdem proluſiones duas ad inſtruendos inflammandoſque ad artem tyrones accommodatas*. Romae apud *Bernardinum Tanum* MDCXXXVIII. 32. *Iuveniles ferias* Ibid MDCXL. Vid. *Vander Linden de ſcriptor. medicis* lib. I. pag 534 *Nicolaus Heinſius* Ep. ad *Donium* num. CXIII. pag. 176 haec de *Servio* tradit „ Medico hactenus mihi opus non eſt, quo ſi indigerem, multum ſpei in Cl. *Servio* foret Eius enim conſuetudine, & amicitia heic fruor. Eſt autem ea comitate, eoque erga me animo, ut nullum officii genus intermittat, quo me devincire ſibi arctius poſſit. Heri nobis de te multus ſermo fuit, petiitque, ut perquam officioſe ſuo te nomine ſalutarem. Neſcio an alius in hac urbe ſit tibi addictior, ſi *Holſtenius* noſter excipiatur.

(7) *Felix Contelorius Caeſius* iurio, & S T D. excuſtos Bibliothecae Vaticanae, & Apoſtolici Aerarii curator, plura in lucem protulit, quae recenſentur a *Leone Allaccio* in Apibus *Vrbanis* pag 91.

(8) Vid *Donii* Ep num. LI. pag 85.

(9) Hunc praeſefert titulum „ *Notitia Epiſcopatuum orbis Chriſtiani, ſeu codicis Provincialis Romani, eorumque ſitus, origo, vocabula, tum antiqua, tum nova, atque inſigniora quaeque deſcribuntur* Opus a Io. Bapt. Lauro olim

inc-

eſt, tanti moliminis opus, incredibili labore a *Donio* confectum, quod nitidiſſime exſcriptum apud heredes adſervatur, exiguae nobis utilitatis evaſiſſe, quum alii ſubſequutis temporibus eamdem provinciam ſuſceperint [1]; illud tamen, ſi quis prodere in vulgus curaret, luce dignum exiſtimaverim, dummodo ſupplementis, & exquiſitis adnotationibus exornaretur. Neque heic *Donii* noſtri in literis excolendis cura, & aviditas ſubſtitit: alia enim maximae utilitatis *συντάγματα* a ſe iamdiu deguſtata, ut iam vidimus, ſubſecivis horis, expolienda curavit; quae, quum adminicula quaedam requirerent, quibus tunc omnino deſtituebatur, alio evulganda remiſerat.

XXXIV. Sub veris adventum *Gabrielem Naudaeum* Pariſienſem, libenter excepit [2], quem ſibi *Renatus Moraeus* Epiſtola commendaverat, ut hac veluti teſſera, ad eius amicitiam liberior aditus pateret [3]. Erat autem vir maſculae eruditionis, ac literaturae. Ipſum quoque non diſtulit in ſuam admittere clientelam *Iacobum Buccardum* Pariſienſem [4], quem *Franciſcus* Card. *Barberinus* officiis etiam permotus *Io. Bourdelotii*, & *Nicolai Claudii Fabricii Peireskii* in ſuam familiam adſciverat [5], quo excolendis Muſis, boniſque auctoribus, qua Graece, qua Latine verſandis vacare commodius poſſet [6].

XXXV. Reliquum anni tempus luctuoſum ac moleſtum *Donio* fuit, amicorum interitu, quos vario morborum genere, peſte vero praecipue [7] abſumtos doluit. Nam recurdeſcente in dies malo, per totam fere Italiam, aegrorum corpora tabe lurida miſere deformata, enectaque, paſſim cadebant. Ceterum *Franciſcus Bravus* in Hiſpania fato cecidit [8], necnon IV.

h 2 Kal.

inceptum, demum ab Io. Bapt Donio *abſolutum. Acceſſit Epiſcopatuum antiquatorum, aliorumque ex Codd. Graecorum brevior quaedam collectio, eiuſdem* Donii *opera. & ſtudio, fol.* Ita vero de hoc opere ad *Paganinum Gaudentium Donius* ſcribit. „ Praeſertim quum aliud magni moliminis opus, SS. Domino noſtro ita iubente, aggreſſi ſimus; notitiam ſcilicet omnium Epiſcopatuum, olim a *Lauro*, qui nos in hoc munere praeceſſit inchoatam, quam multo copioſis, & latioribus finibus, annuente Deo, perficere molimur,

(1) Ceterum in hoc argumento prae reliquis verſatus eſt *Aubertus Miraeus* libris V. *de notitia Epiſcopatuum orbis Chriſtiani Antuerpiae* MDCXIII. 8 quorum tribus prioribus Veterem Eccleſiaſticam Geographiam tradit, & illuſtrat, quarto Codicem provincialem novum, iuxta recentem Regnorum in Orbe Chriſtiano ſtatum exhibet: quinto denique Epiſcopatus, ſeu urbes titulo Epiſcopali decoratas digeſſit, & breviter diſſerit de Eccleſiarum maxime illuſtrium originibus, progreſſibus, ac vicibus. *Miraeo*, cuius codicem provincialem ex editione minus integra A. MDCX. in T. III. Chronici Chronicorum recudendum dedit *Ianus Gruterus*, ſub *Io Gualteri* nomine latens, etiam praeferendae ſunt tabulae Geographicae, & Chronologicae omnium Archiepiſcopatuum univerſi orbis, Gallica lingua, & facili methodo comprehenſae a *Commanvillio*, Rothomagi MDCC. *Tables Geographiques, & Cronologiques de tous les Archevechez, & Evechez de l'univers, ou l'on voit l'etat ancien, & preſent.* Neque praetereunda eſt Geographia ſacra, quam cum veteribus notitiis Epiſcopatuum Graecis, Latiniſque ex recondita Bibliothecarum penu collectis, edidit *Carolus a S Paullo* Epiſcopus Abrincenſis Pariſ. MDCXLI. fol. quod opus auctum nitide recuſum eſt Amſt MDCCIII. fol Exſtant & *Lucae Holſtenii* animadverſiones poſthumae in Geographiam Eccleſiaſticam *Caroli a S. Paulo*, editae Romae MDCLXVI. 8.

(2) *Gabr. Naudaeus* medicus Pariſienſis, teſte *Tomaſino* in Gymnaſio Patavino, lucem adſpexit IV. Non. Februarias A. MDC. aetatis ſuae anno XXXI Romam venit in comitatu *Io. Franc.* ex comitibus *Guidiis a Balneo* S. R. E Cardinalis, cui & a cura librorum erat, quo etiam munere deinde apud Cardinales *Richelium*, & *Mazarinum*, nec non apud Svecorum Reginam laudabiliter functus eſt Verum Lutetias ex Svecia remeans, vitam cum morte commutavit IV. Kal Aug. MDCLIII. Eius opera recenſentur a *Leone Allacio* in Apibus Vrbanis, & a *Niceronio* Tom IX.

(3) Ep. Dat XIII Kal. Febr. MDCXXXI. num. LV. pag. 94. „ Salutem tibi plurimam meo nomine dicet D. *Naudaeus* „ cui Romam proficiſcenti has literas commiſi, ut hac veluti teſſera, haberet ad tuam amicitiam liberiorem acceſſum &c. Vid. etiam *Naudaei* ad *Donium* Ep. n. LXVIII. pag. 210.

(4) *Donius* ad *Bourdelotium* Ep. Dat. Kal Martii MDCXXXI. „ *Quare eum* (*ideſt* Buccardum) *arcte, ac familiariter complectar tam vehementer adultar, ut amicitia mea, quam expetivit inutilis illi, & otioſa ſit &c.* „

(5) *Io Phil Tomaſinus* in Elogiis T II pag. 335. ſcriptum reliquit „ *Inter Cl viros, quos generoſi Principis* Franc Barberini, *munificentia in ipſius aula ad animi ſui oblectamentum & Romanae curiae ſplendorem alebat, A. MDCXXXIX quo Romam perluſtravi, non poſtremus fortis erat* Iac. Buccardus *Pariſinus. Vir parvae ſtaturae, ſed ingenii magni, literiſque Latinis, & Graecis excultus.*

(6) Edidit *Buccardus* de vita *Petri la Sene* Romae MDCXXXVII. 8 *Nic. Fabricii Peireskii* laudationem funebrem. Aquis ſextiis MDCXXXVII. Pariſiis. & Romae. De aſcenſione Chriſt. orationem Romae MDCXL. 4 ſermon Panegyrique four S Louys Roy de France Romae MDCXL. 4.

(7) Peſtis primum ſerpere cepit Mediolani Menſe Martio MDCXXX Alias exinde Italiae provincias invaſit. Vid. *Franc. Rondinellii* librum, cui titulus *Relazione del contagio ſtato in Firenze l'anno MDCXXX. e MDCXXXIII Firenze per Gio Batiſta Landini MDCXXXIV.* 4. & *Donium* in Ep ad *Bourdelotium* n. LVIII pag 56.


(8) De *Franc. Bravi* iuvenis ornatiſſimi optima indole haec *Donius* habet in Ep ad *Lucam Terrium* n. LIX. pag. 98. „ *Immaturum obitum* Franciſci Bravi *iam antea inaudiveram, maximumque dolorem inde perceperam &c. magna erat in illo iuvene ingenii vis, magna diſcendi cupiditas, ut ſi longiorem illi vitam Deus annuiſſet, potuiſſet ornamento, ac decori patriae ſuae eſſe* „ Vid. ſupra pag. XXX. not. 2.

Digitized by Google

Kal. Maias ingenti Vrbinatum, & circumiacentium populorum luctu, *Franciſcus Maria Roboreus*, Vrbini Dux ſuperſtes [1], cui mens alta inerat, & ad omnem virtutem efformata, inviros doctos ſumma propenſio, & adverſus fortunae contumelias infractus animus. *Thaddaeus Barberinus*, cui mox Romanae Vrbis Praefectura, quam Dux ille geſſerat, collata eſt, *Vrbani* VIII. patrui Pontificis nomine, Vrbinatis ditionis poſſeſſionem init [2]. A. enim MDCXXIII. III. Kal. Iulias, dum *Fridericus*, *Franciſci Mariae* filius unicus, ingloriam, & indignam viro Principe vitam, voluptatum coeno merſus, turpiter ageret, ingruente fato, occubuit [3], viduamque reliquit *Claudiam Mediceam* uxorem, & filiam anniculam *Victoriam*, quae ſtatim Florentiam perlata, poſtea *Ferdinando* II. Magno Duci nupſit, dotalemque hereditatem opulentiſſimam ſecum tulit, licet Vrbinatis ditionis oppida in Romanae Eccleſiae poteſtatem redierint [4].

XXXVI. Lugubres eos caſus ſubſecuta eſt mors *Hieronymi Alecandri* [5], quae

(1) *Franc. Roboreus Donium* plurimi faciebat, ut prae reliquis patet ex Ep. autographa in Archivo *Doniano*, quae eſt huiuſmodi. Illuſtre Signore.
„ *Ho ricevuto il libro inviatomi da VS e ne la ringrazio aſſai, perchè lo riconoſco dalla ſua amorevolezza, alla quale ſupplico, che io corriſpondo pienamente col deſiderio di poterle giovare, e far coſa grata. N. Signore Iddio le conceda ogni conſolazione, e proſperità. Al comando Di VS. di Caſtel Durante primo di Giugno MDCXXIX.* Il Duca di Vrbino
Non eſt apud ſcriptores adeo frequens indicatio temporis, quo *Roboreus*, e vivis exceſſit: nos vero huiuſmodi notitiam memoratu dignam arbitrati, non praetermiſimus illam explorare ab Eminentiſſ. *Io. Franc. Stuppanio* Vrbinatum Pontificio Legato, Numini meo propitio, ac ſalutari, qui nobis eam perhumaniter adferri dignatus eſt, ex ipſo autographo ſepulcralis Inſcriptionis deſumtam, quae in Eccleſia Clericorum Regularium Vrbaniae adſervatur, ad uſum pilae luſtralis aquae redacta.



(2) Ex monumentis eruitur Bibliothecae *Richardianae* Pl. R. ord. II. n. VIII. & num. X.
(3) Id conſtat ex Cod. *Richardianae* Pl. R. ord. I. num. III.
(4) Vid. *Muratorium Annali d'Italia* ſub A. MDCXXIII, MDCXXVI. & MDCXXXI.
(5) Forum Iulii *Alexandrum* iuniorem extulit, *Hieronymi Aleandri*, Cardinalis Brunduſini, pronepotem. Hic ingeno,

quae *Donium* luctu merſit, & pene exanimavit. Orbatus eſt ſiquidem amici ſuaviſſimi conſuetudine [1]. Verum levamini ei fuit, quod *Aleandro*, nutu, atque impenſa *Franciſci* Cardinalis *Barberini* Prid. Kal. Ianuar. in percelebri Humoriſtarum Academia parentari decretum eſt. Praeter innumeros alios doctrina, & generis claritate illuſtres viros, undecim Cardinales interfuere, qui partim & optimi viri memoriam colere, partim *Barberini* Cardinalis laudabilibus ſtudiis coram obſequi voluerunt. Auditorium tabulis, aulaeiſque depictis magnifice, atque eleganter apparatum erat. Deformatio operis ex adumbratis epiſtyliis, ac paraſtatis, ceteriſque eiuſmodi ornamentis conſtabat, ex monocromate συμμέτρως elaboratis, necnon quatuor imaginibus pari modo pictis, quae totidem illuſtriores defuncti virtutes, additis variis titulis, ac lemmatibus, duobuſque praecipuis inſcriptionibus exprimebant [2]. Laudationem habuit funebrem *Gaſpar* de *Simeonibus*, in qua non ipſius tantum proprias dotes; ſed maiorum quoque res geſtas, ac familiae decora adeo graviter, atque ornate perſecutus eſt [3]; ut ex alienis laudibus, non modicam ſibi quoque commendationem orator accerſiverit. Varia dehinc a conſidentibus Academicis, ut mos eſt, in eiuſdem laudem carmina ſunt recitata; & *Donius* praeſertim *Aleandri* memoriam κωφὸν πρόσωπον, & conſcripto in eius tumulum epigrammate recoluit [4].

XXXVII. Inter haec, ut ſe de amicorum iactura ſublevaret, eorum numero adſcribi curavit, qui *Laurentio Pignorio* viro doctiſſimo [5], arcto amicitiae vinculo jungebantur, quapropter, quum ſaepius animi ſui ſenſus *Antonio*

nio, eruditione, ac morum elegantia apprime praeditus, non ita multis annis, poſtquam Romam venit, in aulam *Octavii* Cardinalis *Bandini* exceptus, eidem, per XX. ferme annos in ſcribendis Epiſtolis operam navavit. Academiae Humoriſtarum tunc primum naſcenti ſe totum addixit, in eaque perpetuis commentationibus ſe totum exercuit. *Vrbano* VIII. ad Pontificatum evecto adnitente, ex Cardinalis *Bandini* domo, in aulam *Barberinorum* adductus, *Franciſco Barberino* traditur eſt, ab Epiſtolis Latinis ſcribendis, quem etiam ſequutus eſt in Galliam, Legati iure, ac nomine ad Regem illum miſſum. Sed qui itineris tam longi, labores fortiter, conſtanterque ſubiiſſet, vim morbi ferre non potuit, ex frequentibus concoenationibus, compotationibusque cum amicis, & contubernalibus aliquot ſuis contracti, quos inter convenerat, ut tertio quoquo die, mutuis ſe invicem conviviis exhilararent, nam homini tenui, & infirma valetudine, apud menſam plenam neceſſe erat plus ſumere, quam ſuus ferre ſtomachus poſſet. Deceſſit A. MDCXXXI. elatus Academicorum Humoriſtarum humeris. In ea Academia, de qua erat optime meritus *Franc.* Card. *Barberini* opera, ac ſumtibus ampliſſimo funere cohoneſtatus fuit. Vid. I. N. *Erythraeum* in Pinacotheca P. I. pag. 46 qui & eius opera recenſet, & *Moreriam Dans le grand Dictionnaire Hiſtorique Bailletum ingemens des ſavans ſur les Poetes*. *Witta* in Diario Biographico L. *Allacium* in Ap.b. *Vrbanis* in *Gaſpare de Simeonibus*. *Niceronium* l. c. T. XXIV.

(1) Vid. *Petrum Gaſſendum* in vita *Peireskii*: videtur obiiſſe Maio, aut Iunio eiuſdem anni. Vid. Ep. *Pignorii* ad *Donium* num. XXXII. pag. 55. eaque mihi videtur reſpondere Epiſtolae editae num. LII. pag. 89 qua ſe *Donius* in eius amicitiam inſinuaverat. Ideoque legendum arbitrarer in fine Ep. Patavii VI. Kal. Aug. MDCXXXI pro MDCXXIX.

(2) Rem ita narrat *Donius* in Ep. ad *Paganinum Gaudentium* III. Kal. Ian. MDCXXXI num. LIII. pag. 89.

(3) *Gaſpar de Simeonibus* Philoſophiae, Theologiae, Matheſeos, aliarumque diſciplinarum peritiſſimus; in amoenioribus autem ſtudiis ingenio tam ſubacto, ut Latine non minus, quam Etruſce, qua ſoluta, qua numeris adſtricta oratione, felicitate non diſpari ſcriberet. Orationem funebrem de *Hieronymo Aleandro*, Ep. ad *Leonem Allatium* data, quae legitur in Apibus *Vrbanis* pag. 122 ſic delineavit *Bartolomaeus Tortoletus* „ *Si non adfuiſti, narro tibi. Heic* Aleandrum *noſtrum pro roſtris* Mancinianis *laudavit* Gaſpar de Simeonibus *vir eloquens, atque omni eruditionis, ac doctrinae genere inſtructus. Oratio etruſca, cultaque; ſtylus gravis, & purus; ſententiae acres, atque ex arcano penu depromtae; omnia ad veterem notam.* „ *Et quidem conſeſſus ampliſſimus fuit, in quo nonniſi purpurae fulgebant, & lauri, quaſi aemulantes.* Maſcardus *ad ſenatorem* Thuanum *de funere &c.* Aleandri „ *Laudationem in tam celebri funere habuit vir inter Academicos magni nominis* „ *fuit is* Gaſpar de Simeonibus, *qui lucem nobilitatis, univerſae pene literaturae lumine plurimum auxit: Philoſophiae, Theologiae, Matheſeos, aliarumque diſciplinarum peritiſſimus: in amoenioribus autem ſtudiis ingenio tam ſubacto, ut Latine non minus, quam Etruſce, qua ſoluta, qua numeris adſtricta oratione, felicitate non diſpari, ſcribat. Egit vero graviter, ut argumentum, ac theatrum decebat &c.* „ Vid. *Leonem Allatium* in Apibus *Vrbanis* pag. 122. & 123.

(4) Vid. Ep. *Donii*. *Paganino Gaudentio* num. LIV. pag. 91. In Tumulum *Hieronymi Aleandri*.

Hoſpes Aleandri tumulum ſi forte requiris,
Hic brevis illius contegit oſſa lapis.
Cetera, ſi quaeris, Muſarum limen adito,
Liquit ubi ingenii tot monumenta ſui.
Maiora at priſcae probitatis fama ſuperſtes,
Doctorum gratis mentibus inſeruit.

(5) *Laur. Pignorius* Patavii A. MDLXXI. IV. Eid. Octobr. ortus eſt, *Antonio* patre. Candidiſſimis moribus ornatus, a *Marco Cornelio* Patavino Ep. ſacris ordinibus initiatus fuit A. MDCII. Ab eodem A. MDCV. Romam deductus, biennium ibi in vetuſtis monumentis colluſtrandis, ac codicibus volutandis inſumſit. Oblatam ſibi a Magno Etruriae Duce in Piſano Gymnaſio humaniorum literarum, & eloquentiae cathedram per *Galilaeum* Mathematicum, quietis, & Patriae ſuae voluptate captus, renuit. Obiit A. MDCXXXI. aet. LIX. menſ. VIII. Vid. *Tomaſinum* in Elogiis P. II. & *Niceronium* l. c. T. XXI.

tonio Quaerengo, utrinque amiciſſimo aperuiſſet [1], quem ille Romae tamquam aetatis ſuae *Socratem*, & mirari, & libenter audire dicentem ſolebat; voti ſui compos factus eſt [2]. At, quae humanarum rerum viciſſitudo eſt, paullo poſt Eidibus Iunii *Pignorium* e vivis exemtum deflevit, quamtumvis non modicum ei levamentum fuerit, mox audire, tanti amici memoriam elegantiſſimo monumento fuiſſe poſteritati commendatam a *Dominico Molino* Veneto, viro patricio, quale apud *Philippum Tomaſinum*, poſt ea, quae de *Pignorii* Bibliotheca, Muſeoque ſcripſit, videre eſt [3].

XXXVIII. Sed de his ſatis. Nunc ad ea recenſenda propius accedamus, quae *Donius* vir publico bono natus, communi utilitati, hoc eodem anno evulgavit. Noverat iamdiu vir ille ſapientiſſimus, in veteri Latio, paucis demtis incolis, omnem ferme veterum Latinorum gentem, pro ea caeli inclementia, interiiſſe, alioſque ſuperſtites, macie, ac ſqualore adeo tabeſcere, ut Latinorum arva, niſi e finitimis regionibus ad agrum Romanum frequentandum novi quotannis adhaerentur Coloni, penitus deſerta fore, merito eſſet pertimeſcendum. Nec eum latebant, tum publicae, tum privatae hominum querimoniae de truculenta Romani aeris indole. Nam quum alibi ruſticatio, corpori, & animo levando maximo eſſe ſoleat adiumento, eo, non modo ſe recipere, ſed nec vel brevi, ab aeſtivo ſolſtitio, ad aequinoctium autumnale, & aliquando diutius, immorari tuto quis poteſt. Ex quo illud quoque uſuvenire pro comperto habuit, ut neque ager ceteroqui feraciſſimus cultorum frequentia excoleretur, neque Vrbs nobiliſſima, pro magnitudine facti, profanique Imperii Civium, & exterorum infrequentia torperet. Itaque *Auguſtini Steuchi*, Bibliothecae Vaticanae cuſtodis, qui de Tyberis navigatione ſcripſerat [4], & *Marſilii Cagnati* Romani Medici, qui de ſalubritate aeris Romani, ſatis accurate diſſeruerat [5], exemplo

(1) Anno MDXLVI. *Nic. Quaerengo*, & *Eliſabetha Ostella*, natus, *Antonii* nomen accepit vir ſapientia, eruditione, latina facundia, ſuaviſſimis moribus ſummus. Kal. Sept. A. MDCXXXIII. aet. LXXXVII. catharro gravi e vita ſolutus eſt. Vid. *Tomaſinum*, & *Leonem Allaccium* ll. cc. *Donius* vero noſter in in Ep tum. LIII. pag. 89 ad *Laur. Pignorium* ait „ *Quod reliquum eſt, ignorare te nolo, meſaepiſſime agere cum* Antonio Quaerengo, *quem ego tamquam aetatis noſtrae* Socratem, *& mirari ſoleo, & libenter audire dicentem &c.* „ *Is a me rogatus, fidem faciat verbis ſuis, quanti aeſtimem familiarium tuarum numero adſcribi.* „

(2) Vid. *Donii* Ep. ad *Pignor.* l. c. „ Hieronymum Aleandrum, *virum utrique noſtrum, iuſtas ob cauſas, amiciſſimum, qui nuper (heu triſti, nimiſque importuno Reip literariae fato deceſſit) multo ante ipſius obitum rogaveram, ut me in amicitiam, atque notitiam tuam, quam plurimi ſemper feceram perducere vellet &c.* „ Vid. etiam Ep. *Pignorii* ad *Donium* VI. Kal. Aug. MDCXXIX.

(3) In Elogiis illuſtrium virorum Part. II. pag. 199.

(4) *Auguſtinus Steuchus* Eugubinus, ſive Iguinus, quae eius erat patria inſignis in Vmbria, Canonicus Regularis Congregationis S. *Salvatoris*, Romani Pontificis a Bibliotheca, Epiſcopus Kiſoemus, celebris inter ſuos Theologus fuit. Eius opera prodierunt Pariſiis A. MDLXXVI. & MDLXXVIII. & Venetiis A. MDXCI. inter quae occurrit ad *Paullum III. Pont. Max. de reſtituenda navigatione Tyberis a Truſiano agri Peruſini Caſtello, Romam uſque*; quae diſceptatio lucem iam adſpexerat Lugduni apud *Seb. Gyphium* MDXLVI. una cum eius operibus *De falſa donatione Conſtantini*, *& de aqua Virgine in Vrbem revocanda*. Linguas Latinam, Haebraicam, Arabicam, Syriacam, ſcientias omnes, Philoſophiam imprimis mirifice calluit. Vid *Poſſevinum in Apparat. ſacro*, *Miraeum de ſcriptor. ſaec. XVI. M. Simon Hiſtor. Critique du vieux teſtament*. In eodem argumento ſe exercuit *Cornelius Meierus* libro inſcripto „ *Arte di reſtituire la navigazione al Tevere Roma per il Vareſe MDCLXXXV* fol. nec non *Leo Paſcolus* libello, cui titulum fecit „ *Il Tevere navigato e navigabile, in cui ſi prova con autorità evidenti, e non ſoſpette, che ne' tempi paſſati fin da ſua ſcaturigine ſi navigava, che ne' preſenti navigar ſi può, almeno da Oſtia a Pontenuovo ec. Roma per* Ant. de' Roſſi *MDCXL* 4. Vid. de hoc opere iudicium Auctoris Ephemerid. Literar. Florentinar. T. II. pag 363.

(5) *Marſilius Cagnatus* Veronenſis Romae medicinam magna cum laude fecit A. circiter MDLXXX. & in Romano Archigymnaſio profeſſus eſt. Plura opera ſcripſit, inter quae recenſetur *De Romani Aeris ſalubritate* Commentarius Romae per *Aloyſium Zannettum* MDIC. 4. Quid in hoc opere pertractaverit, ex ipſius verbis eruitur pag VII. „ *De qua re novi ſcriptum quidem aliquid a viris doctis quibuſdam; ſed res indicabit ipſa, meam non ſolum non ſupervacaneam, verum neceſſariam operam fuiſſe, qui in animum induxerim, ea literarum commendare monumentis, quae interim ipſe animadverti* &c. *Exponam primo, quae de caelo Romano iactantur vulgo, deinde aperiam, quid mihi tum rationibus, tum experimentis, & auctorum teſtimoniis perſuaſum ſit, poſtremo contrariarum momenta rationum examinabo*. Vid. *Ianum Nicium Erythraeum* Pin P. I. Cap LII. *Vander Linden de Scriptor. Medic. Maffeium Verona illuſtrata Manget. Biblioth. ſcript. Medic. T. II. P. III. Supplement. de Paris MDCCXXXV.* Verum doctiſſimus *Io. Mar. Lanciſius*, Domi obſervationibus plurimum uſus, rem docte, & erudite expoſuit, opere *De nativis, deque adventitiis Romani Caeli qualitatibus* operum T. I. edit Roman. MDCCXLV Deo que *Io. Hieronymus Lapius* opuſculum nuper protulit cum hoc titulo „ *Ragionamento contro la volgare opinione di non poter venir a Roma nell' eſtate. In Roma per* Ant de' Roſſi *MDCCXLIX* 4.

Digitized by Google

emplo incitatus, lucubrationem *de ſalubritate Agri Romani reſtituenda*, anno ſuperiore inchoatam abſolvit, quantum a ceteris graviſſimis occupationibus avocari ſe paſſus eſt [1], & A. MDCXXXI. ſummo Pontifici obtulit; argumentum nactus, in quo non tam copia eruditionis, quam communis utilitas pateficeret [2]. Quum enim nova ſemper, atque in dies inſigniora opera moliri Pontificem praeſentiret [3], novos & ipſe ei ſtimulos admovere non ſupervacaneum duxit [4].

XXXIX. Graviori quippe, ac morboſo caelo uti ferebatur totus ille tractus maritimus, qui ab Vrbe Tarracinam L. circiter milliarium ſpatio protenditur, qui veteris interiacentis Latii fines habiti ſunt, ut vetuſtiſſimi Antium, ſive Circeii; recentioris vero Liris, ſeu Garelianus. Ab altera vero parte non diſſimilis erat maritima Tuſciae regio fere omnis, quae hinc Tyberi, illinc Macra fluviis finitur [5]: niſi quod, quae Arni, atque Auſeris oſtiis adiacet, paullo eſt ſalubrior; & aliquanto etiam magis Lucenſium ditio. Eam aeris intemperiem univerſi ſentiebant, nulli tamen in ea praenoſcenda, atque eliminanda inquirebant, & perquam pauci rectum de ea iudicium ferebant.

XL. Vnus itaque *Donius* tam ingenti malo occurrit [6], unico commentario complexus ea, quae circa hanc *πραγματείαν* audiendo, legendo, meditan-

(1) Ita in Dedicat. operis.

(2) In *Donii* Ep ad *Paganinum Gaudentium* num. LIV. pag LXXXXI. *Verum ne ſcripturire potius, quam ſcribere, aut, quod otioſi quidam literatores ſolent, magna quaedam polliceri, nihil praeſtare nos, malevolus quiſpiam dictitet, poſtremis his vacationibus Σύνταγμα quoddam abſolvimus, anno ſuperiore inceptum, in quo de reſtituenda ſalubritate agri Romani non φιλολογικῶς tantum, ſed τεχνικῶς quoque tractavimus: cui partim ex Phyſica diſciplina, non vulgaria quaedam adnotata admiſcentes, partim ex rei antiquariae penu curioſas nonnullas obſervationes, iuſtae magnitudinis volumen exegimus, ac nunc quidem in eo ſumus, ut SS. D. N. cui dicatum eſt, offeramus.* Quod quidem opus revera fuiſſe a *Donio* abſolutum iam A. MDCXXXIII. ex ipſius etiam *Leonis Allacii in Apibus Vrb.* verbis eruitur; ſed neſcio qua de cauſſa, dum in vivis auctor ageret, lucem non adſpexerit: prodiit deinde A MDCLXVII a *Franciſco, Alexandro*, & *Angelo Doniis* fratribus, Cardinalibus *Barberinis*, necnon Praeneſtes Principi nuncupatum. Poſt Epiſt. qua auctor librum ſuum *Vrbano* Pontifici inſcribit, ſequens etiam addidit Epigramma

Auctor ad Lectorem.

I liber, & ſummo terrarum iudice fretus,
Cui te dicaſti, quem cupiſti vindicem,
Obtrectatorum quos aula ſaginat, & odit,
Contemnere unde tela ſolle lurida:
Tela quidem hoc tutus fortaſſe umbone repelles,
Quae virulenta natio evomit palam:
Si probus es, rabidis ſed ſies dentibus eſca,
Quis illa clam, dum lambit ore, lamberat.

Encomium operis *Vincentii Glareae*. S I.

Conſulis urbi, orbi, foliis aequande ſibyllae
Aeternaque liber vivere digne cedra.
Romae ager impleri qua poſſit Donius *arte,*
Nullae non artes cui patuere, monet:
Vrbanum *monet; hunc librum emetire; Magiſtrum*
Romanae Cathedrae, conſiliique docet.
Eſt ingens libri ſapientia, cuius ab uſu,
Vel ſummi poſſunt diſcere Pontifices.

Atque heic animadvertendus eſt *Hallervordii* lapſus, qui in ſua *Bibliotheca carioſa* p 415. *Donii* libros *de Praeſtantia Muſicae veteris*, de quibus inferius; & *de reſtituenda ſalubritate Agri Romani*, cuidam *Bon Dinio* Flandro aſcribit. Vid honorificum, quod de hoc opere iudicium legitur in libro inſcripto *Giornale de' Letterati. Roma per Niccola Ang. Tinaſſi MDCLXIX.* pag. 122.

(3) In Dedicat. operis,, *Nam quum novis, atque inſignibus operibus, non urbem modo, ſed totam Eccleſiae ditionem muniri, atque exornari a te cernerem, minime culpandus videbar, ſi qua verae gloriae ſtimulis inflammata, qua paternae charitatis face, in publica commoda numquam non excubantis, accenſa tamquam ignis pabulum, recentem laudis materiam ſubiicerem. Quid enim? Hadriani moles firmis, atque ingentibus operibus incluſa: in Vaticano Armamentarium inſtitutum, copioſeque inſtructum: Pontificia domus reconcinnata, atque exculta; in Quirinali egregie ampliata: vetuſta templa a fundamentis reſtituta: Bononienſium, ac Ferrarienſium fines validiſſima hinc arce, illinc opportunis aggeribus praemuniti: Centum Cellarum portus repurgatus &c.*

(4) In Dedicat. operis ad *Vrbanum* VIII.

(5) Vberrima erat quondam tota haec Tuſcorum regio, ut largiſſimi inde fructus ederentur. Iam florente Romano Imperio variis de cauſſis a Cl. *Io Targionio* T. VI. *Viaggi per la Toſcana* pag. VIII. recenſitis, ea pars, quae per littus extenditur, gravis, & morboſa ferebatur, ideoque incolae procul a mari receſſerunt. Ingruentibus poſtea barbaris gentibus, quinque ferme ſaeculorum ſpatio, regiones vaſtarunt, ac prope omnes urbes, & oppida diruerunt, ut Piſas, Populoniam, Volaterras, Saturniam, Suanam, Vados Volaterranos &c. Tuſciam poſt innumeras clades in ſuam poteſtatem redactam, Langobardi in latifundia ſibi diviſerunt. Excuſſa vero paullatim barbarie, licet in dies manſueſieri incolae cepiſſent, agrique ipſi alia prorſus culturae facie indui; nihilominus maxima Tuſciae pars deſerta, ſtagnantibus aquis abundans, ſilviſque obſita remanſit, neque a ſuperveniertibus populis, quorum longe maior, quam hodie fit copia, tribus ab hinc ſaeculis non deerat, priſtinae ſalubritati reſtitui ullo pacto potuit. Non tamen aequalis ubique exſtimanda eſt horum locorum facies, & natura; alibi enim ferme peſtilens, ac lethalis; alibi mediocriter noxia, qualis eſt littoralis regio, longius a paludibus diſtans; alibi demum, nec ſemper, nec omnibus exitialis, ſed gravioribus dumtaxat, atque imbecillioribus hominibus; eo ulmodi eſt montibus propinquior, & remotior a mari.

(6) Ibid *Tametſi enim vix quidquam heic erit fortaſſe, quod non aliquem adverteris, nemini tamen omnia ſimul, niſi ad eamdem ſe accinxerit πολυπραγμοσύνη, in mentem venire potuerunt; etſi venerint, conducibile nihilominus fuit alibi diſperſa componere, ac ſub unum aſpectum dare, ſaltem, ut peritioribus,, facultas de tota re aeſtimandi adeſſet. Nihil enim mihi propoſitum eſt aliud, quam publicae litare utilitati &c.*

tandoque collegerat [1]. Multa quidem cognitu digna de Romani aeris natura praemiſit, oſtenditque Romanum caelum inſalubre, ut vulgo fertur, ac noxium, neque fuiſſe umquam, neque eſſe aexiſtimandum [2]. Reliqua exinde tribus quaſi gradibus ad finem progreditur diſquiſitio. Primo quaeritur, qualis olim huius aeris natura fuerit, quantuſque ager ei potiſſimum caeli vitio obnoxius; nec eius regionis adumbrare ſinit feracitatem, quam florentibus nedum Italiae rebus [3], ſed etiam poſterioribus ſaeculis Romani experti ſunt.

XLI. Eius vaſtitatem ab ea potiſſimum ducit Vrbis obſidione, qua *Aiſtulphus*, Langobardorum Rex, Vrbem cinxit, ut *Stephanum* III. Pontificem Max. ac Romanum Populum divexaret [4], & contra fidem *Pipino* Francorum Regi datam, adeo Romanum agrum ſubvertit [5], ut depopulatis arvis, viciſque, ac tectis incolarum maxima ex parte incenſis, multo ille maiora damna a Langobardis acceperit [6], quam a Gothis olim, ac Vandalis [7]. Sequenti dehinc ſaeculo, quae humanarum rerum viciſſitudo eſt, Francorum copiae, ad tutelam olim Apoſtolicae Sedis deſtinatae, *Ludovicum* II. *Pipini* pronepotem, ducem ſequutae, quem *Sergius* II. Populuſque Romanus hoſpitio exceperant, caſtra in finitimis habentes, totam illam maritimam regionem noviſſime vaſtarunt [8].

XLII. Sed & infeliciora tempora, ex diſſidiis propemodum, atque ſocordia Chriſtianorum Principum, maximeque *Caroli* Magni nepotum, ſunt conſequuta, dum nullo reſiſtente, ſuperioris Italiae regiones ab Hungaris; inferioris vero a Saracenis, caedibus, & ruinis vexatae fuerunt. Hi omnes non Apuliam modo, Lucaniam, Bruttios, Salentinos, quos in populos maxime ſaevitum eſt, ſed Tuſcorum quoque, Latinorumque fines praetergreſſi, maritima quaeque oppida miſerandum in modum diripuerunt; ut Romani agri cultores patriis extorres finibus, in montanis, utpote tutioribus locis, concedere coacti ſint. Oppida quoque urbi viciniora, & in montibus locata, quae exinde feliciora tempora ſortita ſunt, diſſidiis fruſtrata inter Romanos Pontifices, ac Germanos Caeſares ſubortis, necnon identidem inter populum Romanum, & Vrbanos Proceres, ita everſa fuerunt, ut vix ulla hodie Italiae pars intueri detur deſerta magis, atque incolis vacua [9].

XLIII. Hiſce praeiactis, ad inſalubritatis cauſſas indagandas accedit, ut eas, ſi fieri poſſit, radicitus evellat. Enumerantur imprimis Auſtri flatus, cali-

(1) Iam hoc ſyntagma in Idea, ſeu deſignatione aliquot operum l. c. pag. CXCIV deſignaverat in hunc modum. *Huc etiam referri poſſent, quae de Reſtituenda Salubritate Agri Romani meditamur, quam ad rem multa excogitavimus, quae non facile cuiquam in mentem venerunt, magni fortaſſe momenti futura, ad praeclarum illud opus aggrediendum. Multa etiam auctorum loca ad hoc inſtitutum facientia in adverſariis notata habemus, eo conſilio, ut ſi quando nobis otium, ac facultas detur, quid in eo poſſimus, experiamur. Hoc opus circa hos cardines verſabitur: an ager Romanus revera ſit peſtilens, & inhabitabilis. An olim ſic fuerit: quo tempore vaſtus fieri ceperit. An ullo humano remedio in priſtinum ſtatum reduci queat: quae remedia habenda ſint potiora, &c.*

(2) *Donius* l. c. pag. 57 ſeqq & *Ferdin. Nutius* Romanus Praeſul, & Annonae Praefectus in libello cui titulum fecit „ *Diſcorſo intorno alla coltivazione, e popolazione della Campagna di Roma. Roma MDCCII* 4 pag. 23. ſeqq.

(3) *Strabo Geograph Lib. V. edition. Amſtelaed apud Ioann. Wolters MDCCVII. pag. CCCLIII.* Κἀκεῖνα δ' ἐπὶ [illegible] μον, καὶ [illegible] &c. De Romanae Vrbis magnitudine conſulendi *Iuſtus Lipſius lib. III. Admirandorum, ſive de magnitudine Romana* Cap II. *Nicolaus Bergierus* Lib. III. *de publicis & militaribus Romani Imperii viis* Cap. XVI. ſeqq. & qui modum excedere videtur *Iſaacus Voſſius* in variis obſervationibus editis Lond. MDCLXXXVI. 4. *Donius* vero pag. 59 firmioribus ductus rationibus, decies circiter centena hominum millia, aut non multo plures in ipſo Imperii flore, puta ſub *Traiano*, vel *Hadriano*, fuiſſe putat.

(4) Extant aliquot Epiſtolae ab eodem *Stephano* in Galliam ad *Pipinum* miſſae, adeo miſerabiliter conceptae; ea praeſertim, in qua SS Apoſtolorum *Petri*, & *Paulli Pipinum*, ut Romae opituletur obteſtantes perſonae inducuntur, ut paene legentibus lacrymas extorqueat. Vid. *Caeſarem Baronium in Annalib. Eccleſ. Iacobum Gretſerum* Operum T. VI Ratisbonae MDCCXXXV. pag 686. ſeqq. *Labbaeum* in Conciliis Tom. VI editionis Pariſienſ. A. MDCLXXII. *Muratorium Annali d' Italia* ſub A. DCCLV.

(5) *Donius* Pag. 69 & *Nutius* pag 14.

(6) Ibid. pag. 70 Vid etiam *Petrum Angelium Bargaeum* in Ep *De privatorum, publicorumque aedificiorum Vrbis Romae everſoribus Florentiae apud Bartolemaeum Sermartellum MDLXXXIX. 4. pag. 41. ſeqq.*

(7) Vid. *Nutium* l. c.

(8) *Donius* l. c. pag 68

(9) Sic Tuſculum florentiſſimum tunc oppidum A. MCLXIX. a Romanis, moenibus nudatum eſt. Alia eiuſmodi plura exempla adferuntur a *Donio* l. c. pag. 71. ſeqq

calidus, atque humidus, crebrae paludes (1), Tyberis curſus ſinuoſus, atque in anfractibus τεναγώδης, ſalinae, ſilvae, fontes medicati, inſepulta cadavera, & herbae putreſcentes ob variam, ac diſcordem mixtionem. Aqua etiam gravis, & in litoralibus Latii, ac Tuſciae humilis, & intermortua, ſoli arenoſus ſitus, ac forma (2), Romani caeli intemperiem promovent, ſubitis, magniſque mutationibus obnoxium. Regionis denique facies, quae, quum nec plana ſit, nec montuoſa, ſed potius multis ubique convallibus, & cavitatibus interſecta, ita aerem intercipit, ut a ventis non facile perflari poſſint exhalationes, quae, quum humidiores fiant, συζυγίαν efficiunt, humanis corporibus omnino infeſtam.

XLIV. Ad ultimam diſputationis partem progreſſus, de remediis agit, quibus admoveri manus poſſet, nec inani labore, neque ingentibus ſumtibus, nec immenſa operariorum multitudine, nec nimia temporis diuturnitate. Quoſdam indicat gradus aeris minus noxii, ac locorum, quae ſalubriora facili molimine reddi poſſent. Paludes, ac praecipue Pontinas (3), foſſis ad mare ductis, ſiccari iubet, adeo ut, complanatis etiam depreſſioribus locis, aggeſtaque humo, ubi opus erit, ſegnis, & marceſcentis aquae nihil intus remanear. Exſcindendas praeterea cenſet heinc, & illinc ſparſim ſilvas, quae maximam partem litorum occupant, ac liberum ventorum adflatum impediunt; unde frequentes lamae, lacunaeque caenoſae, quae depreſſis, condenſiſque locis occurrunt.

XLV. His abſolutis, exſtruenda tecta, atque habitacula novis colonis, in certis quibuſdam ſedibus arbitratur; opportunos quoſque ſitus, celſiora ſcilicet loca, indicat, atque aedificiorum commodam, aptamque diſtributionem exhibet (4). In planis locis, & a mari remotis, nullo pacto aedificandum cenſet, niſi longo poſt tempore, crebriſque iam caſis undequaque excitatis. Alias denique levioris negocii cautiones, tamquam ſubſidiarias adfert. Huius generis, ait, eſſe populos nigras, vel albas, recto ordine circa camporum limites conſerendas; concluditque conſulendum in primis eſſe de commodis, atque exemtionibus colonorum a quibuſcumque gravaminibus, quae inviolabiliter ſervanda, atque augenda eſſe nemo non videt, quo in agrum Romanum libentius confluant (5).

XLVI. Heic vero mihi temperare nequeo, quin ad te orationem convertam, Silvi Valenti Cardinalis ampliſſime. Perge, ut facis, Romani agri inſalubritati conſulere: quoniam tot inter ardua negotia, quibus praegravaris,

i non

(1) *Donius* l. c. pag. 96 ſeqq.

(2) Huic incommodo remedium ſatis certum, atque efficax proponit pag. 163 ad exemplum ſcilicet Batavorum, ac Friſiorum, humilem, ac declivem Latini, Tuſcique litoris plagam communiendi, qua primum madeſcere fluctu incipit, magnis praeductis aggeribus: ita enim, ſi non in totum, at maiori tamen ex parte peſtilentium ἀναθυμιάσεων fomes, atque origo ceſſaret.

(3) *Donius* pag. 113. ſeqq.

(4) Pag. 150 ſeqq.

(5) De huiuſmodi privilegiis fuſe agunt *Donius*, & *Ferdinandus Nutius* l. c. pag. 28. ſeqq. & de Pontificum Conſtitutionibus pro agricultura latis idem *Donius* pag. 87. Huc reiicienda ſunt, quae *Franc. Baconius* de Verulamio animadvertit, ſermone inter fideles XXXIII. ubi de plantationibus Coloniarum „ Coloniae eminent inter antiqua, & heroica opera &c. Plantationem populorum probo in ſolo puro: intelligo ubi Populus non deſtruitur, ut Populus inſeratur: hoc enim, quum fit, extirpatio prorſus eſt, non plantatio. Plantatio regionum non abſimilis eſt plantationi ſilvarum, in quibus de utilitate capienda nihil cogitandum ante annum XX. verum fructus uber, & locuples, in fine operis expectandus „ Indignum quiddam, & infauſtum eſt, quum faex populi, exules, & damnati, in Coloniae ſeminarium ſumuntur. Quin & Coloniam ipſam corrumpit, & perdit. Huiuſmodi enim homines profligati, inſtar erronum degent, nec operi ſe accingent, ſed otio ſe dedent. „ Populus, qui in Coloniam ſumatur, praecipue ſint artifices generum ſequentium: hortulani, aratores, foſſores, fabri ferrarii, fabri lignarii, piſcatores, aucupes, chirurgi, pharmacopolae, coci, piſtores, cereviſiarii, & huiuſmodi. „ In regione, ubi plantare inſtituis, circumſpice primo, quod genus eſculentorum, & poculentorum terra ex ſeſe, ſine cultura edat „ Maxima autem pars ſoli, quod in hortos, aut ſegetes convertitur, horreis publicis adſignetur, in quibus fruges reponantur, & menſura certa diſtribuatur; ita tamen, ut ſuperſint nonnullae fundi portiones, in quibus induſtria ſingulorum ſe exerceat. „ Regimen Coloniae committatur uni, cui tamen aſſideant conſiliarii aliquot, atque muniatur auctoritate ad exemplum iuris militaris, ſed aliquantulum reſtricta. „ Super omnia flagitioſum eſt, Coloniam ſemel deductam, deſerere, & deſtituere &c.

non illa quidem poſtrema cura eſt, Te recondita quaedam ſalubriora, & a paucis tentata ſolerter inveſtigare, atque omnigena eruditione capaciſſimum rerum omnium pectus inſtruere. Ad perficienda vero reliqua operoſiora, mens, & voluntas non deerit. Faxit Deus, ut aliquando, tanto, tamque optabili bono Tuſcia quoque noſtra fruatur [1], eamque gloriam ſuo potiſſimum FRANCISCO CAESARI, ET MAGNO DVCI acceptam referat, ut noſter ager contumaci morbo oppreſſus, remediis olim a *Io. Bapt. Donio* indicatis, & nuper ab *Io. Targionio* [2], morboſum habitum tandem exuat. Sic enim aexiſtimo, tutiſſimam iniri poſſe viam, qua ſquallens, & languida haec Latini, Etruſci, ac Sabini agri pars, ſine immenſis ſumtibus, citra inexhauſtos labores, non uno tempore, ſed paullatim, ad eum ſtatum reduci poſſit, ut ibi non minus, quam Romae, & Florentiae ſaluberrimo caelo homines perfruantur.

XLVII. Inſequente anno milleno ſexcenteno triceno ſecundo, amici cuiuſdam ſuaſu, qui *Donium* in abſtruſioribus eruendis antiquitatibus multum poſſe cenſebat; in obſcuriſſima veteris muſicae parte, organica videlicet, multum operae impendit. Hinc etiam occaſionem nactus Lyricam *Vrbani* VIII. poeſim celebrandi [3], veterum Lyram, intermiſſam diu, ac paene intermortuam in uſum revocavit [4]. Affines organorum ſpecies, totamque cytha-

(1) Huius bene feliciterque ſuſceptae provinciae experimentum habuimus, revolutis proxime annis in ea Volaterrani litoralis parte, quam excolere, noviſque incolis advocatis uberiorem reddere ſtegit vir longe laudatiſſimus Marchio *Carolus Ginorius*, cuius magnanimos auſus non immerito *Evodius Aſſemannus* Archiepiſcopus Apameae elegantiſſimis his e Inſcriptionibus poſteris commendavit.

CAROLVS GINORIVS
LAVRENTII SENATORIS F.
EQVES SENATOR FLORENTINVS
RIPARBELLAE BIBBONAE CASALIS
ET GVARDISTALLI MARCHIO
MAGNI DVCIS HETR. A CONSILIIS
IN HAC TYRRENI MARIS ACTA
LONGO IAM TEMPORE DESERTA
AQVIS IN ALVEVM DEDVCTIS
STAGNIS EXSICCATIS
HISQVE AEDIBVS ERECTIS
AERI SALVBRITATEM
NOVIS INCOLIS SEDEM
AGRIS CVLTVRAM
FRVGIFERIS ARBORIBVS CONSITIS
RESTITVIT
ET TVRRIM QVAE MARI ALLVITVR
AD ORIENTEM STATVIT
ANNO MDCCXXXX.

CAROLVS GINORIVS
LAVRENTII SENATORIS F.
EQVES SENATOR FLORENTINVS
RIPARBELLAE BIBBONAE CASALIS
ET GVARDISTALLI MARCHIO
MAGNI DVCIS HETR. A CONSILIIS
HAS AEDES
SVB COELO SVAE DITIONIS SALVBRIORI
A FVNDAMENTIS INTRA ANNVM
AERE SVO ABSOLVTAS
NOVIS INCOLIS VNDIQVE ACCITIS
OPIFICIBVS VARIIS
MVRRHINARIIS PRAESERTIM FIGVLIS
CORALLIQVE PISCATORIBVS
FACILIORI COMMERCII INCREMENTO
DESIGNAVIT
ET TVRRIM AD CECINAE OSTIA
A MARI P... ALT. GR... LONG... LAT..
EREXIT. ANNO MDCCXXXX.

(2) *Donium* preſſo pede ſequuti ſunt laudatus *Nutius*, & Ioannes *Targionius* Diſceptatione, cui titulum fecit „ *Diſcorſo intorno alle cauſe, ed a' rimedi dell' inſalubrità d' aria della Maremma Toſcana*. Extat Tom. VI. eius operis, cui titulus „ *Relazioni d' alcuni viaggi fatti in diverſe parti della Toſcana ec. Firenze MDCCLIV.* 8.

(3) Vid. Ep. ad *Vincent. Marinerium*. Dat. Eidibus Novembr. MDCXXXII. num. LXV pag. 106.

(4) Conſulenda eſt ad *Vrbanum* VIII. Ep. operi praemiſſa Dat. A MDCXXXII. incipit „ *Antiquorum Lyram Beatiſs. Pater* „ *Sanctitati Tuae ſupplex offero, & ſi patriis exornari* Barberino *nomini in perennem hominum memoriam inſcribo. Non obſcurum eſt, quantum tua ſingularis in me benignitas, excellentiſſimaeque domus tuae, atque in primis Eminentiſſ. Domini mei* Franciſci Cardinalis Barberini, *cuius vel nomine ipſo recreor, indulgentiſſimus favor me totum ſibi devinxerit, ac mancipaverit*. Vid. compend. Tractatus de' *Generi e Modi* p. 89. ſeqq. & de Praeſt. Muſic. veter. pag. 131.

cytharodiam perſequutus eſt, iunctis etiam multis antiquiorum praecipue organorum iconiſmis, a quibus huiuſmodi tractatio inſtructior fieri poſſe autumavit [1]. Addidit etiam onomaſticon complurium vocabulorum, quae a Graecis potiſſimum vocibus mutuaverat, utpote ad venuſtatem eius artis accommodatiora; nec non Poemata duo muſicis modis ita aptata, ut quantitatis ſyllabarum ratio, atque emendatae prununciationis ingenuus ordo ſervaretur; quae res nemini antea tentata, feliciſſime ceſſit. Alterum fuit carmen Hyponchematicum in reditum Pontificis ex Albano ſeceſſu, in quo Diaſtalticae melopoeiae ſpecimen ſumſit: alterum Monodia in obitum *Virginii Caeſarini*, cuius egregii Principis memoriam renovare ſtuduit, in quo ſyſtalticam melopoeiam, & molliores, ideſt moeſtiores affectus eleganter expreſſit [2].

XLVIII. Ceterum organum iſtud, quod cum Teſtudine, Sambucaque, quam harpam vocant, communicat plurimum, ſive plenitudinem, ac ſuavitatem ſoni aeſtimes, ſive multiplices uſus, & commoditates, quae illi affatim ſuppetunt, tale evaſit, ut omnium expectationem ſuperaverit, ac periſiſſimis citthariſtis mire ſatisfecerit. Idcirco non indignum *Donio* viſum fuit, quod *Vrbano* VIII. una cum libro inſcriberetur, eiuſque ſymbola praeſeferret [3]. Amphicordum vero, ideo nuncupavit, quod fuerit, tamquam duplex organum, & altera ex parte aereas fides, ex altera nerveas aptavit, cum nonnullis non illepidis additamentis, quae ita *Donius* ipſe perſequitur [4].

XLIX. „ Quare prae aliis organis, hoc etiam *Barberina* Lyra excellit plurimum, quod pluribus decoriſque modis fidicini ſe accommodat. Atque haec ſunt, quae de novo hoc inſtrumento, ut ab occupato, & diverſiſſimis longe rebus intento, in praeſentia dici potuerunt. Quoniam vero, niſi me opinio fallit, omnia ei abunde ſuperſunt, quae ad abſolutiſſimum organum requiruntur, puta, ſoni ſuavitas, atque amplitudo, formae concinnitas, ac novitas, ubertas phtongorum, ac facilitas pullandi, atque alia eiuſcemodi; non inter poſtrema huius ſaeculi inventa (novarum rerum alioqui feraciſſimi) numeratum iri ſperamus: atque adeo aeternitatem operi, ut veteres loquebantur, ſeu, ut nos rectius dicimus, diuturnitatem polliceri audemus, ſub tutela praeſertim *Barberini* nominis; quod quum amorem, ac favorem humani generis, propter inſitam nobiliſſimae ſtirpi incomparabilem bonitatem, atque humanitatem iampridem

 prome-

(1) *Donius* in Ep. ad *Marbaerium* n. LXV. p. 506 „ *Inter alia librum habeo prae manibus propediem edendum. In quo novum a me organum repertum, cuius tibi delineationem miſi, ſeu potius Lyram veterem, e tenebris erutam, noviſque additamentis exornatam deſcribo &c.* Idem legitur in libro de praeſtantia muſicae veteris, idem alibi. Neque heic omittenda ſunt eius verba in praefatione ad Lectorem, Lyrae praefixa „ Quum igitur in muſicis ſtudiis tantum operae in adoleſcentia poſuiſſem, quantum ſatis erat homini liberaliter a parentibus educato, & Encyclopaediae non prorſus ignaro, multaque, uti fit, aliud agendo, adnotaſſem; cepi mecum ipſe reputare, an heic quoque poſſem, quo me naturae genius ducebat, in commune prodeſſe, & pulcherrimam hanc facultatem (quae malo ſuo fato nondum veterem dignitatem, atque ornamentum, ſicut aliae quaedam artes, recepit) ſuis, atque avitis ornamentis reſtituere. Verumtamen aliis in praeſens omiſſis, quae plus otii, atque attentiorem curam requirebant; appropinquantibus praeſertim hilarioribus diebus, quibus animum recreare mos eſt, pro indoctis, inſulſiſque comoediis, quae tam multos paene ad inſaniam detinent, Lyrae, Citharaeque veteris formam, atque indicaturas, quas Grammatici afferunt, cepi curioſius contemplari, atque invicem componere. Primum igitur de Lyra, Citharaque diſquirendum eſt, eiuſdemne organi ſint vocabula, an diverſi; qu dve inter ſe differant, Teſtudo, Chelys, Phorminx, aliaque eiuſmodi muſicorum organorum nomina, tum cetera ſuo ordine proſequemur &c. Nonnulla vero de Lyra, variiſque eiuſdem figuris exhibet, & explicat *Marinus Merſennus* libris poſtremis *Harmonicorum Paris.* MDCXLVIII fol. Vnde in Ep. *Gabrielis Naudaei* ad *Donium* Dat v. Kal. Nov. MDCXXXIII. legitur „ *Da lui* (*cioè dal* P. Filippo Tomaſini) *aveva già imparato, quanto VS. ſi era felicemente affaticata in quella ſua Lira* Barberina, *della quale diedi conſeguentemente ragguaglio al P* Marino Merſennio, *perchè egli ancora, come credo, che ſappia bene VS intraprende per medeſimo rincontro di fare un altro libro per eſplicazione, e delineazione di tutti gli ſtrumenti di muſica tanto antichi, che moderni, de' quali ho già ricevuto la delineazione in rame della Piva, di maniera che, per quello conoſco nel medeſimo diſegno, fra due Valentuomini, non potrà produrre, ſe non qualche effetto di grandiſſimo rilievo.* „

(2) Haec fuſe *Donius* perſequitur in Ep. ad *Gaſp. Scioppium* num. XCIX. pag. 156.

(3) In fine Commentarii de Lyra *Barberina*. Vid. cit. Ep. ad *Scioppium* Eadem vero Lyra, quam *Vrbano* VIII. *Donius* obtulit, argenteis apibus, & laminis exornata, egregieque fabrefacta ab heredibus Florentiae adſervatur, eamque lubentiſſime vidi, ac pertractavi.

(4) L. c. Cap. XIV.

promeruerit, ſperare pariter poſſumus non illi tantum lucem, ac celebritatem, ſed communem eruditorum, ac muſicorum plauſum acceſſurum. Quod ſi ſaltem eius inventionem, quae non modico labore, ſumtuque nobis conſtitit, non ingratam Philomuſis fuiſſe cognoverimus, ad alia fortaſſe non minus inſignia organorum genera, qua vetera, qua nova, animum aliquando adiiciemus. In his vel praecipua ſunt *Pythagorae* illius Zacynthii tripus, cuius *Athenaeus* meminit, antiquorum vera, ac genuina Cithara, Citharochelys; ſic enim vocari poteſt organi genus, quo pariter Teſtudinis ritu, ac Sambucae, ſeu Citharae Fidicen uti poſſet, adiecto videlicet canone manuali, atque aliquot fidibus, ὑπερβατικῶς diſpoſitis, Lyropandura, organum videlicet, ex Lyra veteri, Panduraque (quam *violam* eſſe ſuſpicantur) compoſitum; in quo praeter praecipuas chordas, quae arculo raduntur, aliquot etiam laevo pollice conſonanter pulſari poſſunt, nec unius tantum, ſed duorum, ac plurium tonorum harmoniae commiſceri, cum omnium generum propriis phthongis, intervalliſque rationalibus, & κατὰ τὸ ἀκριβὲς diſtributis, quod de aliis ferme intelligendum eſt. Barbitus teleoſymphonus δίπηχυς, & κοιλόπηχυς cum duplici hyperhypatarum ſerie, quae ſibi minime invicem officiunt. Teſtudo Panarmonia, ſecundum vulgarem harmoniam diviſa, ſed in qua, ope ἐπισφιγκτῆρος cuiuſdam praecipuum ſyſtema, ſive in acutum tolli, ſive in grave deprimi poſſit, mobili magade, pariter hyperhypatarum menſuram, plus minuſve contrahente Sambuca, δίκυτος diſticha, vel tetraſtica, in qua plures harmoniae pluraque genera κατὰ τὸ ἀκριβὲς διαςημάτων pulſari commode poſſunt, receptis etiam, ſicuti libuerit, pro aliquo ſyſtemate aereis chordis.

L. His adiungere poſſem nonnulla alia inſtrumenta e tenebris vetuſtatis a me eruta, ex iis potiſſimum, quae flatu implentur (φυσητὰ Graeci vocant) qualis eſt fiſtulae quaedam operoſior ſpecies, quae non a ruſticis, & paſtoribus, ſed a muſicis uſurpabatur. Ex genere vero τῶν κρουπεζιῶν ſcabillus, qui pedibus pulſabatur, cuius ſpeciem ex veteri marmoreo monumento, uſum vero ex priſcis ſcriptoribus deprehendiſſe videor, brevique fortaſſis publici iuris faciam. Panduram vero diharmonicam, quam iamdudum molior, & niſi artifex diu me fruſtratus eſſet, abſolutam haberem, vehementer nunc urgeo, ac propediem, ut ſpero, perficiam, eiuſque uſum, inſignemque utilitatem, quam in Epitome Commentarii de Generibus, ac Modis, intra paucos dies edenda, expoſui, opere, atque effectu ipſo pulſandi, accinendique, omnibus muſicae rei ſtudioſis approbaturum me confido. In ea ſiquidem ſeptem, vel octo nervis inſtructa, iiſque bipartito diviſis, non tantum duo, pluresve modi, ſive harmoniae (neque enim de recentioribus loquor, quibus nec Toni, nec Modi nomen competere oſtendi, ſed eos dumtaxat eſſe diverſas portiones eiuſdem ſyſtematis) edi poterunt, ut ſecundum priſcum morem ab altera in alteram μεταβολὴ, ſive tranſitus opportune fieri poſſit: ſed etiam verum Chromaticum, atque Enharmonicum genus, non ſatis hactenus perceptum auditi, ſingulaque intervalla omni aequatione, ſeu participatione reiecta, iuxta exactam rationem (ex qua conſonantiarum perfectio oritur) uſurpari. Quo invento nemo inficiari poteſt, quin pulcherrima, ac praeſtantiſſima muſicae pars in priſtinam ſpeciem, decorem, atque excellentiam reſtitui poſſit, atque in poſterum multo luculentiora, ac παθετικώτερα cantica concipi queant.

LI. Illud etiam in primis apparebit longe hallucinatos fuiſſe, quotquot de muſica recentiores ſcripſerunt, dum ſigna, quae vocant accidentalia, ſeu chordas, & voces ab iis indicatas, mutationem generis, non Toni, ſeu Modi inducere crediderunt, hoc eſt hodiernas cantilenas, quae huiuſmodi chordis

admi-

admixtae ſunt, non puras eſſe diatonicas, ſed ex parte chromaticas, quamvis revera pauciſſimis quibuſdam exceptis, mere diatonica ſint, ac dumtaxat rudimenta quaedam contineant Tonicarum metabolarum, quae a priſcis olim in cantilenis variis, ac ſcenicis, ſed longe facilius, & copioſius uſurpabantur; & deſinant tandem qui veterum inventa, atque incredibilem in rebus muſicis ἀκριβοτεχνίαν, ut non intellectam flocci faciunt, recentiorum peritiam (qui ex tot muſicae partibus unicam fere Symphoniurgiam excoluerunt) in caelum extollere, ac mirari; perinde ac ſi nunc demum ad ſummum praeſtantiae, ac dignitatis apicem haec facultas devenerit; quae nimium, quantum Deus bone, ob iniuriam temporum, ac barbarorum ſaevitiam degeneravit! quamvis intra hoc ſaeculum (fatendum enim quod res eſt) refloreſcere rurſus, atque elegantiorem ſpeciem reſumere ceperit. Sed de his alias. „

LII. Novum hoc repertum, tantum gloriae auctori ſuo comparavit, ut non modo *Kircherium* (1) & *Cionaccium* (2) habere laudatores promeruerit; ſed & recentiores quoſdam, *Salvinum* ſcilicet (3), & *Mannium* (4). Neſcio tamen, quo fieri fato potuerit, ut vivente *Donio*, opus illud numquam fuerit evulgatum; quantumvis id auctor Typis Pariſienſibus adſequi curaſſet, interpoſitis officiis *Gabrielis* potiſſimum *Naudaei* (5), nec non *Franciſci* Cardinalis *Barberini*. Tantam vero Literariae Reip. iacturam ſarcire curavit Cl. *Gorius*, evulgatis primo harmonicis illis *Donii* operibus, quod felix, fauſtum, fortunatumque ſiet (6).

LIII. Multas interim ad Amicos literas dedit, praecipue vero ad Divinum *Galilaeum* V. Kal. Novembris A. MDCXXXIII. quibus de novis a ſe in muſica facultate repertis virum longe doctiſſimum certiorem faceret (7). Senis detinebatur id temporis *Galilaeus*, Quaeſitorum fidei iuſſu, penes *Aeneam Picolomineum* illius Eccleſiae Pontificem (8), qui *Galilaeum* aliquando docentem audierat, eumque benevolentia ſingulari complectebatur.

LIV. Ea vero nominis celebritas *Donium* extulerat apud literatos viros, ut celebriores eruditiorum hominum caetus, cum in ſuum ſinguli ordinem adſcribere ſatagerent, prout & Florentiae (9), & Patavii (10) id fuiſſe factitatum non igno-

(1) In Muſurgia univerſali T. I. Lib. VI. pag. 486. „ Ioannem Baptiſtae Donii *inſignis huius temporis Muſici Lyram* Barberinam, *& Panharmonicam Chelyn, quam particulari libro deſcripſit*. „

(2) In origine, & progreſſu Cantus Eccleſiaſtici. „ *La Lira* Barberina, *ſuono di corde a mano, ritrovato dal preclariſſimo noſtro* Gio. Batiſta Doni, *detto in Greco, e in Latino che ha ſcritto con tanta erudizione* de veteri Muſica, *ſtrumento nato, e morto col ſuo autore, ſolo* (in quo quidem hallucinatus) *perche non ha laſciato nè in iſcritto nè in voce a i poſteri il modo di maneggiarlo*. „

(3) In adnotationibus, quas operi adpoſuit Cl. viri *Ludov. Ant. Muratorii della perfetta Poeſia*, Lib. III. pag. 32.

(4) In Libro de Florentinis Inventis Cap. XXXVI.

(5) In Ep. quadam Domino *Du Puy a Donio* Lutetiam conſcripta, quae occurrit inter ſchedas Epiſtolicas, legitur „ *au reſte je vous prie de conſigner entre les mains de Monſ.* Naudè *mon livre ſur la* Lyre Barberine, *attendu que jè l'ay prié de m'en procurer l'edition: & en cas qu'on ne l'imprime point par de la, de me le renvoyer pour la mettre en lumiere par deça &c* „ In Ep. CLXXI pag. 239 Anonymo ſcripta, qui in familia erat *Franc.* Cardinalis *Barberini* „ *Si contenti di recuperare da Monſ. du Puy* (per errorem in Ep. edita legitur *Poy*) *il mio libro ſopra la* Lira Barberina, *quando però l'Eminentiſſimo Signor Card.* Franceſco *non aveſſe caro, che ſi ſtampaſſe coſtì ec.* „

(6) *Donii* commentarium de Lyra *Barberina*, quod in Florentina editione exhibetur mutilum, atque imperfectum mihi videtur, nam praeter lacunas, quae multis in locis obſervantur, deſunt in ſine, onomaſticum, ac poemata illa, quae muſicis modis aptaverat, ut ait in cit. Ep. ad *Scioppium*. Fortaſſe eius autographum vel apud *Naudaeum*, vel apud *Barberinum* Cardinalem remanſit. Conſtat enim ex *Donii* Ep. paullo ante, quam e vivis exſcederet, exarata, opus ſuum penes eos fuiſſe.

(7) *Donius* Ep. num. LXIX pag. 115. „ *Quanto a miei ſtudi, ſappia VS., che io attendo più che mai alla Muſica, dove per quel poco di talento, che Dio mi ha dato, mi pare d'aver ſcoperto ſin quì (oltre le coſe cavate da' MSS. Greci) belliſſime oſſervazioni, così nella parte del Melos, come del Ritmo; et in particolare circa i Modi, o Tuoni antichi, con penſiero, quando che ſia di provare, ſe mi riuſcirà ridurli in pratica con un nuovo inſtrumento, che o per la fantaſia, nel quale ſi potranno ſonare le conſonanze nella loro perfezione. Io ſpero, che dal libro compoſto ſopra la Lira* Barberina *(il quale uſcirà preſto fuori) ſi potrà giudicare quello, che io poſſo fare in queſto genere* „

(8) In Ep. cit. „ *Godo che Monſignore Arciveſcovo tenga memoria di me, che ſono forſe de' più antichi, che egli abbia qua ec.* „

(9) Receptus eſt A. MDCXXIII. in Academiam Florentinam, plenis omnium ſuffragiis. Vid. *Rilliium*, *Notizie Letterarie, e Iſtoriche dell'Accademia Fiorentina*, & *Salvinum* *Salvinium* in Faſt. Conſularibus eiuſdem Academiae.

(10) *M. Ant. Cornarus* Ep. Patavinus *Donio* per literas ſignificavit VIII. Eid. Iulias A. MDCXXXIII. in Patavinae Academiae coetu, vulgo *de' Ricovrati* cum fuiſſe ſummo omnium conſenſu cooptatum. Vid. Ep. editam num. LXVI. pag. 109.

ignoramus. Accepit interim ab amico ſuo *Peireskio* inſigne volumen circa theoriam muſices [1], quod ſtudiis ſuis impenſius excolendis maximo adiumento eſſe poterat. Et profecto nova ſemper in dies ingenii ſui monumenta literis conſignare non deſtitit. Siquidem intentatum opus, de tota modulandorum carminum ratione [2] adortus eſt, in quo, cum praeter alia multa nota, ſic ad veterem muſicae praeſtantiam, ac maieſtatem in uſum revocandam neceſſaria protulit, tum illud potiſſimum in propatulo collocavit, quam ſapienter, ac provide *Vrbani* VIII. iuſſu, hymni ſacri, metricis legibus tunc fuerint reſtituti, ſine quibus, videlicet ſui parte, quae Rhythmus eſt, mutila, & inſuavis muſica facultas videri poterat [3].

LV. Qum vero τῶν μυσικῶν praecipui ſcriptores tres, ſive partes, ſive ſpecies eius artis conſtituant, quarum prima, ac potior circa harmoniam verſatur, altera circa rhythmum, tertia circa metrum; vel hinc datur intelligere, metricam tractationem ad muſicum pertinere. Nam ſicut Grammaticus in metris, ſive carminibus tradendis, eorum ſpecies, ac nomenclaturas accurate perſequitur, quibuſque ex pedibus componantur, quaeque ex iis poematum genera gignantur, aliaque eiuſmodi ediſſerit; ita, quae ad inſtitutum ſuum faciunt, ex rei metricae diſciplina tantum ſeligit muſicus, cetera grammatico relinquit: eſt autem, ut in univerſum dicam, numeroſa, ac poetica oratio, quaſi quaedam incipiens, ac nondum abſoluta muſica, cuius quidem certos quaſi quoſdam gradus, ac proceſſus luculentiſſime *Donius* deſignat. Et ſicut in pictura non ultimae ſunt partes lineatio extremorum corporum, cui ſuccedit adumbratio, quae umbras praeterea, ubi opus eſt, ex tenuibus lineis inducit, tum monochromatis ſpecies, quae vulgo *chiaro ſcuro* dicitur; ac demum plena, perfectaque pictura, variis, ac multifariam permixtis coloribus, quicquid vult artificioſiſſime exprimens; ita ſane in muſica evenit, cuius quaternos gradus bifariam partitur.

LVI. Primum κατὰ μέλος, tum κατὰ ῥυθμὸν; nam quum in humano ſermone quaedam diſcrimina, tum graviorum, tum acutiorum ſonorum [4] animadvertantur; quod λογικὸν μέλος *Ariſtoxenus* appellat [5], & in continua vocis prolatione ab eo ponitur; in cantu vero expreſſior quaedam vocis in grave, & acutum motio ſentiatur [6] duae quodammodo τῦ μέλυς ſpecies ex his confici poſſunt. Tertio gradu, quae inter utramque locum habet, Recitatoriam appellat, quae orationibus pronuntiandis, multoque magis in carminibus recitandis uſurpatur. Quarto gradu, muſicae genus ſcenicum collocat, hodiernum ſaltem, (recitativum vulgo vocant) quod pro-

(1) *Gaſſendus* l. c Lib. v. ſub A. MDCXXXIV.

(2) *Donius* in opere „ *della Muſica Scenica* Part. I. Cap. XIX. *Ma che diverſo ſia il Ritmo poetico dal Melodico facilmente ſi dimoſtra, e chiaramente l' ho dimoſtrato nel Trattato* de ratione modulandorum carminum latinorum.

(3) Haec fuſe *Donius* teſtatur in Ep. dedicatoria Lyrae *Barberinae* ad *Vrbanum* VIII. Hoc vero opus, in quo nonnullae lacunae occurrunt, quae facile ſuppleri poſſunt, MSS. extat apud heredes, in eoque legitur „ Quorum rationes prolixius explicandae a nobis erunt in eo opere, quod de Graeci, Latinique ſermonis legitima pronunciatione tractabimus, in quo multa etiam notatu digna excogitata, in eamdem ſententiam congeremus, ut neminem adeo pervicacem fore putemus, ut non his rationibus victus, errorem ſuum confiteatur. Quoniam vero haud umquam libenter (ut plerique hodie factitant, dum ingentia volumina protrudunt in publicum) aliorum notationes deſcribemus, praeſertim quae in protritis, iuſteque cenſis autoribus reperiuntur, niſi quatenus ad indigentiam rerum noſtrarum conducunt, maiori ex parte novis, neque aliunde deſumtis obſervationibus, circa literarum, ac ſyllabarum prolationem, opus implebimus. Quum autem ſubſecivis tantum horis huiuſmodi praedi[c]tis operam dare nobis liceat, utpote in publico munere occupatis, huius πραγματείας potiorem, ac ſubtiliorem primum partem (quae de accentibus agit, multaque nova, curioſa, hactenuſque inaudita continebit) perficere deſtinamus una cum aliquot veterum Graecorum non contemnendis tractatibus ad hanc hypotheſim attinentibus. Secundo vero loco, Deo dante, reliquam partem edemus, in qua proprie de vi, ac poteſtate literarum tractatur, ubi praecipue docebimus, quo exemplo oſtendi poſſit, atque in praxim, quod dicitur revocari, peregrinarum linguarum ope, quae διδακτικῶς, ac theoretice potius ab autoribus traduntur „

(4) Πεζὰς Graeci vocant, ut ἐμμελεῖς cantui idonei.

(5) Lib. I. Harmonic. Element.

(6) Μελῳδικὸν μέλος *Ariſtoxenus* vocat, atque in ſyſtematica, ſeu diviſa vocis intenſione, ac remiſſione collocat.

propria, ac vera melodia nuncupari poteſt. Hiſce praemiſſis, de ſingularum literarum, ac diphthongorum peculiari effatu, de temporum tractibus, de accentuum natura (1), ac de pedibus carminum minime vulgaria, quaeque muſico magis ſunt neceſſaria refert; deinde de mi\ tionibus pedum agit, quaeque pedum iunctura, aptum, concinnumque rhythmum, quae vero ineptum efficiat. Quaedam, quae metris accidunt, exacte perpendens, nonnulla de Poematum generibus, ac formis neceſſario repetit, ut Melopeius eorum naturam facilius adſequatur. Denique quaſdam verſuum partes, ſeu potius appendices explicat, ut, qua ratione, & ipſae in carminibus modulandae ſint, clarius exponat.

COM-

(1) L. c. ubi de accentibus loquitur, haec habet. „ De accentibus vero pauca ſuperſunt dicenda, quandoquidem in libro de Proſodiis ſatis copioſe, ac ſubtiliter, ut nobis videtur, de tota hac re diſputavimus, quae pulcherrimas, ita me Deus amet, *θεωρίας*, quaeſtionesque complectitur: quod vero hactenus ignoratum fuerat, in quonam ſita eſſet acuti, & circumflexi accentus differentia (nam de gravi, qui nihil aliud eſt, quam acuti privatio. expedita res eſt) id nos poſt renatas literas primi, ut opinor, indagavimus, ut nemo quantumvis pertinax, negare iam poſſit, quin ita neceſſe ſit rem ſe habere. „ Vid. compendium Tractatus de' *Generi*, e *Modi* pag. 90. ſeqq.

COMMENTARIORVM
DE VITA ET SCRIPTIS
IO. BAPT. DONI

LIBER QVARTVS.

I. DVm ſe in hiſce, & ſimilibus *Donius* occuparet, inopino fratris ſui caſu, qui in ſingulari certamine Florentiae occubuit [1], adeo perculſus eſt, ut ad rem domeſticam reparandam, alio divertere, & ab inceptis declinare coactus fuerit. Verum *Franciſco* Cardinali *Barberino* ſuadente, res ſecundas facile pati omnes, adverſas ſuſtinere, magni animi opus eſſe, virtutem nulla re magis, quam adverſis caſibus declarari, fortunae ludos patienter tulit, & ad excutiendam animi ſui amaritudinem, muſicae impenſius vacare cepit [2], cuius facultatis ea vis eſt, atque poteſtas, ut perturbatos mentis ſenſus, quodam veluti admoto lenimento, mulcere ſoleat [3].

II. Nec ab exemplo maiorum viſus eſt aberrare. Ea ſiquidem facultas nonnullas apud nationes maximi habita eſt, & exculta. Ipſi quoque antiquiores Philoſophi muſicae vacaſſe in comperto eſt apud ſcriptores. Praecipue vero de *Pythagoricis*, ut de *Archyta* Tarentino, *Philolao* Crotoniata, *Hippaſo* Metapontino, *Eubulide*, aliiſque quamplurimis literis mandatum eſt. Eiuſ-

(1) Hunc in ſingulari certamine vitam amiſiſſe patet ex Ep. Card. a *Balneo*, ad *Donium* data III. Kal. Iun. MDCXXXIII.

(2) Impenſius per id tempus Muſicae *Donius* vacare cepit; nam & a prima adoleſcentia ſe ad hanc facultatem excolendam ferri ſenſerat, ut conſtat ex Epiſtola nuncupatoria *Philippo Nigrio*, praemiſſa ſecundae diſquiſitioni, cui titulus *ſopra gli ſtrumenti di Taſti*. „ *Queſta* (Epiſt. ſcilicet Anonymi cuiuſdam) *eſſendomi già ſtata corteſemente comunicata in mia gioventù dalla b. m. di Monſignor* Franceſco Nori, *primo Veſcovo di S. Miniato, fu quaſi una ſcintilla, che mi acceſe un ardente deſiderio d'impoſſeſſarmi dell' antica Muſica, e d'illuſtrarla con le mie fatiche, il quale vie maggiormente poi ſi accrebbe dalla lettura del Dialogo del* Galilei (*dove il* Mei *di cui parlo ebbe la maggior parte*) *e molto più da un Trattato* de Modis Muſicae *dell' iſteſſo Autore, ſcritto a penna, e da Monſignor* Querengo *donato alla Libreria Vaticana, che io feci copiare per bene intenderlo, e valermene in queſti ameni ſtudi; ne' quali avendo conſumato qualche tempo negli ultimi anni, che io dimorai in Roma, per divertirmi inſieme da' penſieri più noioſi, e giovare in queſta parte al proſſimo, ho acquiſtato tanta notizia, e dato tanto lume a' profeſſori di queſta facoltà, che non ho da pentirmi dell' impreſa ec.*

(3) Ita in Diſſert. de *Muſica ſacra* T. I operum *Donii* pag. 267. Praeterea haec fuſius perſequitur in dedicatione operis inſcripti &c. *Compendio del Trattato de' Generi, e de' Modi della Muſica*. „ *Avendo io in eſſa* (*cioè nella Muſica*) *da qualche meſe in quà fatto un poco di ſtudio, con quella piccola tintura acquiſtata fino dalla mia prima gioventù, e con qualche oſſervazione, che io aveva notate ſparſamente ne' miei ſcritti, doppia utilità conoſco averne riportato, prima perchè mi ha ſervito di notabile diverſione contro gli aſſalti di un domeſtico, e fiero nemico; parlo della malinconia che mi ſi intorno profondamente nell' animo, quando inteſi la deplorabile perdita, che avevo fatto di un fratello, amato da me cordialmente per le ſue ottime qualità; con irreparabil danno di caſa mia; e rapitomi nel fior de' ſuoi anni con uno de' più diſaſtroſi, e compaſſionevoli accidenti, che mai ſi ſentiſſero, accidente, che così improvviſo mi avrebbe forſe atterrato, ſe non foſſe ſtato dalla benigna providenza di V. E. la quale ſi degnò con l'umanità ſua conſueta di farmene conſapevole per mezzo di perſona, che con deſtrezza poteſſe rendermi la piaga men grave. Secondo, perchè mi è venuto fatto di ritrovar coſe dell' antica Muſica, altrettanto belle, e giovevoli al mondo, quanto lungamente deſiderate dagli uomini; ſicchè io poſſo dire ſenza iattanza, di eſſermi forſe riuſcito in pochi meſi quello, che Accademie intere anno lungamente indarno cercato, ed uomini conſumatiſſimi in queſta profeſſione nel corſo di moltiſſimi anni, non anno potuto penetrare, e maſſimamente nella parte armonica la più eſſenziale, e fondamentale di tutte, ſopra la quale ho compoſta un opera diviſa in cinque libri, che comprende una aſſai chiara, e praticabil notizia de' tre generi, e de' modi antichi, maliſſimo inteſi ſin ora. Ma non potendo dare l'ultimo fine ad impreſa di tanto ſtudio, ſenza tralaſciare oltre fatiche pertinenti alla mia carica, mi ſon riſoluto frattanto di preſentare a V. E. queſto breve compendio ec.* „ De admiranda Muſices vi in moderandis hominum animis, immo & in morbis curandis agit *Daniel Georgius Morhofius* in *Polyhiſtore* Tom. II. Lib. I. Cap. II. § VI. Conſulenda quae *Donius* in fine citati compendii p. 161. refert de alterius fratris ſui interitu; qui in idem ferme tempus incidit.

Eiuſdem fuiſſe moris pleroſque ex *Platonicis*, ac Peripateticis *Plutarchus*, qui florentiſſimo *Traiani* imperio vixit, teſtatur. Horum nihil ſupereſt, ſi unus *Ariſtotelis* libellus, qui eſt Problematum undevigeſimus, excipiatur. Ex poſterioribus autem Philoſophis, etiamnum circumfertur *Plutarchi* de muſica liber. Sed omnibus anteire viſus eſt *Ariſtoxenus*, ut ex tribus illis Elementorum Harmonicorum libris, nec iis quidem ſatis integris, patet: quibus adnumerandus *Ptolemaeus* ille Peluſiotes, univerſae Geographiae libris illuſtris, cuius etiam tres Harmonicorum libelli exſtant, quamtumvis licet obſcuriores; totidemque *Ariſtidis Quintiliani* ad ſinceram, veteremque muſicam profitendam utiliſſimi. Omnes quippe, & ſingulae illius partes, eo ordine, ac brevitate illic explicantur, ut facile adpareat, tamquam ex integris *Ariſtoxeni* operibus, in compendioſum hoc ſcriptum potiora quaeque fuiſſe redacta. Huc referri poſſunt, tamquam inferioris notae ſcriptores, qui breviores quaſdam Iſagogas reliquerunt: ex quibus tamen multa ſingularia, ac notatu digna didicimus: quales ſunt *Alypius*, *Bacchius*, *Gaudentius*, *Cleonides*, *Pappus* Alexandrinus, *Theon* Smyrnaeus, *Diophantus*, *Adraſtus*, *Diocles*, *Geminus*, aliique, partim mutili, partim incerto autore vagantes. Nec ſilentio praetereundum *Nicomachi Geſareni* muſicae Enchiridium; luculenti ſane, vetuſtique autoris, ſed cuius maxima pars deſideratur. Ab eo pleraque hauſiſſe *Boethium* virum Conſularem nonnulli autumant, ſuis, quos inſcripſit de muſica libris, quorum quinque elegantiſſimi ad nos pervenere: verum abſolvere eos non potuit, ab impio Gothorum Rege *Theodorico*, poſt diuturni carceris ſqualorem iniquiſſime damnatus ad necem. Reliqui vero D. *Auguſtinus*, *Martianus Capella*, *Caſſiodorus*, & *Beda* vix quidquam notabile, atque eruditum praeſeferunt.

III. In tanta vero ſcriptorum caligine erat *Donii* aetate apud muſicae artis eruditos ſumma contentio; eorum enim alii cum antiquis ſentientes, nimium fortaſſe, quam par erat, veteris muſicae praecepta conſtantiſſime retinebant, alii vero, recentioribus adhaerentes, poſthabitis veterum autorum regulis, tamquam ſutilibus, & ludicris, in modulatione & Harmonica vocum concordia longe ſe habebant (1).

IV. His dirimendis, peritiorum nonnulli ſuas evulgaverant ſententias; quos inter commemorandi praecipue ſunt inter Etruſcos, *Ioannes Bardius* ex Comitibus Alverniae, qui in veteri muſica reſtituenda diutius inſudaverat (2) nec non *Hieronymus Meius* (3), qui de modis muſicis veterum libros quatuor ad

k *Pe-*

(1) *Io. Bapt Donius* initio Dialogi I. de Praeſtantia muſicae veteris. ita loquitur „ *Contra vero quum non pauci ſint, non modo inter recentiores artifices, qui rebus ſuis, atque huic noſtro ſaeculo impenſe favent; verum etiam inter mediocriter doctos, qui hodiernam muſicen ſic admirantur, ut nihil perfectius animo concipiant, nec ullo umquam tempore ſic floruiſſe exiſtiment; non alienam ab inſtituto meo diſſertationem; nec Philomuſis iniucundam futuram cenſui, qua conquiſitis undecumque rationibus, ac teſtimoniis ampliſſimis, oſtenderem, longe a vero iſtorum aberrare ſententiam, multiſque partibus huic hodiernae, cum nobilem illam antiquis Graecis elaboratam tum quoque Romanis poſtea uſurpatam Muſicam praeſtitiſſe* „. Vid. Cap IX. *della Muſica Scenica*.

(2) *Ioannes Bardius* ex Comitibus Alverniae floruit anno MDC vir Graecae, ac Latine apprime doctus, de quo ita *Donius* in cit. opere *della Muſica Scenica* T. II. Cap. IX pag 22 „ *Era in que' tempi in Firenze il Signor* Gio. Bardi *de' Conti di Vernio, il quale fu chiamato poi al ſervizio di Papa* Clemente *VIII di felice memoria, che l' amò teneramente, e lo fece ſuo maeſtro di Camera, Signore dotato di molte nobiliſſime virtù, e ſopratutto grande amatore dell'Antichità, e della Muſica, e nella quale aveva fatto ſtudio particolare, così intorno la Teorica, come la Pratica ec.* „ In ſermone III de aequali diviſione ad *Petrum Bardium*. „ *La notizia che ebbe il Sig.* Gio *di fel m. Padre di VS. Illuſtriſſima dell' antica muſica, e la ſtima, che meritamente ne fece, fu per la maggior parte cagione di quel miglioramento così notabile, che vediamo aver fatto queſta profeſſione da quarant' anni in qua, nell' eſpreſſione dei ſenſi, nella buona pronunzia delle parole, e nel grazioſo procedere delle Melodie, poichè da quelle dotte, e piacevoli adunanze, che in caſa loro ſi facevano da' giovani nobili, e da' migliori Muſici Fiorentini, ſappiamo eſſerne uſcito quel bello, e vago ſtile monodico, detto comunemente recitativo, col quale tanto ſi ſegnalarono il* Galilei, *il* Caccini, *il* Peri *ec* Vid. quae *Donius* adnotat Cap. XVI. *Trattato della Muſica Scenica, in Compendio de' Generi, e Modi*, & alibi.

(3) De *Hieronymo Meio* pluribus in locis ſuorum Operum honorifice meminit *Petrus Victorius*, ac praecipue Lib. XXV. cap 2. & lib. XXXV c 2. variarum Lectiou & in commentariis in *Ariſtotelis* politica Lib. VIII. ipſum *Meium* doctum virum, multumque, cum in omni philoſophia, tum

Petrum Victorium praeceptorem ſuum concinne, atque erudite conſcripſerat [1]; quin & in eadem arena *Vincentius Galilaeus* magni *Galilaei* pater [2] ſe laudabiliter exercuerat. *Donius* quoque civium ſuorum veſtigiis inhaerens, rem oppido perdifficilem, & vetuſtatis tenebris undique obvolutam, veteres harmonias, inter barbarorum ruinas, aliquot ab hinc ſaeculis miſerrime deformatas, ac pene intermortuas, eruere adgreſſus eſt, quotieſcumque a graviſſimis, quibus detinebatur negociis, vires reſumere datum erat.

V. Atque ut hanc provinciam impenſius exornaret, non proprios tantum labores, ſed quoſdam etiam alienos publici iuris facere deſtinavit; auxilio fretus Graecorum, atque ineditorum Codicum, quos diligentiſſime perquiſierat, ac lectitaverat [3]. Quo conſilio primum non pauca veterum rei

tum in ſtudiis Mathematicis verſatum appellat, ſubditque „ eſt enim amicus meus ſummus, diligoque vehementer hominem, ut egregia morum probitate, ac fide praeditum, doctrinaque, ut dixi, & varia, & recondita „ *Vincentius Galilaeus* pag. 1. Dialogi *de veteri recentique muſica*, haec habet „ *Per vedere di riderla nella ſua perfezione, il che (quanto però attiene alla Teorica) pare, che ai tempi noſtri abbia conſeguita* Girolamo Mei, *uomo degno, a cui tutti i muſici, e tutti gli uomini dotti debbano render grazie ed onori* „. Et in Compendio Tractatus *de Generibus, ac Modis muſicis* Cap. 2. pag. 8. „ *Del* Mei *ſi legge un Trattato Latino* de Modis *indirizzato a* Pier Vettori *ſuo maeſtro nelle lettere umane; nel quale ſottilmente va moſtrando, come i modi, e tuoni antichi in queſto maſſimamente differivono da i noſtri, che quelli conſiſtevano in una totale traſportazione del ſiſtema più sù, o più giù verſo l'acuto, o il grave. Il che avrebbe potuto forſe far comprender meglio a queſti noſtri pratici, con molti eſempi, e figure, ſe non ſi foſſe contentato di una ſemplice teoria. Contuttociò per non defraudarlo del merito acquiſtato da lui appreſſo i muſici, e la poſterità, ho voluto farne menzione in queſto luogo, come ſo più particolarmente nell'opera intera, acciò ſi veda, quanto in queſta parte ſia obbligata la muſica alla Città di Firenze* „ vid ipſum *Donium* in Dialogis *de Praeſtantia muſicae veteris* pag LXXXVIII. *Philippus Valorius* in libro, cui titulus *Termini di mezzo rilievo, e d'intiera dottrina* haec refert „ *Anzi applicando dipiù al nome, e nume delle muſe l'arte muſica, per ritrovare la vera notizia dell'antica, così aſtruſa, e controverſa per l'addietro, due Fiorentini oltre modo faticandoſene, ce ne anno, credeſi, aperta la ſtrada. Principalmente* Girolamo Mei, *il quale avendo diecine d'anni maneggiati perciò, e triti molti libri, maſſime Greci, nella Libreria Vaticana, e altrove, ha parimente dichiarata, e diſtinta* conſonantiarum genera, *che tale è il principio della ſua opera, di cui pochi anni fa, ſi ſtampò in Venezia un compendio volgare, diſteſo da* Pier del Nero *a mio padre.* „ Conſulenda eſt Epiſtola *Donio* noſtro a *Petro Victorio* conſcripta Prid. Id. Nov. MDCXXXIII. num LXX. pag. 125. & praefatio praemiſſa Parti IV. Volum. II. libelli, cui titulus *Raccolta di Proſe Fiorentine contenente lettere*. Eius autem opera, *Nigrio* teſte, praeter reliqua ſunt „ *Della virtù del parlare, e delle ſue parti; e di quello, che preſſo noi riſponda alla forza del Ritmo de' Greci, e del numero de Latini, e quale ſia la ſua forza, e dove, e come uſata, poſſa ſervir di ornamento, di fornimento, e di utile al ben parlare* MS. Conſonantiarum genera, quod opus in compendium redegit, & Italicum fecit *Petrus* del *Nero* ac publicae luci donavit. *Diſſertazione MS. del Verſo Toſcano*, *Hanc Donius* memorat in opere *della Muſica Scenica* Part. I. c XIX. V. *Bellium* l c p. 66.

(1) *De modis muſicis ad Petrum Victorium* Lib. IV. MSS. Incipiunt „ Quod tibi pergratum futurum putavi eo libentius totam hanc, *Victori*, de modis muſicis quaeſtionem explicandam ſuſcepi; quot ſcilicet, qualeſve illi apud veteres fuerint, quibuſque notis inter ſe dignoſcerentur, nec non, qui fuerit eorum uſus, quae omnia obſcura admodum, & confuſa prorſus ad nos pervenerunt, cum quod vetuſtas ipſa quaſi ſitum obduxit; tum quod, qui haec noſtrorum temporum homines attigerunt, non ea, qua fuit opus ratione (quod oſtendimus) rem ipſam pertractarunt. Recordatus itaque veteris illius tui erga me ſtudii, ac diligentiae in me docendo, quibus effeciſti, ut e tua palaeſtra in hunc campum prodire non ſim veritus, eam nunc tibi mitto: quo monumento, qualecunque id ſit futurum, et tua in me officia, meamque erga te benevolentiam teſtatam relinquam, atdeo cupiditate prope incredibili. Tu vero totam rem, ut ſoles, cetera accuratius, ac diligentius perpendes, in quo non dubito, modo tibi probatus diſcedam, ne idem *Caſelio* noſtro probem, qui nuper Romae, quum me conveniſſet, id ut aggrederer etiam atque etiam rogavit. Hinc igitur exordium ſumam &c

(2) Haec de eo refert *Donius* in opere MS *de ratione modulandorum Carminum Latinorum*. „ Extant ſiquidem duo *Dionyſii* cuiuſdam, quem Thebanum fuiſſe puto, hymni &c. Eos enim *Vincentius Galilaeus*, *Galilaei* Mathematici pater in opere, quod de Antiquorum Muſica ſcripſit, cum notis muſicis ex veteri cod. Bibl Reg Pariſ. ſuppletos in eo opere, quod de generibus ac modis muſicae prae manibus habemus, Deo dante, in lucem dabimus, ut quoniam Lydio tono compoſiti ſunt, earumque notarum auxilio, *Alypiani* Enchiridii, recentiorum comparatione intelligi poteſt, poſthac cani poſſint. „ Euſdem quoque meminit in compendio tractatus de generibus, ac modis muſicis „ *Il* Galilei, *cioè* Vincenzo, *nel ſuo erudito Dialogo della muſica antica, e moderna, non ſenza ragione aſſeriſce, che i noſtri modi ſon tutti di un colore, odore, e ſapore; perchè veramente, come ſi praticano oggi, non vi ſi conoſce quaſi niſſuna diverſità. Or notiſi, che fra i moderni pratici, niſſuno ha meglio compreſa queſta verità di lui; mercè della lunga pratica, e familiarità, che egli ebbe col Sig* Gio. Bardi *de' Conti di Vernio, che fu intendentiſſimo della muſica, e gran fautore de' profeſſori di eſſa; ed anco col Sig.* Girolamo Mei *gentiluome anch'eſſo molto ſcienziato, ed amatore della buona, ed erudita muſica, e maſſimamente molto eſercitata nella teorica, e anco nelle altre parti della Mattematica, e nella Filoſofia; onde di grande aiuto gli furono amendue a comporre quell'opera. Del* Mei *ſi legge un trattato Latino* de modis ec. In opuſculo inſcripto „ *Quale ſpecie di Diatonico ſi uſaſſe dagli antichi* Donii oper. edit Florent. *T I p.* 365. „ *Dopo il* Zarlino *mandò fuori* Vincenzio Galilei *quel ſuo dialogo con l'aiuto di que' virtuoſi Gentiluomini, come di buon luogo ho ſaputo; dove oltre molte altre coſe notabili, che contiene, fa un ſottile eſame (ma ſe ſi ha a dire il vero con troppa animoſità) di queſta opinione del* Zarlino, *mantenendogli all'incontro con argomenti alquanto ſtiracchiati, che la ſpecie di armonia, che noi uſiamo al preſente, non è la naturale, o ſintona diatonica di* Tolomeo; *ma quella, che ſi uſa negli ſtrumenti artificiali, temperati ec. Vincentii* Galilaei Typis deſcriptus liber extat, qui hunc titulum praefefert *Dialogo della muſica antica, e moderna, In Firenze per* Giorgio Mareſcotti MDLXXXI. fol. De eo meminere *Poccianter*, & *Nigrius* ll cc. & *Ricciolius* Tom. III Chronologiae reformatae ad A MDXC.

(3) Vid. Ep ad *Io.* IV. Regem Portugalliae num XCV p. 150. V. Ep. LXV.

tei muſicae ſcriptorum loca perobſcura ſane, ac difficilia interpreratus eſt, compluraque vocabula, e Graeco, Larinoque fonte deducta, quibus huius diſciplinae noriones luculentius exprimi poſſenr, excogitavit. Duos interea Graecos rractarus, qui ſua vetuſtate mendis ubique pluribus ſcatebanr, in Latinum cum ſuis animadverſionibus vertit; quorum alter inſcribebatur Ἀριστοξένου περὶ ῥυθμικῆς in tres libros partitus [1]. Eo opere, urpote a magno illo Philoſopho, & in re muſica facile principe, de multis, quae ignoramus, erudiri nos poſſe autumavit, in ea praeſertim parte muſices, quae ex rot autorum igooratione adhuc in renebris deliteſcit. Diverſum ramen eſt a tribus eiuſdem *Ariſtoxeni* Elemenrorum muſicorum libris, qui circumferuntut impreſſi [2], nequis eoſdem exiſtimer, illudque in quodam Vaticanae Bibliothecae Codice, quum alia inveſtigaret, forruito reperit. Alterum erat Graeci item autoris fragmentum, ſimiliter περὶ ῥυθμικῆς, exſcriptum ex Codice quodam eiuſdem Bibliothecae, multos autores muſicos conunente; quae duo, una cum *Hieronymi Mei* libris quatuor *de modis muſicis Veterum*, e Codice Bibliothecae Vaticanae, cui dono dederat *Antonius Quaerengus*, deſumtis, magno ſtudioſorum bono, edirurum ſe pollicitus fuerat anno circirer MDCXXIX. [3].

VI. His itaque veluti quibuſdam prodromis, ſe ad veterem muſicam propius illuſtrandam adplicuit. Multis ea modis conſiderari poreſt, atque adeo multifariam dividi, nimirum in partem theoreticen, quae mera eſt ſcientia ſonoſque, ac diaſtemata, totamque rationem canonicam mathematicis demonſtrationibus adſequitur, quemadmodum *Zarlinus*, & *Salinas* inter recentiores erudite praeſtiterunt; item in praxim ipſam, ſeu artem modulos faciendi, quam Graeci μελοποιΐαν vocanr, de qua multi recentiorum libri, ex anriquis fere nullus ſupereſt, ad quam etiam rhythmica, ſeu rhythmopoeia refertur, ac demum in partem hiſtoricam, & philologicam, de qua *Plutarchi* librum pereruditum habemus. *Donius*, contemplativa parte omiſſa, in qua plurimi veterum, recentiorumque roti fuerunt, in ſecunda, & tertia parte diutius immoratus eſt, ur oſtenderet, valde eos hallucinari, qui muſicam veterem, qualis ea fuerit, omnino runc aſſequi neminem poſſe iactitarent; nam ſi vim mentis, arque ingenii, eadem alacrirate, qua utiliora ſtudia, lucri cupidi amplectuntur, in ſterilibus illis inrendere maluiſſent, autorumque loca diſſociata, in unum colligere, & inter ſe conferre, & ubicumque opus eſt, coniecturas cum iudicio adhibere; quam multa profecto abdita eruere potuiſſent. Sed ea nimirum pars eruditionis, alioquin iucundiſſima, non modo infoecunda, ſed ob eam cauſſam, eo uſque parum culta fuit, quod pauci, ut *Donius* noſter, cum Graecarum literarum peritia, uſum etiam aliquem eiuſmodi diſciplinae coniunctum haberenr.

VII. Magnam itaque veteris muſicae parrem in apertum protulit, ac nonnulla ſimul, in quibus hodierni Melopoci frequentius peccanr, cum ex cordatiorum, qui eam artem profeſſi ſunt libris, tum ex communi eruditorum iudicio, indicavit. Anno enim milleno ſexcenteno rriceno quinro, quod an-

(1) In Ep. ad *Luc. Torrium* d. XII. Kal. Maias MDCXXXIX. num. LXXXI. pag. 131. „ Quapropter primo quoque tempore deſtinavi *Ariſtoxeni* pauca, quae ſuperſunt, ex innumeris eius operibus Graece, Latineque edere cum uberibus notis &c. audio autem in Biblioth. D. *Laurentii* Eſcurialis Fragmentum ipſius extare περὶ μέλους, eius deſiderio flagrantiſſime torqueor &c „ Vid. quae de *Ariſtoxeni* ſcriptis diſſerit *Io. Alb. Fabricius* Biblioth. Graeca Lib. III. cap. x.

(2) Ea *Marcus Meibomius* edidit inter antiquae muſicae autores Amſtel. apud *Ludov. Elzevirium* CIↃIↃCLI. Tom. II. 4.

(3) In Ep. ad *Ioan.* IV. Portugalliae Regem n. XCV. pag. 150. Et in cit. Idea pag. 197. „ Habeo etiam in novitiis autoribus, quod muſicae veteri illuſtrandae proferam; libros ſcilicet quatuor de modis veteris muſicae abſolutiſſimos ab *Hieronymo Meio* Florentino conſcriptos, quorum editionem, cum ob gloriam communis patriae, tum ne doctiſſimi, ac vere etiam optimi viri (talis enim revera is fuit) labores ignorabiles tandiu deliteſcant, quamprimum manum admoliri deſidero &c. „

Digitized by Google

tea celebriores Academiae, & viri in ea arte famigeratiſſimi fruſtra tentaverant, *Donius* antiquas illas harmonias, Doricam, Phrygiam, & alias, quas *Salinas*, *Zarlinus*, *Galilaeus*, ſtudioſius, quam felicius conquiſierant, ſcripto opere luculentiſſimo de Generibus ac Modis muſicis, e craſſiſſimis vetuſtatis tenebris eruit, & quoad licuit, ad praxim, uſumque revocavit [1]: nam partim, novis inſtrumentis muſicis a ſe inventis, ac fabricatis, partim novis ſemaeographiae ſpeciebus aſſumtis, tamdiu eſt eruditus, ut magna quaedam, atque inaudita tot ſaeculis in omni cantionum genere varietas, ab iis, qui ſecretioribus illis Muſarum ſacris initiati fuerant, ederetur [2]. Ex hac veterum tonorum reſtitutione, muſica diſciplina longe perfectior, eiuſque vis multo efficacior evaſit, tum eorum praxis, quam monſtravit, adeo facilis, atque expedita in ipſo canendi actu, atque organorum pulſationibus, nec non in utroque diagrammatum genere, melodico ſcilicet, atque cromatico, ut quis uno die, eam, vel aliud agens, perciperet [3]. Quid vero in tam magno opere, quod quinque libris digeſſit, contineretur, ipſemet *Donius* indicat his verbis [4].

VIII. *Ma per dare un poco di ſaggio di molte coſe oſſervate da me nel Trattato de' Generi, e de' Modi a i Lettori di buon guſto, e deſideroſi, che queſta profeſſione racquiſti una volta la ſua antica eccellenza, m' è parſo a propoſito d' accennar quì ſommariamente alcuni capi più principali, che vi ſi contengono, con altri molti, e con ordine diverſo. Quali ſiano le parti della Muſica propria, e quello che veramente ſia Armonia, Ermoſmenon, Melos, Melodia, Melopoeia, Sinfoniurgia ec.*

IX. *Della parte Armonica, e ſue diviſioni, ed in particolare de' ſiſtemi, dove ſi moſtra la perfezione, e facilità del ſiſtema antico; e come per ben poſſedere queſta facoltà, e praticare perfettamente i Generi, e Modi, è neceſſario anch' oggi intenderlo, e ſervirſi de' nomi delle ſue corde volgarizzati, e accomodati all' uſo noſtro: e quanto bene ordinati ſiano i Tetracordi, i quali parimente è neceſſario rimettere in uſo: e che gli Eſſacordi de' moderni, non ſervono per altro, che per far confuſione, e non ſono parti integranti del ſiſtema; e che gli antichi non fondarono i Generi ne' Tetracordi, perchè teneſſero la Diateſſaron per la minima conſonanza, o perchè aveſſero in particolar venerazione il numero quaternario, e ſimili baie ſofiſtiche; ma perchè in ogni ſorte di canto le progreſſioni naturali delle voci procedono di quarta in quinta, e di quinta in quarta; come anco la prima diviſione della Diapaſon ſi fa in queſte due conſonanze. E quì ſi moſtra la proporzione, e ſimilitudine, che ha la Muſica con la Pittura: perchè ſiccome a queſta biſognano almeno due colori, così quella richiede due intervalli minimi, e incompoſti, per formare le ſue melodie. Ch' è neceſſario anco d' intendere quali ſiano le corde ſtabili, e le mobili, e che coſa ſia il denſo, o ſpeſſo, ſecondo gli antichi Greci detto πυκνὸν: e che ſenza ragione alcuni moderni l' anno voluto prendere in altro ſenſo; poichè per non aver compreſo la natura de' tuoni, o modi veri, pareva loro, che il cromatico, ed enarmonico fuſſe meno ſpeſſo del diatonico.*

X *Dell' etimologia, invenzione, e proprietà de' tre generi, dove ſi moſtra in che modo* Olimpo *trovaſſe l' enarmonico, per teſtimonianza di* Ariſtoſſeno

(1) *Donius* in Epiſt ad *Scioppium* num. XCIX. pag. 116. „ De ſtudiis noſtris, ſi quid rogas, ſcito magna nos, atque ut noſtrum fert inſtitutum, recondita, abſtruſaque moliri, quaeque alii fere vel deſperatione effectus, vel pravo contemtu neglexere &c. „

(2) Vid. Ep. ad *Ioan.* IV. Portugalliae Regem num. XCV. pag. 150. & initium Diſſert De Muſica Sacra T. I. oper. *Donii* pag. 265. & lib. de Praeſtantia muſicae veteris pag. 25.

(3) Ita *Donius* in cit. Diſſert. de muſica ſacra.

(4) In Compendio huius operis de quo inferius pag. 80. & ſeqq.

ſeno, riferita da Plutarco, e da noi dichiarata, e ſe queſto genere poſſa eſſere più antico del cromatico, quanto all'uſo, benchè per natura ſio poſteriore, e che l'enarmonico praticato dagli antichi non era quel rigoroſo deſcritto da i Teorici, con due ditoni incompoſti per ottava, il quale non diletterebbe ne' noſtri tempi, come ne anco piaceva in quell' età: anzi cagionava nauſea ad alcuni, come nelle Queſtioni Conviviali riferiſce il medeſimo Plutarco, con l'autorità pure d'Ariſtoſſeno. Si rende anco la ragione, perchè contenendo tal genere intervalli più piccoli del cromatico, con tutto ciò ſia più ſevero, o auſtero, e non tanto effeminato, e tenero. Inezia d'alcuni, che pongono l'enarmonico ne' canti Siciliani, negl' intervalli della favella, ne' trilli, ſtraſcini, e ſimili ornamenti melodici. Delle diviſioni, ſpecie, o colori de' tre generi, e d'alcuni trovati da noi, e che troppo credulamente anno accettato i moderni le riprenſioni, che Tolomeo fa delle diviſioni de' Muſici più antichi, moſtrandoſi che nella coſtituzione del cromatico, ed enarmonico, Didimo, ed Archita anno accertato meglio di lui, che la diviſione diatonica di Didimo, benchè in apparenza moſtri di non eſſere capace di tante conſonanze quanto quella di Tolomeo, è tuttavia più perfetta, e contiene più conſonanze; facendone il paragone in tutti tre i generi, ch' è molto probabile, che il ditono, e ſemiditono conſonanti veniſſero in luce, quando s' introduſſero i due ultimi generi: e benchè gli antichiſſimi forſe non ſe ne ſerviſſero (poichè il diatonico, ditonico, o pitagorico non è capace) tuttavia ſi dee credere, che ne' tempi più baſſi fuſſero adoperati per conſonanze da i Muſici, ancorchè per avventura non le nominaſſero tali, per non partirſi dalla dottrina, e principj di Pitagora, giacchè negl' iſtrumenti accordati cromaticamente, o enarmonicamente vi ſi trovavano in atto.

XI. Quando veriſimilmente ſi diſmetteſſe l'enarmonico, e poi il cromatico, dove ſi moſtra con molta probabilità, che il primo ſi dovette perdere con la declinazione delle coſe Greche, ed il ſecondo delle Romane. Come Aſclepiodoto Filoſofo ne' tempi d'Anthemio Imperatore, indarno cercaſſe di reſtaurare il genere enarmonico. Che per la pratica di detto genere è neceſſario ſapere, che coſa ſia Spondiaſmo, Echole, ed Eclyſi; e modulare gl' intervalli di tre dieſi, e di cinque. Dell' uſo de' generi, e come, e in quali ſoggetti ſi debbano adoperare; e che il cromatico non conviene a ſoggetti gravi, ed Eccleſiaſtici. Che i Generi puri, cantandoſi in un ſolo tuono, e volendoſi aſtenere da più ottave, e più quinte, ed oſſervare le altre regole del contrappunto, non ſi poſſono praticare, ſe non a una voce ſola: e come ne' concenti di più voci una parte poſſa ſervirſi d'un genere, e l'altre d'altri; e che l'uſo della corda D, non eſclude il cromatico, ed enarmonico puro; ma ſibbene la G, la quale tuttavia vi ſi può adoperare accidentalmente, cioè ne' paſſaggi, e non come corda eſſenziale, e ſotto alcuna ſillaba. Della varietà delle melodie in ciaſcun genere, e che la modulazione di molti ſemituoni continuati, uſata da alcuni, è poco lodevole. Che al genere cromatico convengono i tempi meno veloci, che al diatonico, e più che all' enarmonico. E che in queſto ſi richiedono maſſimamente i gruppi, e trilli, come nel cromatico, gli accenti, e ſtraſcini; e nel diatonico i paſſaggi. Che l'uſo de' generi induce qualche varietà di contrappunto, verbi grazia nell' enarmonico, ſotto un iſteſſa corda, che ſalga, o ſcenda col ✱ ſi poſſono fare tre terze differenti, minore, moggiore, e mezzana, la quale è propria del genere enarmonico, perchè naſce tra due corde, l'una enarmonica, e l'altra cromatica, o metabolica, e rieſce ſoaviſſima, a ſegno tale, che gareggia colla maggiore;

come

come ho provato nelle viole, facendovela ſentire ad alcuni virtuoſi, e periti Muſici. La cui proporzione è queſta $\frac{5}{4}$ $\frac{6}{5}$ *: dove con mirabile analogia ſi vedono i numeri radicali delle due terze comuni, tra le quali queſta ritrovata da noi è mezzana; come anco la ſeſta tra l'altre due ordinarie, la quale ſi trova tra queſti numeri* $\frac{8}{5}$ $\frac{9}{6}$*; e ſi può ſimilmente adoprare in queſta ſorte di concenti, con notabile acquiſto della profeſſione muſicale. Che oltre li tre generi, biſogna ſapere quale ſia il comune, e miſto: e come queſto poſſa eſſere di molte ſorti, e ſopratutto ridurſi a tre capi, di miſto proprio, compoſto, e confuſo.*

XII. *Nella parte poi de' modi, le più importanti maſſime ſono queſte. Che tuono, e modo, propriamente parlando, non è il medeſimo; il che ſi moſtra con molti eſempi, e ſimilitudini, oltre quello che di ſopra s'è accennato. Della Tavola, o Diagramma delle note muſicali antiche ne' quindici tuoni reſtaurata da noi, ed eſpurgata coll'aiuto di molti teſti manoſcritti d'* Alipio, *di* Boezio, *e d'altri; e quanto fuſſe bene ordinata, e di molte coſe notabiliſſime, che vi s'imparano; e tra l'altre, che gli antichi pratici non ſi ſervivano degl'intervalli eguali, ed irrazionali, come comunemente ſi crede, e come oggi noi poſſiamo coll'aiuto di queſta tavola ridurre nelle noſtre note, qualſivoglia cantilena antica, che ſi trovaſſe incorrotta.*

XIII. *Qual ſia la Media virtuale de' Modi, e quale la poſitiva. Che nelle ſpecie delle prime conſonanze non ſono diſcordanti gli antichi tra loro, come molti anno creduto, per non averli inteſi. Che l'ordine di numerarle uſato da loro, è più chiaro, e naturale del noſtro. Che ciaſcuna delle tre ſpecie di Diateſſaron, è differente in ordine ſecondo queſte tre ſette, degli antichi Greci, de'* Boeziani, *o Muſici antichimoderni, e de' moderni* Zarliniſti.

XIV. *Onde ſia nata la corruttela, ed inutile multiplicazione de' Modi odierni, e che quelli de' Greci moderni, detti da loro* ἦχοι, *cioè ſuoni, ſono anch' eſſi corrotti, e Modi ſolo di nome, come i noſtri, a i quali par che corriſpondino quanto all'ordine di primo, ſecondo ec. Ma quanto alla convenienza colle ſpecie, ed ordine de' veri Dorio, Frigio ec. differiſcano non meno da i loro antichi, che da i noſtri, perchè pongano maſſimamente il Lidio tra il Dorio, e Frigio.*

XV. *Che ciaſcuno de' loro otto tuoni ha una formula propria, che ſerve per l'intonazione, come le antifone de' Latini, o pure l'EVOVAE, e le Intonazioni medeſime, verbi grazia* Re, la, *per il primo.* Re, fa, *per il ſecondo ec. ſervendoſi quelli per il primo d'* ἀνανὲς, *per il ſecondo* νεανὲς *ec. Delle quali ſillabe ſi ſervono anco per eſercizio del canto, benchè in Scio ſogliono adoperare queſte* τε, *ρε,* ρε, *teretiſſando, cioè cantando qualche aria ſenza le parole, dalle quali tutte erano diverſiſſime quelle degli antichi Greci, con mirabile induſtria accomodate alle voci de' Tetracordi, le quali noi abbiamo ritrovate in un antico manoſcritto. Dell'origine, e degl'inventori de' Tuoni, o Modi antichi, e come ſi deva intendere un luogo di* Plutarco *circa l'invenzione del Miſſolidio, e d'una ſcorrezione importante, che vi è nel teſto, non avvertita da neſſuno. De' tredici tuoni attribuiti ad* Ariſtoſſeno, *non perchè egli ne fuſſe l'inventore; ma perchè meglio d'ogn'altro ne ſcriſſe ne' libri, che ſi ſono perduti, e che eglino avevano altre differenze, che quella del grave, ed acuto, contro la comune opinione: le quali differenze ſono ſtate rintracciate da noi, mediante qualche notizia, che ci da* Ariſtide Quintiliano, *ed altri ſcrittori autentici dell'armonia d'alcuno di*

eſſi;

eſſi; accordandoli anco in certe coſe, dove paiono contrarj. D' alcune altre armonie mentovate da Platone, Polluce, Ateneo, *e ſimili. Che il tuono Dorio, quanto alla tenſione, non è altro che il Coriſta: ma quanto alla ſpecie, o cadenze, participava de' primi quattro tuoni Eccleſiaſtici, e che le ſue cantilene per ordinario non paſſavano nove voci dal D all' e. Come, ed in qual maniera, e con quali iſtrumenti ſi praticaſſero detti tuoni, e che non s' uſavano indifferentemente per tutto: nè i molto acuti, o gravi comunemente ſi praticavano nelle voci. Che le quattro parti de' Flauti antichi dette da loro con termini Greci ſopraperfetti, perfetti, giovenili, e virginali (che corriſpondono al Baſſo, Tenore, Contralto, e Soprano) s' eſtendevano più oltre della vigeſima ſeconda, o Triſdiapaſon. Che ogni tuono aveva i ſuoi Flauti particolari, benchè poi* Pronomo *Tebano trovò il modo, come in un ſolo iſtrumento ſe ne poteſſero ſonare diverſi: il che dovette fare con accreſcere il numero de' pertugi; turando poi colla cera, o aprendo quelli, che faceva di biſogno. Come le ſpecie della Diateſſaron, e della Diapente, dalle quali ſi compongono i Modi, abbino diverſa proprietà e natura, dove ſi conſidera quali ſiano le più belle, e qual Modo ſimilmente più eccellente. Che per conoſcere di qual modo ſia una Cantilena, baſta mirare al procedere, e ſtile d' una parte ſola; ſe la compoſizione ſarà d' un modo, o maniera ſemplice, ed uniforme: conciosiache il non ſaper conoſcere la propria forma del Modo, ſenza mirare al concento, è come non ſaper dar giudizio d' una facciata d' un palazzo ſenza conſiderare le parti interne. E che i moderni comunemente non ſanno parlare di muſica, o melodia, ſenza miſchiarvi il concento, o contrapunto (detto da noi con voce Greca* Symphoniurgia*) confondendo maſſimamente, con molto errore, le cadenze melodiche (che Grecamente ſi dicono* καταλήξεις, ο καταλογαὶ*) con quelle del concento, o ſinfonia; che piuttoſto debbonſi chiamare* συνκαταλήξεις, ο συνκαταλογαὶ. *Della natura, e proprietà attribuite a ciaſcun modo, e che alcune ſono ſofiſtiche, ed immaginarie, come quando* Caſſiodoro *dice, che il Dorio è* Donatore della Pudicizia, *o quando i moderni chiamano il ſeſto,* Modo adulatorio, *non eſſendo più di tre, o quattro le qualità più evidenti di ciaſcuno, ſecondo le ſopradette quattro differenze delle melodie. Di una maraviglioſa proprietà della Tromba, che de' tre Modi principali non vi ſi può ſonare ſe non il Frigio, e la ſua Diapente* ut, re, mi, fa, ſol. *Che le proprietà de' Modi ſi conoſcono ancor oggi nel canto di queſta, e quella nazione; ma più anticamente, quando ogni popolo, quaſi aveva diverſa favella, proprie leggi, e particolari coſtumi, non eſſendoſi miſchiate tanto le ſchiatte degli uomini.*

XVI. *In qual modo il grave, e l' acuto abbiano diverſe proprietà nella muſica, dove particolarmente ſi moſtra l' errore d' alcuni antiquarj, i quali biaſimano negli odierni concenti la meſcolanza del grave, ed acuto, e i movimenti contrarj delle parti, credendoſi, che da queſto proceda, che la muſica ſi ſente poco efficace. Per qual cagione una nazione abbia diverſo tuono di voce, e che i Setteutrionali per la larghezza dell' arterie, e per la corporatura loro groſſa ed umida, parlano grave più de' Meridionali: e molto più anco abbaſſerebbano il tuono, ſe non aveſſero le parti interne così calide: dove ſi diſcorre anco del tuono Coriſta di Roma, e di varj tuoni d' Italia, ed altre parti. Del modo d' intavolare, e connettere i tuoni l' uno coll' altro, maſſime per uſo delle mutazioni, dove ſi mettono gli eſempj d' ogni ſorte di combinazione; non pure de' ſette, ma anco de' tredici, e non ſolo de' proſſimi, ma eziandio de' remoti. Come, e in quali ſoggetti ſi potrebbe adoperare*

re oggi più un tuono, che un' altro: e che le uſcite totali di tuono, ed ogni altra varietà maggiore di melodia, ſono convenevoli, maſſimamente alla ſcena, e per il contrario alieue del tutto dalle muſiche Sacre, ed Eccleſiaſtiche. Ridicola opinione di alcuni, che le melodie d'un ſemplice tuono, o ſecondo coſtoro pure diatoniche, ſiano più efficaci delle variate, e metaboliche: e con quanto poco fondamento aſſeriſcano, che gli antichi le uſavano così ſemplici; e che perciò facevano quelle prove, che ſi leggano. Che l'efficacia patetica delle antiche melodie uoſceva principalmente dall' uſo conveniente de' Generi, e de' Modi, ſecondo le buone regole della Melopeia; ma uon ſenza le parole ſignificative. Secondo dalla unione di convenevol Ritmo, che nelle muſiche ha maggior forza del Melos, come nella pittura il diſegno più del colorito; onde gli antichi lo dicevano il maſchio, e queſto la femmina. Terzo dall' accompagnamento d'iſtrumento proporzionato: perchè il Dorio per eſempio s'uſava comunemente nella Citara, o Arpa, ſiccome il Frigio ne' Piſferi. Che la circolazione uſata da alcuni negl' iſtrumenti ſpezzati con moltiſſimi taſti, non è altro, che una ricercata di tutte le voci di più tuoni conneſſi, e meſcolati inſieme; e perciò potrebbeſi chiamare in Greco ἀνακύκλησις Ἰωνική.

XVII. *E ch' ella uon è d'alcuna efficacia, ma ſerve ſolo per oſtentare una grandiſſima pratica dell' iſtrumento, e degl' intervalli. E che le diviſioni del Monocordo enarmonico, ſecondo il* Zarlino, *e il* Salinas, *ſervono per queſto, e di quì è, che il Madrigale di* Luca Marenzio

Oh voi, che ſoſpirate ec.

nel quale mette prima in ogni corda ſeparatamente il dieſi ✻, *e poi il b molle ſi può chiamare d'un tuono ambulatorio, o incerto.*

XVIII. *E tanto baſti benigno Lettore, per accennarti qualche coſa del contenuto di quell' opera, diſpiacendomi di non potere per le mie occupazioni, comunicartela tutta, sì per dare occaſione a i profeſſori di queſt' arte, ed a quelli, che ſono meglio forniti d'ingegno e dottrina, che non ſiamo uoi; e che abbondano di maggior' ozio, e comodità, di perfezionarla coll' aggiunta della loro induſtria, sì anco per mia giuſtificazione, acciocchè alcuno non penſi, ch' io ti paſchi di belle promeſſe, o abbi ripiene le mie carte delle fatiche altrui: con tutto che io ne ſia ſtato ſempre alieniſſimo, e di molto diverſo parere da quelli, che non ſtimano ſe non i libri groſſi.*

XIX. Sed quum eiuſmodi lucubrationibus ſuis, alio avocatus, ſupremam manum imponere nequiſſet [1], conſilium cepit, librum vernacula lingua conſcriptum *Franciſco* Cardinali *Barberino* dicare, in quo multa maximi momenti ad rem pertinentia in epitomen redegit [2] ac Romae poſterorum memoriae traſmiſit cum hoc titulo „ *Compendio del Trattato de i generi, e dei modi della muſica con un diſcorſo ſopra la perfezione dei concenti, ed un ſaggio a due voci di mutazioni di genere, e di tuono in tre maniere d'intavolatura; ed un principio di Madrigale del Principe, ridotto nella*

(1) In opuſculo inſcripto *Trattato della Muſica Scenica* Cap. XIV. haec habentur. „ *Ma perchè io mi ſono ſempre dilettato di ſtudi reconditi, e ſingolari, per giovare al pubblico in quelle coſe, nelle quali pochiſſimi ſi trovano, che ci abbiano abilità, o inclinazione, e in particolare intorno la parte Armonica della muſica, ho affaticato aſſai, e compoſto nell' ultime vacanze d'Autunno, e di primavera un' opera intera, diviſa in più libri, e capi ſopra queſti Generi, e Modi; mi pare conveniente di darne quanto prima qualche ſaggio al mondo, dimoſtrando, come in ſommario quello, che in detti libri principalmente ſi contiene ec.* „

(2) *Donius* in Ep. ad *Lucam Torrium* XII. Kal. Maias MDCXXXIX. num. LXXXI. pag. 130. „ Antiquae muſicae potiorem partem, eam praeſertim, quae ad Tonos, ſive Harmonias illas veteres, Doriam, Phrygiam &c. pertinet, non modo κατὰ θεωρίαν, ſed etiam κατὰ πρᾶξιν reſtauraſſe me ſcias; nam & complura inſtrumentorum genera magno ſumtu, ac labore fabricari curavi; & praeter alia multa opera, quae editioni parata habeo, librum abhinc annis tribus vernacula lingua evulgavi, in quo multa maximi momenti ad hoc argumentum ſpectantis, quamquam in modicam Epitomen congeſſi: nec facti profecto poenitet, nam & nobilibus quibuſdam viris conſilium meum mirifice placuiſſe agnovi, & novam hanc melodiarum condendarum rationem „ paullatim recipi, atque in actum reduci apparet.

la medeſima intavolatura. Sequitur deinde in eodem Volumine alia eius Diſceptatio, quam ita inſcripſit „ *Diſcorſo ſopra la perfezione delle melodie, o de' concenti, nel quale ſi ſcoprono, o conferiſcono inſieme le perfezioni, ed imperfezioni de' due più generali ſtili della muſica: moſtrandoſi, come in molte coſe ſi potrebbono migliorare, e rimettere in uſo le rapſodie, cioè recitazioni col canto dei Poemi Eroici* „. Opus hoc multis principibus viris, praeſertim *Ferdinando* II. Magno Etruriae Duci (1), *Carolo* Cardinali (2), ac *Leopoldo*, Mediceis Principibus obtulit (3). Neque hoc eodem munere Amicos ſibi devincire praetermiſit *Erycium Puteanum* (4) *Mich. Ang. Bonarrotium* (5), *Benedictum Floreſtum* (6), *Io. Iac. Chiffletium* (7) *Marinum Merſennum* (8) *Io. Albertum Bannium* (9), Academiae Philharmonicae ſocios (10) alioſque, quorum nomina nimis longum eſſet recenſere.

XIX. Pridie Eidus Iulias anno milleno ſexcenteno triceno ſeſto maximo affectus eſt gaudio, ubi ei renunciatum fuit, *Franciſcum* comitem ab *Hatzfeld*, concordibus Herbipolenſium Canonicorum ſuffragiis, fuiſſe eius Eccleſiae infulis decoratum. Id enim longo iam ex tempore votis omnibus exoptaverat, pro ſua in ampliſſimum Praeſulem propenſa neceſſitudine, uſque eo inita, quo eorum quiſque, Avarici Biturigum legale tyrocinium poſuerat, iuriſprudentiam a viris conſultiſſimis accepturus (11).

XX. Haec inter, Romam de morte *Peireskii*, quae incidit VIII. Kal. Iulias, rumor advenit (12), idque *Donium* maxime perturbavit. Vix umquam meminiſſe illius potuit ſine lacrymis, eiuſque nomen, quoad vixit, illaudatum dimittere; ubi potiſſimum de eius religione in Deum, in Principem fide, morum integritate, in amicos benevolentia ſermo eſſet. Poſtquam vero caſus ille, non ſolum Pontifici, ac Card. *Barberino*, ſed reliquis etiam Principibus renunciatus eſt, communi ſuffragio, tanti viri memoriam debitis efferre laudibus ſancitum fuit. Iuſtis perſolvendis exhibuit ſe paratam Humoriſtarum Academia, in qua vivens fuerat cooptatus, reluctantibus licet eius inſtitutis, quibus id honoris ſolum Academiae principibus decernebatur, ut vix ſenis, iiſque dynaſtis, quadraginta annorum intervallo, fuerit parentatum. Verum tanti viri meritis conniventes Humoriſtae, ipſa accedente Cardinalis *Barberini* propenſione, nec non *Camilli Columnae* Academiae Principis auctoritate, *Peireskii* memoriam legibus ſolutam eſſe, non immerito ſunt arbitrati.

l XXI. In-

(1) Ferdinando Secondo Gran Duca di Toſcana ec.
Monſig. noſtro Dilettiſſimo. Eſſendoci noto, che VS impiega ogni ſuo ſpirito negli ſtudi, con acquiſto di merito, e di lode abbiamo avuto molto caro di vedere qualche frutto delle ſue fatiche, e le reſtiamo con aggradimento dell' eſemplare, che ci ha mandato dell' opera ſopra la muſica. In ogni ſua occorrenza le daremo ſegno del noſtro particolare affetto; ed il Sig. Dio la conſervi, e proſperi
Di Fiorenza 20. Maggio 1636. *Al piacer di VS.*
Il Granduca di Toſcana.

(2) Illuſtre Signore.
Io ho differito di ringraziare VS del libro di ſua compoſizione, ch' ella mi ha voluto mandare concernente a materie muſicali, per voler prima guſtarlo con la lettura di eſſo, e poter con maggior ſentimento lodare, ed ammirare il ſuo ingegno in ogni genere: e facendolo ora con particolare mio guſto, ringrazio VS. di queſta ſua corteſia: e confermando a lei la mia corriſpondenza, mi offeriſco in ſuo ſervizio, e la ſaluto con pieno affetto.
Di Fiorenza 24. Maggio 1636.
Affezionatiſſimo di VS.
Il Card de' Medici.

(3) Eius Epiſtola, quae brevitatis gratia omittitur, exſtat in Archivo *Doniano*.
(4) V Ep LXXII. pag. 120.
(5) Ep. LXXIII. pag. 121.
(6) Ep. LXXIV. pag. 122.
(7) Ep. LXXVII. pag 124.
(8) Ep. LXXIX pag 125.
(9) Ep. LXXX pag. 128.
(10) Ep. LXXXV. pag. 135.
(11) *Franc Hatzfeld* Epiſcopus Bambergenſis, & Herbipolenſis, natus A. MDXCVI. Ad ſuperos evolavit XII. Kal Iulias MDCXLIV. Vid. *Puffendorfium* de Rebus Svec *Ludwig* de ſcriptor Herbip. pag. 408. Conſulenda quoque *Donii* Ep. n. LXII pag. 101. in qua legendum Die MDCXXXVI non MDCXXXI. ut ex hiſtoricis, & ex Epiſcopi reſponſo patet n. LXXVII pag. 124.
(12) Erat ampliſſimi ordinis in Aquar. ſext. curia ſenator, ac reconditos antiquariae ſupellectilis theſauros, ſagacitate, conſilio, liberalitate cunctis toto orbe diſciplinarum ſtudioſis, ac *Donio* praeſertim aperuit. Vid. *Gaſſendum* l. c. lib. VI. ſub A. MDCXXXVII.

XXI. Indictus proinde eſt dies ad XII. Kal. Ianuarias, quo magnifico inſtructo apparatu in aedibus Humoriſtarum, eius viri dignitati reſpondente, parentalia, more maiorum, abſoluta ſunt, adſtantibus S. R. E. Cardinalibus, praeter *Barberinos* fratres, *Cueva*, *Biſcia*, *Pamphilio*, *Pallotta*, *Brancatio*, *Aldobrandino*, *Burgheſio*, in idem amici, & literati viri officium conſpirantibus. Convenerunt eruditiſſimi quique hominum, qui omnes ingenii ſui vires in eximii viri laudes Graecis, Latinis, & Italicis carminibus effuderunt. Funebrem vero orationem diſerte, & eleganter *Io. Iac. Buccardus* pronunciavit [1], delectus ad id muneris, tum ob raras ingenii dotes, tum ob amorem patrium, tum ob ſingularem erga pientiſſimos manes religionem. Atque haec eo libentius commemoro, quae Romae peracta ſunt, quoniam eam ſuiſſe iudicavi, veluti *Peireskii* apotheoſim, univerſi fere orbis plauſibus celebratam.

XXII. Nunc intermiſſum operis noſtri curſum repetamus. In Academia *Baſiliana*, in qua a ſecretis munere fungebatur *Donius* [2], de pluribus ſermonem inſtituit, ac diſſertationem prae reliquis *de utraque Paenula* Eidibus Sept. anni milleni ſexcenteni triceni octavi recitavit [3] quae Pariſienſibus poſtmodum Typis eſt evulgata [4]. In ea veram Paenulae formam ex ſtatua quadam, ſcalpturiſque anaglypticis nuper deprehenderat, examuſſim cum iis congruentem, quae de illa a vetuſtis Grammaticis tradebantur. „ Antequam, inquit, de habitu, quo ſacerdotes noſtri in re divina facienda utuntur, ſummatim diſſerere incipio, deprecor a vobis, Eminentiſs. Patres, doctiſſimique Academici, ne me vel confidentiorem, vel ordinis veſtri, atque huius loci parum reverentem exiſtimetis; quod immaturam adhuc, ac tumultuariam

(1) Editioni Romanae huius orationis acceſſere non recitata modo illa ab Academicis carmina, ſed literae etiam *Naudaei*, & faſciculum praeterea elogiorum funebrium, quae, quod totius fere orbis linguis ſint expreſſa, XL enim, proximeque ſunt, ideoque titulus ipſis ΠΑΓΓΛΩΣΣΙΑ, ſive generis humani *Leſſus* in funere delicii ſui.

(2) Romae in Bibliotheca *Barberina* codex exſtat, cum hoc titulo „ Academiae *Baſilianae* Faſti a *Ioſepho Carpano* Romano I. V. D. Protonotario Apoſtolico, & in Romana Univerſitate Iuris Civilis Profeſſore emerito, deſcripti. Academia *Baſiliana* erecta fuit Romae in Coenobio Monachorum S. *Baſilii* Magni, ritus Graecanici apud Eccleſiam S. *Ioannis* de Mercato, vulgo Mercatello, in Regione Pineae, opera eorumdem Monachorum, ſic iubente Eminentiſſimo ac Reverendiſſimo Principe *Franciſco* Cardinali *Barberino* S. R. E. Vicecancellario, illius ordinis protectore vigilantiſſimo memoriae numquam interiturae, ſub patrocinio eiuſdem Eminentiſſimi Domini Cardinalis Anno MDCXXXV. die Dominico III. Iunii ſanctiſſimae Triadi dicato, quo die habita fuit ſolemnis oratio in praedicta Eccleſia a P. D. *Ioanne Baptiſta Aegyptio* eiuſdem ordinis Monacho, pro Academiae erectione, cuius inſtitutum fuit, ut prius haberetur lectio Latine conſcripta de rebus Sacris, vel Moralibus, & potiſſimum ad controverſias Eccleſiaſticas ſpectantibus, & deinde ſolveretur dubium aliquod Linguae Graecae, deſumtum praecipue ex Liturgiis Graecorum, proponendum ab eo, a quo in antecedenti Academia lectio fuit habita, ideoque eiuſdem Academiae Secretarii munus erat, duos ſemper praemonere, quorum alter dubium propoſitum ſolveret de conſenſu tamen Eminentiſſimorum DD. Cardinalium, Protectoris, & Principis eiuſdem Academiae, ſine quorum praeſentia nulla Academia fuit habita. Protector autem fuit praedictus Eminentiſſimus D. Cardinalis *Franciſcus Barberinus*: Princeps vero clar. mem. Eminentiſſimus D. *Franciſcus Maria* Cardinalis *Brancaccius*: ſecretarius D. *Ioannes Baptiſta Donius* Florentinus. Vt autem tam celebris Academiae memoria nullo unquam tempore periret, ego inter Academicos illos praeſtantiſſimos, licet immeritus, & nullius virtutis, benignitate eiuſdem Eminentiſſimi D. Cardinalis *Barberini* adlectus, tunc omnes Academias eo ordine, quo habitae fuerunt, diligenter adnotavi, & nunc poſt hanc meam opellam reſcripſi, eaſque publicam in lucem edere non incongruum duxi ad Reipublicae Literariae ſolatium &c. „

Poſtquam *Donius* ex urbe diſceſſit, Academia *Baſiliana*, quae tam fauſtis ominibus orta erat, in deterius ruere coepit, ut patet ex Ep. *L. Holſtenii* ad *Donium* dat. XIV. Kal. Mart. MDCXLI. num. XCII. pag. 147. „ *L'Accademia voſtra Greca con la partenza di VS. è andata a monti; e più toſto in deſuetudine per le altre più urgenti occupazioni dell' Eminentiſſimo Sig. Cardinale mio Signore, e mi ha accennato alcune volte S. E. di volerla ridurre in qualche congreſſo più familiare in ſua caſa*.

(3) Id ex pag. XIII. eiuſdem Diſſertationis eruitur.

(4) Hanc diſſertationem publica luce donavit vir Cl. *Gabriel Naudaeus* Pariſiis, Typis *Sebaſtiani Cramoiſy* MDCXLIV. Epiſtolam Dedicatoriam *Slingelando* praemittit, in qua cum laude de *Donio* meminit, eumque pag. V & VI inter ſummos, & lectiſſimae, caſtigatiſſimaeque doctrinae viros recenſet. Huiuſmodi opellam ſummis laudibus efferunt *Bartolus Bartolinius* pag. IV. XVII. & alibi, in Comment. de Paenula, nec non *Daniel Georgius Morhofius* in Polyhiſtore Lubecae MDCXLVII. 4. lib. V. cap. II. § IX. Prodiit haec iterum, ſuadente *Graevio*, Antuerpiae in calce libri, cui titulus *Alberti Rubenii* de re veſtiaria, & praecipue de lato clavo pag. 313. ſicut etiam Tom. VI. Theſaur. Romanar. Antiquitat. pag. 1157. Ex Epiſtola ſcripta Romae VI. Kal Sept. MDCXLIV. ad *Io. Bapt. Donium* ea, quae ſequuntur, deſumſi „ *Mi diſpiace l'avviſo, che mi da del prezioſo Opuſculo ſuo* De Paenula, *che non abbi nella ſtampa di Parigi avuto quel buon incontro, che alla perfezione di eſſo ſi doveva; non eſſendo ſtato accompagnato da quelle figurette, che per più viva dimoſtrazione di ciò, che in quello ſi dicevano erano ſtate aggiunte. Il buon Sig.* Naudeo, *che ha occupazioni immenſe in occaſione della vaſta libreria, che mette inſieme all' Eminentiſſimo* Mazzarino, *come non avrà potuto aſſiſtere perſonalmente, così dal libraro per più pronta ſpedizione, e per manco ſpeſa, ſi ſaranno laſciati a dietro con danno certo del libro, che non poteva, che muover più la curioſità di quelli, che ſi dilettano delle notizie antiche ec.* „

riam inſcriptionem hodie vobis obtrudam. Quum dies Academicus inſtaret, ac nemini, quantum ſcire potui, indictae eſſent diſſerendi vices: ne nonnulla mea culpa vacuus hic dies abiret, ſuccedaneam operam huic muneri impendere adgreſſus ſum, eo ſane fidenrius, quo veſtra mihi humanitas perſpectior erat: quoque magis ex aulicae vitae uſu intellexi, viris principibus, ac ſapientibus, non tam ſeram, moroſamque diligentiam, quam promtitudinem obſequii in rebus gerendis plerumque placere. Quod potui, operam dedi, ut argumentum ſeligerem, inſtituto huius loci maxime, ni fallor, conſentaneum. Quum enim in hoc ornatiſſimo coetu, ſacrae eruditionis ſtudia praecipue pertractentur, profana vero, quatenus dignioribus illis inſerviunt; ita ſane congruenter de eo habitus genere edifferam, quod profanis uſibus ab initio deſtinatum, rei divinae peragendae tandem ceſſit. Deinde ſicut Graecanicae Eccleſiae inſtituta illuſtrati heic maxime ſolent; non tamen ſine comparatione Latinorum; ut una eademque *Chriſti* ſponſa, quamquam ſubſtantia, & corpore indiviſa, attamen diverſitate rituum, quaſi veſtimentorum ornatu, multifariam conſpicienda, &, ut divinae literae loquuntur *circumamicta varietatibus*, contemplantium oculis cultiorem ſe exhibeat; ita certe non incongrue de Poenula diſſeretur, quae, ut & vocabulum ipſum, primum a Graecis inventa, deinde ad Romanos traducta, poſtremo heic, atque illic in uſum ſacrorum venerabilis manſit: & quamvis utrobique non eamdem prorſus ſpeciem retinuerit, nihilominus una eademque, cum origine, tum uſu cenſeri debet. Quam quidem tractationem eo lubentius ſuſcepi, quo clarius, ac teſtatius priſci huius veſtimenti ſpeciem indicare, atque oſtendere vobis poſſe videor &c. „

XIV. Quum vero ſcenicis admodum delectaretur, nonnulla pertractavit, quae ſive antiquiorem ſpectemus, ſive recentiſſimum uſum, eius viri in theatralibus peritiae, non levi ſunt argumento: idque faciliori negotio adſequi ſibi pollicitus eſt, ſcripto opere de muſica in ſcenas prodeunte [1], quod non ad veterum modo illuſtranda praecepta, quam ad recentiorum licentiam temperandam conduceret, & gravitatem cum voluptate copularet, animiſque adoleſcentium conſuleret, qui ſibi nimio plus iuſto indulgent, quam honeſtae vivendi leges patiantur. Porro priſtinum ſuum morem rectum, & laudabilem primum corrupit Graecia theatris, & ſcenis nimium frequentandis, choriſque illis imprimis addiſcendis, qui ſuavitate aures, animos autem maxime adfectionibus variis permoverent. In Urbem inde Romam devecta illa pernicies, nervos antiquae gravitatis perfregit, atque diſcidit. Noſtra autem hac aetate quid ſperari debeat boni ex huiuſmodi mu-

(1) In idea operum pag. 197. opus hoc *Donius* diverſimode partitus eſt, ut exhibetur in Tom. II. Muſurgiae *Donianae*. Videtur illud Romae adortus fuiſſe, Florentiae vero confeciſſe. Conſulenda ſunt verba cap. IX. pag. 22. & cap. XLV. pag. 129. euſdem operis, & pag. 89 citati Compendii *de' Generi, e Modi*, ubi haec. „ Potrò forſe anche tra poco, farti parte d'un'altra mia fatica finita ſopra la Muſica Scenica: dove ſi moſtra, credo con buone ragioni, come ella ſi poſſa perfezionare aſſaiſſimo; e che ci ſi commettono infiniti errori, così nelle azioni ſteſſe, come nella melodia, ed accompagnamento degl'inſtrumenti: oltre molte altre coſe curioſe, che vi ſi contengono, sì circa l'origine che ebbe a' tempi noſtri in Firenze lo ſtile recitativo, come circa il maneggio da' cori, i vaſi teatrali di *Vitruvio*, il Tonorio di *Gracco*, ec. Ma per aggiunta vi ſarà un trattato intero delle ſillabe muſicali uſate dagli antichi Greci; e come a eſempio di quelle, ſi poſſano ridurre le noſtre a maggior brevità, chiarezza, e facilità; a ſegno tale, che i fanciulli potranno forſe riſparmiare ſei meſi di tempo nell'imparare il canto; ed ogni muſica per alterata che ſia, con molti ſegni accidentali, facilmente s'intonerà: inſegnandoviſi in ſomma un nuovo, o rinnovato metodo per gli eſercizi del cantare, e per l'intonazione regolata di ciaſcun Genere e Modo; e parimente un nuovo e faciliſſimo ſtile d'intavolatura, per ſegnare ogni ſorte di varietà melica: ſiccome forſe c'ingegneremo una volta di dar luce, e perfezione alla parte ritmica: che oggidì è più imperfetta, e confuſa d'ogn'altra. Buona parte della quale entra nel trattato *de ratione modulandorum carminum Latinorum*, non ancora finito; oltre molte coſe ſingolari che vi ſono, intorno la ſincera, ed antica pronunzia di queſta lingua; e circa l'eſpreſſione melodica: che è quella parte, che inſegna a ben proferire le parole col canto. Tralaſcio molte altre opere abbozzate, e diſegnate ſolamente (ancorchè io ne abbia raccolto per la maggior parte le materie) come alcuni diſcorſi muſicali ſopra certe coſe principali, e curioſe di queſta profeſſione. „ *Vid. pag. 127. Operis de Praeſtantia muſicae veteris*.

Digitized by Google

ſica, promtum eſt cognoſcere, quum videamus, quibus moribus ſint ii, qui eam tradunt, ac profitentur. Et ſi quid, quae vulgo, & paſſim in ſcenas nunc producuntur comoediae haberent in ſe recti, ac decori, illarum ſenſum, ac notiones, conciſe, fractis, ac vibratis inter ſe faucibus offuſcant, & impediunt cantores, qui auribus tantum, ac voluptati deſerviunt. Sed haec obiter dicta ſint: nunc ad *Donium* noſtrum revertamur, qui obſervationes quaſdam de re veſtiaria multarum nationum ſparſim, & apud varios autores, pleroſque obſcuriores, diſiectas ex veteribus etiam numis, & marmoribus collegit. Quam congeriem certis capitibus diſtinctam, & antiquariae ſupellectili iconum excuſarum cum iudicio adiunctam, ſi in ordinem redegiſſet, ea profecto ad veſtes veterum exprimendas, quae non ſcenae tantum, quam picturae, reliquiſque artibus, ac facultatibus deſerviunt, profuiſſet [1].

XXIII. Interim, quum humaniores literae poſt virorum Cll. iacturam, praecipue vero *Petri Victorii* ac *Io. Bapt. Hadriani* aliquantulum priſtini ſplendoris amiſiſſent, ſubiit *Ferdinando* II. magnanimo Etruriae Duci A. MDCXXXVIII. *Donium*, quem ſummis antea benevolentiae ſignificationibus affecerat, in patriam arceſſere, ut Florentinam iuventutem optimis diſciplinis inſtitueret [2]. Conſanguineorum conſilio, & amicis hortantibus, honorificum munus excepit libens. Verum ita ſuum differre in patriam reditum coactus eſt, praepeditus multis Romanae aulae occupationibus, quae ſupremam ab eo manum expoſtulabant, quantumvis repetita Cardinalis *Medicei* officia, nec non *Andreae Cioli* M. D. a ſecretis, hominem interpellare non ſinerent. Annum circiter millenum ſexcentenum trigenum nonum, novam ad muſicam Paraeneſim Gallice conſcripſit, ut Pariſienſibus Typis ederetur, cum hoc titulo „ *Nouvelles Introduction de Muſique, qui monſtre la reformation du ſyſteme, ou Echelle Muſicale, ſelon, la methode ancienne, & meilleure: la facilitè d' apprendre toutes ſortes de chant par le retranſchement, de deux ſyllabes, ut, & la: une nouvelle maniere, & plus aiſee de Tablature Harmonique, & un Nouveau reiglement des Avantexercices de la Muſique. II. Abregè de la matiere des Tons. Qui monſtre en peu de mots tout ce que l' auteur a traicte plus amplement en pluſieurs diſcours Italiens, touchant le Tons, ou Harmonies des anciens, par luy bereuſement renouvelees, & remiſes ens uſage* [3].

XXIV. Per id tempus Progymnaſticam veterum muſicae partem reſtituit, & ad recentiorem praxim redegit, duobus voluminibus, quorum in primo vetus ſyſtema muſicum propoſuit, atque illuſtravit, novaeque ſemaeographiae ſpecies attulit; in altero Progymnaſticas Graecorum ſyllabas exhibuit, quarum exemplo noſtrae repurgantur, ac muſicarum Praeexercitationum accuratior methodus exhibetur [4]. Quo vero ad penitiorem muſicam ſibi pararet aditum, non praetermiſit ab oris uſque Britannis *Boethii*, & *Rogerii* exemplaria cum vetuſtiſſimis originalibus, Cantabrigiae, ut ferebatur, adſervatis,

(1) In cit. idea pag. 197.

(2) Vid. Ioſ. Blanchinum *De' Gran Duchi di Toſcana Ragionamento V. Venezia per* Gio. Batt. Recurti *MDCCXLI. fol. pag. 103. La cattedra di lettere Greche, e di varia erudizione, che anticamente fu con tanta gloria occupata da* Ang. Poliziano, *e da* Piero Vettori, *volle che foſſe in prima conferita a* Gio. Bat. Doni *letterato celebratiſſimo*.

(3) In Libro, cui titulus *Annotazioni ſopra il compendio* &c. pag. CCLXX ita legitur. *Come più particolarmente ho moſtrato nel mio Trattato Franceſe, intitolato Nouvelle Introduction de Muſique &c. che con un riſtretto della materia de' tuoni fu da me ultimamente inviato a Parigi per iſtamparſi*, e pag. CCCCXX. *Del che ſi ſono moſtre le ragioni, e utilità notabiliſſime, che ſe ne cavano per la perfetta pratica d' imparare il canto con brevità, e chiarezza, e d' intavolare la muſica con maniera aſſai più facile, e ordinata della comune in un noſtro diſcorſo in lingua Franceſe, che al preſente ſi ſtampa in Parigi*. An vero eiuſmodi *Donii* opuſcula lucem adſpexerint, mihi incompertum eſt. Lego in Ep. data Romae a *Io. Buccardo* XII. Kal. Maii MDCXLI. num. XCIV. pag 149. *De' ſuoi Trattati Franceſi, non ho avuto ſino adeſſo avviſo veruno*.

(4) Edita ſunt Tom I. pag. 205. incipiunt „ Quoniam ſyſtema apprime eſt muſicis neceſſarium, conſentaneum videtur, ut de eo quaedam praemittantur &c. „

vatis, fideliter collata ſibi comparare, interpellato *Thoma Rigelio* Medico Londinenſi, cum quo recens inierat amicitiam [1]. At iis incompertis, alterius exemplaris *Boethiani* operis, aeque vetuſtiſſimi duo capita ſimul cum notis muſicis, ſuapte manu conſcriptis, *Rigelius* ad amicum remiſit [2].

XXV. At eius operum evulgato molimine *Io. Albertus Bannius* muſicae peritiſſimus, datis ad *Donium* literis vehementer conqueſtus eſt, ſerius, quam par erat, innotuiſſe ſibi eius viri ea in arte peritiam, a quo de pluribus ſe eruditum iri ſperabat [3]. In cuius ſpei argumentum nonnulla ab amico percontatus eſt, de quibus ſuffragio ſuo certior fieri ſe poſſe confidit, ut opus ſuum Diſquiſitionum Harmonicarum propediem evulgandum, magis magiſque expoliret [4].

XXVI. At hiſce diſtentus, honeſtam animi remiſſionem quaerens, quum Bacchanaliorum feriae anni milleni ſexcenteni quadrageni, regio propemodum luxu, & adparatu Romae celebrarentur, *Barberino* Cardinali autor fuit, ut *Senecae* Troades, more maiorum, in theatrum prodirent; non aliter ac ipſe in privata eiuſdem Cardinalis Academia exhibendas cenſuerat [5]. Kal. Maiis Diſſertationem habuit in percelebri *Baſiliana* Academia, qua Cardinales multi, & eruditiores quique Romanorum confluxerant, egitque de muſica ſacra, vel Eccleſiaſtica [6], quae iure optimo & in Hebraeorum ſynagoga [7], & vetuſtiſſima inter militantis Eccleſiae inſtituta recepta eſt. Quare conſueviſſe Chriſtianos veteres, antelucanis coetibus *Chriſti* laudes decantare, *Plinii* ſecundi Epiſtola teſtatur. Exinde utriuſque Eccleſiae Graecae, & Latinae Pontifices, ſacras cantiones eorum in Eccleſiis excoluerunt, ut ab *Ambroſio* Mediolanenſe, *Athanaſio* Alexandrino, *Gregorio* [8] Magno,

(1) Vid. *Donii* Ep. num. LXXIX. pag. 127.

(2) Vid. *Rigelii* ad *Donium* Ep. num. LXXXIII. pag. 133. & alteram num. CVI pag. 167.

(3) Vid Ep. num. LXXXVII. pag. 136. & Ep. num. LXXXII pag. 132.

(4) Fuit muſicae artis peritiſſimus *Bannius*, cuius legitur „ Diſſertatio de muſicae natura, origine, progreſſu, & ſtudio, cum *Grotio* de ſtudiis inſtituendis pag. 66 .

(5) Vid ſerm. VII. de Rithmopoeia ad *Iac Buccardum*, ubi haec. *Avendomi VS. con molta iſtanza richieſto il mio parere circa l'oſſervanza della quantità delle ſillabe ne' verſi Latini che ſi mettono in muſica, e circa il maneggio de' Cori Tragici, con occaſione della Troade di Seneca, che ſi rappreſenta in queſto carnevale in gran parte al modo antico, d' ordine dell' Eminentiſſimo Sig Cardinale* Barberino *mio comune Padrone, e Principe intendentiſſimo „ volentieri ho condiſceſo a sì giuſta richieſta „ E tanto più volentieri ho intrapreſo ſeco queſto diſcorſo, che avendo notizia del ſuo finiſſimo giudizio, maſſime in conoſcere le più interne bellezze dell' idioma Latino, e ſuoi Poeti, congiunta l'efficacia ſua propria nell' operare, e il poſſedere aſſai bene la pratica muſicale; e formato ſicuro concetto del buon eſito di queſta impreſa, maſſime eſſendoſi appoggiata la carica della muſica al Sig* Virgilio Mazzocchi *ec.*

(6) Edita T. I. operum pag. 267. Ita vero conſilium ſuum *Lucae Torrio Donius* aperuerat in Ep num. LXXXI pag. 130. „ In eiuſdem Bibliothecae (Eſcurial e ſcilicet) elenchis adnotari tractatum quemdam, qui inſcribitur *Mozarabes innovationes*. Eius aliquod ſpecimen, ſi, ut arbitror, ſacros cantus Liturgiae Mozarabum continet, pariter mihi compares velim. Peropportunum id erit illuſtrando operi, quod molimur de *muſica ſacra, vel Eccleſiaſtica*. „

(7) Vid ipſum *Donium* de muſica apud Hebraeos differentem in lib. de *Praeſt muſic. veter. Lib. I pag* 98.

(8) Egregium *Gregoriani*, cantus monumentum ſupereſt in Bibl. *Auguſtiniana* Urbis, codex videlicet antiquiſſimus (*Graduale* inſcribitur) in quo eſt ſacrarum modulationum magna pars; quas Introitus, Antiphonas, & Sequentias vocant, notis concepta vetuſtiſſimis, & longe ab iis, quae vel aetate noſtra, vel *Guidoniano* ſaeculo frequentabantur, diverſis. Adeunda ſunt, quae de egregio hoc Codice adnotantur a *Ioſ. Mar.* Card *Thomaſio* operum T. V. editionis Romanae A MDCCXLIX Ceterum, quum maxima ſemper fuerit Romanae Eccleſiae autoritas in omni ſacrorum adminiſtratione, ritu que, tum in iis, quae ad Eccleſiaſticum cantum pertinent, non minor fuit. Quod ex re in Galliis geſta, & ab *Echerardo* in vita *Notheri* enarrata, in actis ſanctor. T. I. April. liquido conſtat. Quum enim *Gregorius* magnus Antiphonarum cantorem, ut *Io. Diaconus* loquitur, confeciſſet, & cantorum ſcholam Romae inſtituiſſet, earum modos Galli, Germanique, alieque Europae gentes didicerunt; paullatim tamen immutarunt, ut rigidas quaſdam, atque obſtrepentes voces proceſſu temporis effunderent. Cui congruit quod Sangallenſis alter monachus in *Caroli* Magni vita ex *Varimberto* ſcriptum reliquit, & ex eo Chronicon Engoliſmenſe, quod tremulas, vel colliſibiles, vel ſecabiles voces in cantu non poterant perfecte exprimere Franci, frangentes in gutture potius varias voces, quam exprimentes. Poſtea vero, quum *Carolus* magnus Francorum Rex Romae degeret, & Gallicani, ac Romani cantus diſcrimen adnotaſſet; eſſentque qui dicerent, Romanum corruptum eſſe: quaeſivit rivus ne, an fons limpidiorem aquam preberet. Quum illi fontem dicerent: nos ergo, inquit, optimus Rex, qui hactenus de rivo hauſimus, ad fontem hunc redeamus. Quare duos praeſtantioris indolis clericos apud *Hadrianum* Pontificem, Muſicae ediſcendae cauſſa, reliquit; quos, ubi plene inſtructos accepit, ad Metenſem Eccleſiam allegavit: eaque ratione priſtinum canendi morem in totam Galliam reduxit. Quo in re paternum *Pipini* exemplum ſequutus eſt piiſſimus Princeps, quod ex Cap LXXX. lib. I. Capitularium conſtat, ut quod ille ſumma contentione adgreſſus fuerat, ipſe perficeret. Multa de *Gregoriano* cantu egregia adnotat Card. *Bona* de cantu Eccleſiaſt. Cap. XVII. §. IV. & *Ioſeph. Mar.* Card *Thomaſius* in erudita praefatione ad reſponſoralia, & antiphonaria Romanae Eccleſiae a S. *Gregorio* magno diſpoſita. Operum T. IV.

Digitized by Google

gno, *Leone* II. *Vitaliano*, *Io. Damaſceno*, aliiſque permultis, fuiſſe factitatum compertum eſt.

XXVII. Tum quoque uſus invaluit promiſcue in Templis canendi; at quum laſcivia quaedam paullatim irrepſerit, canendique rudes peritioribus obſtreperent, inconditum illum pſallendi modum Patrum decreta damnarunt (1). Enimvero *Iſidorus Peluſiota* in illa canentium turba, mulieres nonnumquam extitiſſe docet, quae nimium lenocinium cantui adhiberent: adeo ut delicatis quibuſdam vocum flexionibus, multos non tam a rerum caeleſtium contemplatione avocarent, quam ad cupiditatum incitamenta (εἰς ἐρεθισμὸν παθημάτων) intruderent. *Socrates* vero hiſtoricus tradit (2) D. *Athanaſium* initio ſuaviſſimas quidem cantiones in ſua Eccleſia toleraſſe; inde vero, gliſcente ſenſim Alexandrinorum licentia, eas tollere fuiſſe coactum. Quare ad ſacrorum miniſtros id muneris demandatum fuit, unde quos antiquae ſynodi ψάλτας κανονικοὺς adpellant, τοὺς ἐν κλήρῳ τεταγμένους *in clero ordinatos*, ſive Clero concreditos *Zonaras* interpretatur; & Latini ſacros huiuſmodi cantores pſalmiſtas, vocitarunt (3).

XXVIII. Nonnulla de *Vitalianis Donius* curioſa protulit: erant illi in Romana Eccleſia cantores, qui ſummo Pontifice, rem divinam faciente, canebant, quod a *Vitaliano* Pontifice, muſicae peritiſſimo; & ut ferunt, organorum in Eccleſia autore, inſtituti fuerunt. Neque occidentalis Eccleſia unicam canendi formam ſortita eſt, nam ut *Gregorianam* praetermittam a magno *Gregorio* expolitam, quam catholicae fere omnes occidentales Eccleſiae uſurparunt, viget adhuc *Ambroſianus* cantus apud Mediolanenſes, ac finitimos populos, a D. *Ambroſio* inſtitutus, & apud Hiſpanos in Toletana Eccleſia remanent reliquiae quaedam illius ritus, quo Chriſtiani ſub Maurica tyrannide utebantur.

XXIX. Inde vero paullatim exolevit, ac ferme interiit cum reliquis bonis artibus ſacra muſica, ob barbarorum vaſtationes, ac ruinas. Verum illis ceſſantibus, paullatim cepit aliquo in pretio haberi, praeſertim apud Monachos, & Sacerdotes, quibus tunc ſolis fere Latinam linguam deguſtare datum erat, opera potiſſimum *Guidonis* patria Arretini, Monachi ex D. *Benedicti* familia. Is in agri Ferrarienſis coenobio, Pompoſa nuncupato, pſalmodiae diligentem impendebat operam; utque erat acri, ſolertique ingenio praeditus, multum temporis in ea addiſcenda iuvenes conterere animadverterat, quod nullis regulis, praeceptiſque ſubfulti, canendi arti vacarent, nulliſque praeexercitamentis vocem formarent; atque intonationes, quas vocant, ſeu ἐκφωνήσεις intervallorum conciperent, antequam pſalmos, ceteraque Eccleſiaſtica cantica inciperent modulari.

XXX. Ad hanc igitur facultatem adferendam, ſecum ipſe inveſtigare adorſus eſt A. MXXII. quibuſnam ſyllabis ſingulas voces, ſeu phthongos, ex quibus omnis vulgatus, ac diatonicus cantus componitur, inſignire poſſet,

eaſque

(1) Non unis Conciliorum ſanctionibus promiſcuus ille canendi uſus ſublatus eſt, ut in Trullano, quod βοὰς ἀτάκτους καὶ ἀναρμόστους voces inconditas, & abſonas ſapienter prohibuit.

(2) Lib. I cap. 8.

(3) Illud notandum, quatuor quaſi gradibus Eccleſiaſticum cantum apud Latinos proceſſiſſe; quorum primus pſalmorum tantum, atque Hymnorum melodias continuiſſe videtur. Secundus, multas alias ſimplicis cantus ſpecies, quae, hodieque, rei Divinae adhibentur, adſtruxit, ut Antiphonas, Introitus, Reſponſoria, Sequentias, Praefationes, atque alia eiuſmodi, quae magnas ſucceſſu temporis mutationes ſuſceperunt. Tertius gradus adieciſſe videtur concentum, quem vocant extemporaneum (*contrappunto a mente*) in quo ſuper dictiones, ſive ſyllabas, Antiphonaſque, earum potiſſimum, quae ad introitus pertinent, chorus ſymphonetarum variis conſonantiis, ſecundum cuiuſque partes, ut vocant, ſaltuatim quodammodo, canebat, grato quodam auribus murmure. Eius origo inter XII ac XIII. ſaeculum, ut apparet, repetenda eſt. Quartus denique gradus ſuperiori, ut videtur, ſaeculo operoſiores concentus ac magis artificioſos (*contrappunctum fugatum* vocant) Eccleſiaſticae modulationi ſuperaddidit conſimili muſicorum laſcivia, in Odea, atque Ambones Templorum ſubinductos. Vid. eximium opus *Io.* Card. *Bonae* de cantu Eccleſiaſtico divinae pſalmodiae.

eaſque ſeptem aptavit literis A. B. C. D. E. F. G. quae tunc quoque Diagrammatum vicem apud noſtros obtinebant. Quare quum aliquando hymnum D. *Ioannis*, *Vt queant laxis* &c. eiuſque melos, obſervaret, aptiſſimae ad id negotium ei viſae ſunt ſex illae ſyllabae, quae in prima ſtrophe in trium verſuum, quae ſapphica ſunt, ſena hemiſtichia incidunt.

VT queant laxis REſonare fibris
MIra geſtorum FAmuli tuorum
SOLve polluti labii REatum &c.

Eas igitur ſyſtemati, ſeu ſchalae muſicae, quam ex viginti gradibus, ſeu potius novemdecim, ac viginti vocibus compegit, eiuſque literis, ſeu vocum ſignis ſic adaptavit, ut nonnullis ſingulae, aliis binae, ceteris ternae obvenirent, ea videlicet gratia, ut dum tranſitus a Diateſſaron in Diapente, itemque a progreſſione diſiuncta, ad coniunctam faciendus eſſet, una omiſſa, alia uſurparetur: ita tamen, ut perpetuo inter *mi* & *fa* ſemitonium intercederet. Quumque antiquiores ab A, utpore prima Alphabeti litera, ordinem vocum inciperent, ipſe adiecta inferius Γ Gamma, ſive ut oſtenderet a Graecis hanc facultatem habuiſſe originem, ſive alia de cauſſa, ab ea ſyſtema exordiri voluit, adpoſita *ut* ſyllaba, eodemque modo reliquis cuique literae attributis (1).

XXXI. Itaque ab *Ioanne* XX. Pont. Max. Romam propterea evocatus *Guido*, perbenigne exceptus, novam in pſalmodia concinenda methodum invexit (2), quae ad haec uſque tempora ſervata eſt: centenis licet ab hinc annis, nimia dixerim Patrum indulgentia, an prava artificum κακοτεχνία, ſubverſis veteris muſicae legibus, identidem ſubintroductae ſunt novae modulationes flexanimae, lenocinia vitiorum; cui errori obviam ire non deſtitere Romani Pontifices, quos inter recolendae in aeternum memoriae Benedictus XIV. huiuſmodi cantiones paternis monitionibus eliminari ab Eccleſia curavit (3).

XXXII. Haec in Academia *Baſiliana* copioſe, diſerteque praefatus eſt *Donius*, & nimis prolixum eſſet, nec propoſito meo conſentaneum ea omnia, vel in compendium redacta, ob legentium oculos ponere. Quum vero obſervaſſet *Donius* quemdam D. *Auguſtini* locum in ſuis Retractationibus, in quo Hypoplaſmam ſe adieciſſe pſalmis ingenue fatetur (4), quid illud eſſet in eadem Academia, conſueti problematis loco, exornandum adſumſit. Aliquando etiam cum *Franciſco* Cardinali *Barberino* ſermonem inſtituit, de ſervanda penes Graecos veteri muſica, ad inſtar Latinarum modulationum tranſpoſita (5).

XXXIII. *Do-*

(1) *Donius* Progymnaſm. Muſicae Lib. II. Cap. I.

(2) Si verum eſt quod incertus autor Bibliothecae Vaticanae ſcriptum reliquit, aliquot etiam notulas, ſeptemdecim videlicet, vel octodecim, cum ſuis appellationibus, partim e Latina, partim e Graeca lingua detortis invenit, ut vel ſpatia temporum, vel potius varias meliſmatum, & ἱσμελῶν species exprimeret. *Guidaniorum* ſpecimen, hoc eſt, Euchaphus, ſtrophicus, punctus, porrectus, horiſcus &c. et poſt aliqua.

Haec finxit Guido, *diſtinxit & ordine digno*,
Muſica quo vixit vivo, moriente refrixit.

(3) Commentarius in eam eruditus extat cum hoc titulo „ *Bodata* in Ep. Encyclicam Benedicti XIV. de anno Iubilaei, de cultu templorum, de cantu, & de muſica Eccleſiaſtica. Romae MDCCXLIX 4.

(4) Lib. I. Cap. XX. Eſt quod ad ſingulas pſalmi partes ſuccinitur & reſpondetur. Gallis Refrains Vid. C. *Du Freſne* in Gloſſario.

(5) Oper. T. 2 p. 161. *Diſcorſo all' Eminentiſs. Sig. Card.* Barberino *del conſervare la ſalmodia de' Greci, recandola nella noſtra intavolatura. E' coſa oggimai notiſſima, quanto V. E. ſi compiaccia di conſervare con generoſità, degna veramente di Principe Eccleſiaſtico, le antiche memorie ſacre, poichè oltre il non vederſi maggior delettazione in lei, che di quelli ſtudi, che a materie Eccleſiaſtiche, ed antiche ſpettano; chi è quelli, che non ſappia quante memorie ſingolari, e per l'anti-*

XXXIII. *Donius* igitur in novis muſicae inſtrumentis, harmoniiſque excitandis, tum in veterum modis inveſtigandis adſiduus, quum mire quotidie in ea facultate proficeret, quoſdam in vulgus effuſos errores ſtuduit eliminare, pluribuſque vel ſuboſcuris, vel inconcinnis vocibus ſubductis, aptiora quaedam, ac mirifice pro captu ſuo exprimentia, ſubrogavit (1).

XXXIV. Iam vero ſuperioribus annis cum amicis ſuis privatim, ac publice de veterum Tonis pluries diſceptaverat (2), veritusque ne inventis ſuis, ſibi alii gloriam praeriperent (3), compendium operis de generibus, ac modis muſicis in lucem feſtinanter emiſit; quod quum prae ſua brevitate ſubobſcurum nonnullis videretur, Romae conſilium cepit, aliud eiuſdem argumenti volumen edere, nonnullas in praeteritum opus animadverſiones continens, auſpice Card. *Antonio Barberino*, Anno MDCXL. (4) una cum aliis Opuſculis muſicis, quorum heic indicem ſubnectimus. Legitur itaque primum „ *Annotazioni ſopra il Compendio dei generi, e dei modi della muſica di Gio. Batiſta Doni, dove ſi dichiarano i luoghi più oſcuri, e le maſſime più nuove, ed importanti ſi provano con ragioni, e teſtimonianze evidenti di autori claſſici. Con due Trattati, l' uno ſopra i buoni, e veri modi, l' altro ſopra i tuoni, ed armonie degli antichi: e ſette diſcorſi ſopra le materie più principali della muſica, e concernenti alcuni Inſtrumenti nuovi praticati dall' autore* (5). *In Roma nella Stamperia di Andrea Fei MDCXL.* „

Poſt

l' antichità venerande ne abbia fatto reſtaurare, e quanto umanamente ne può aſſicurare dall' ingiuria de' tempi, o da altre calamità, che occorrono nel mondo? „ *Eſſendo dunque il canto Eccleſiaſtico Greco parte molto principale del loro rito, che ella deſidera ſommamente, che ſi conſervi ed illuſtri come fede ne può fare quell' erudita adunanza di S.* Baſilio, *la quale per queſto fine maſſimamente viene da lei continuamente protetta, ed onorata della ſua aſſiſtenza; credo, che non gli ſarà diſcaro, che io le proponga un modo faciliſſimo da conſervarlo quanto durerà il mondo, e la Chieſa ſanta* „ *Ciò ſi effettuerebbe dunque con eſprimere con le noſtre note muſicali, le loro, cioè quelle iſteſſe modulazioni, prolazioni, o portamenti di voce, che da eſſe (e non ſono molte) vengono ſignificate. Alla quale interpretazione, (che in due fogli al più s' includerebbe) ſarebbe eſpediente d' aggiungere poi qualche ſaggio di modulazion ſacra; V. G. di un Tropario, come eſſi dicono, o reſponſorio modulato, e contraſſegnato doppiamente con le loro note, e con le noſtre; il quale dopo ciò ſi potrebbe ſtampare, o almeno riporre per ornamento della ſua nobiliſſima Libreria* „ *e in tal guiſa con queſto poco ſaggio ſi intenderebbono poi, e ſi canterebbono, quando biſognaſſe, tutti que' libri del canto Eccleſiaſtico Greco, che in varie Librerie d' Italia, Francia, Spagna,* „ *ſi ritrovano; i quali altrimenti, quando mancaſſe la viva voce di queſti cantori Greci, reſterebbono del tutto inutili.*

(1) In proxime citandi operis Dedicatione haec *Donius* profitetur „ *Io mi ſono ingegnato, Eminentiſſimo Principe, di aggiungere colle mie fatiche qualche perfezione alla facoltà muſicale; non ſolo in ritrovare, o più toſto reſuſcitare nuove armonie, o far fabbricare nuovi inſtrumenti per ſonarle, ma in accomodarli nuove maniere d' intavolatura per eſprimerle, ed anco in ſcoprir molti errori popolari, ed importanti in queſta profeſſione, ed in vece di alcuni vocaboli, o termini rozzi, oſcuri, ed improprj, con recarne in campo altri più propri, acconci, ed eſpreſſivi con l' aiuto maſſime della lingua Greca.* „ *Alexander Ademarius* in notis ad Pindari verſionem pag. CCCXLIV. ad hanc rem ita ſcribit „ *Chi poi deſideraſſe ſaper d' avvantaggio intorno agli ſtrumenti muſicali degli antichi, procuri di veder la fatica, che intorno a ciò ha fatta l' eruditiſſimo Sig.* Gio. Bat. Doni, *oggi ſegretario del Sacro Collegio, che non ſolo vi ritroverà le tibie, o i ſiſtri, gli auli, le cetre, le lire; ma un' immagine dell' organo, cavata da un baſſo rilievo di un marmo, e tenuto aſſai recondito, per la quale ſi vede la ſua antichità maggiore di quello che altri ſi crede.* „ Praeterea pag 551. de *Donii* Collect. Veter. Inſcript. egit.

(2) *Kircherus* in Muſurgia Univ. T. I. Lib. VII. pag. 675. „ Hoc ſtyli genere prae ceteris ingenioſe *Petrus Haeredia* inſignis muſicus (quem ſive Theoriam, ſive praxim ſpectes, nulli ſane, quos novi, muſicorum poſtponendum duco) in meliſmate quodam, quod ad normam veterum tonorum, inſtructione doctiſſimi *Donii* compoſuit, luſit; quod quum in eiuſdem *Donii* libro de generibus, & modis interſertum ſit, eo lectorem remittimus &c. „

(3) Ita *Donius* in cit. Praef. ad Lectorem. „ L' aver dato fuori gli anni paſſati il libro antecedente a queſto, e forſe fuor di tempo; facendo io molto diverſa profeſſione da quella di muſico, e poi in forma di compendio (onde rieſce a molti difficile per cauſa della brevità) non per altro è ſeguito, che per tema, che io avevo, che qualcuno non ſi faceſſe onore delle mie fatiche, e in particolare della reſtaurazione de' veri, e antichi tuoni ec. „

(4) *Buccardus* in Ep. ad *Donium* n. XCIV. p. 150. *del ſuo libro Italiano ultimo* „ *ſtimo, che queſti muſici noſtri ne ſiano all' ordinario poco contenti. Il Sig.* Ottaviano Caſtelli *ſolo par che voglia ridurli in pratica, avendo fatto queſto carnevale una commedia in muſica antica, con tutti i generi, e modi antichi, come egli ſtima, e dice ὅπως πρὸς δῶρον. Io ho propoſto al Sig. Card.* Barberino *che facci fare un organetto per adoperar ſulla ſcena colla diviſione, e varietà di taſti, inventati da VS. e ſpero di ſpuntarlo.* „

(5) In fine Praefationis ad Lectorem, ait. *Perchè non ho mai fatto profeſſione di queſta noſtra lingua volgare, ma più toſto della Latina, nella quale penſo di fabbricare, piacendo a Dio le altre opere muſicali, che ho per le mani, eccettuate però le ſeguenti, che erano all' ordine per iſtamparſi in queſto volume, ſe non foſſe creſciuto troppo, o la ſcarſità del tempo non me l' aveſſe vietato. Trattato ſopra il Genere Enarmonico Diſcorſi cinque I Del Sintono di Didimo, e di Tolomeo. II Del Diatonico equabile di Tolomeo. III. Degli ſtrumenti di taſti. IV. Della diſpoſizione, e facilità delle Viole Diarmoniche V. In quanti modi ſi poſſa adoprar l' accordo perfetto nelle Viole Diarmoniche. Alcune modulazioni &c. le quali con altra più comoda occaſione, piacendo a Dio ſi daranno fuori.*

Digitized by Google

Poſt Adnotationes in eodem volumine continentur.

I. *Trattato dei tuoni, o modi veri, al Sig. Pietro della Valle* (1).

II. *Trattato ſecondo de' tuoni, o armonie degli antichi al Reverendo Padre Leon Santi*.

Sequuntur praeterea V. Diſſertationes.

I. *Diſcorſo della inutile oſſervanza dei tuoni, o modi odierni al Sig. Galeazzo Sabbatini* (2).

II. *Diſcorſo ſopra le conſonanze al P. Marino Merſenne Parigi* (3).

III. *Diſcorſo ſopra la diviſione eguale attribuita ad Ariſtoſſeno, al Sig. Pietro de' Bardi de' Conti di Vernio a Firenze* (4).

IV. *Diſcorſo ſopra il violone Panarmonico al Sig. Pietro della Valle* (5).

V. *Diſcorſo ſopra il violino Diarmonico, e la tiorba a tre manichi, ai Sigg. Domenico, e Virginio Mazzocchi*.

VI. *Diſcorſo ſopra il recitare in ſcena con l' accompagnamento d' Inſtrumenti muſicali, all' Illuſtriſſimo ed Eccellentiſſimo Sig. Don Cammillo Colonna*.

VII. *Diſcorſo della Ritmopeia dei Verſi Latini, e della melodia de' Cori tragici, al Sig. Gio. Iac. Buccardi*.

XXXV. Ceterum evulgatione muſicorum operum, quantam ſibi laudem apud eius artis cultores comparaverit, accepta gratulationis officia, quae exſtant, luculenter teſtantur. Non defuere tamen, qui ſive ingenita quadam κακοηθείᾳ, ſive conviciandi ſtudio, ſive deſperatione emergendi, niſi per aliorum clades, ac ruinas, huiuſmodi ſcripta maledictis laceſſere non erubuerint. Quod eo turpius auſi ſunt, quo minus muſica facultas apud viros principes gravioribus intentos excolebatur; eoque animoſius, quo eius viri perſpecta animi lenitate, non facile eorum commentis ſubiraſci poſſe ſibi

(1) Incipit. *La ſpeculazione de' tuoni, e modi veri reſtaurati da noi è altrettanto ſottile, e profonda, quanto dilettevole, e curioſa: imperocchè per ben capirla fa di meſtieri di ſervirſi di certe aſtrazioni dell' intelletto; le quali non rieſcono meno difficili a queſti pratici volgari, per la poca abilità, che anno alle operazioni mentali, che ad un ſemplice Teorico le intonazioni degl' intervalli conſonanti per mancamento di eſercizio ec.*

(2) Initium eſt. *Sebbene dal ſaggio, che ho dato fino adeſſo dell' eccellenza degli antichi tuoni, ſi con la dottrina, e conſiderazion loro; come con gl' inſtrumenti nuovi, e modulazioni, che ſopra di eſſi vi ho fatto comporre: e che agli uomini di perſpicace intelletto dovrebbe baſtare l' occaſione, che ho dato loro di conſiderare da ſe la confuſione, e poca utilità di queſti moderni; „ tuttavia perchè tutti non arrivano così ſubito a comprendere queſte coſe, e molti non ſi partono così preſto da certe loro opinioni inveterate, benchè le riconoſcano per falſe, ho giudicato bene di riſtrignere in un diſcorſo a parte alcune mie oſſervazioni intorno a queſta materia ec.*

(3) Incipit. *Il miglior acquiſto, che io ſtimi di aver fatto nei viaggi intrapreſi da me per varie occaſioni è la conoſcenza, e amicizia di perſone dotte; che più per loro corteſia, che per alcun mio merito ne ho riportato; fra i quali perchè ho ſempre ſingolarmente ſtimato V. R. per la ſua grandiſſima perizia nelle coſe mattematiche, e univerſale erudizione, e per avere adornato maſſimamente la muſica di tante ſue belle oſſervazioni, e ſperienze, ho riputato a grande onore, e ventura mia nei due ultimi viaggi, che ho fatto in codeſto regno l' eſſermi inſinuato nella ſua buona grazia: di cui avendomi ella date tante caparre; maſſime con inviarmi ſi corteſemente de' frutti de' ſuoi nobiliſſimi ſtudi, e molte prolliſſe lettere appartenenti alle più belle materie di queſta facoltà (alle quali ho corriſpoſto nel miglior modo, che le mie occupazioni m' anno permeſſo) ho creduto dovere anco farne conſapevole il mondo, e la poſterità con pubblicare il preſente diſcorſo ec.*

(4) „ La notizia, che ebbe il Signor *Giovanni* di felice memoria, Padre di VS. Illuſtriſſima dell' antica muſica, e la ſtima, che meritamente ne fece, fu per la maggior parte cagione di quel miglioramento così notabile, che vediamo aver fatto queſta profeſſione da quarant' anni in qua, nell' eſpreſſione de' ſenſi, nella buona pronunzia delle parole, e nel grazioſo procedere delle melodie: poichè da quelle dotte, e piacevoli adunanze, che in caſa loro ſi facevano da i giovani nobili, e da i migliori muſici Fiorentini, ſappiamo eſſerne uſcito quel bello, e vago ſtile monodico, detto comunemente recitativo; col quale tanto ſi ſegnalarono il *Galilei*, il *Caccini*, il *Peri*; e tant' altri di poi, che a gara anno compoſto in queſto ſtile; e propagatolo in poco tempo per tutta Italia, come ſo d' averne altrove più diffuſamente ragionato. Ma nel preſente diſcorſo ho voluto eſaminare un' opinione importante di queſta facoltà, uſcita per mio credere prima di Lombardia, e poi nutrita, e creſciuta maſſimamente in Firenze noſtra patria, il quale m' è parſo di dovere inviare a VS Illuſtriſſima, per l' ereditaria inclinazione, che ha verſo queſta nobil facoltà, acciò ſe le parrà che le mie ragioni ſiano così vere, come elle ſono chiare, e evidenti; per l' autorità, che meritamente poſſiede fra coteſti virtuoſi, m' aiuti colla ſua incomparabile corteſia, e piacevolezza a diſingannarli in queſta parte. „

(5) Initium eſt. *Eſſendoſi degnata VS Illuſtriſſima d' onorare le mie fatiche, e invenzioni in materia di muſica col praticarle fra i primi: anzi con impoſſeſſarſene in propoſito prima d' ogni altro; e comporvi diverſe modulazioni ad una, e più voci, e così lunghe, come brevi, e con farſi fabbricare un cembalo eſſarmonico, e un violone panarmonico; era ben ragionevole, che il diſcorſo fatto ultimamente da me ſopra queſto ſtrumento, uſciſſe fuora ſotto la ſcorta del ſuo celebratiſſimo nome ec.*

blandiebantur [1]. Nec eos ſua feſellit opinio: vir ille ſiquidem prudentiſſimus, exploſis tamquam anilibus, deque trivio adreptis calumniis, quibus illum occentabant, numquam a ſuſcepto ſtudiorum inſtituto amoveri ſe paſſus eſt; non immerito ratus, iniuriam eo unde ortum duxit, plerumque reverti.

XXXVI. Verum ſubducto ab his pauliſper animo, pro ut erat hominis ingenium, nova in dies moliri, commentari adortus eſt *de Reliquiis Chriſtianorum apud Maumethanos, & de Reliquiis Ethnicorum apud Chriſtianos, & Maumethanos*. In quo praeter ea, quae a *Botero*, aliiſque referuntur de Chriſtianis illis orientalibus, *Iacobitis*, *Neſtorianis*, *Dioſcorianis*, aliiſque, nonnulla rariora, nec cuivis explorata, ex reconditis, atque ineditis libris protulit, nec non ex eorum narrationibus, qui ea loca peragrarunt, luculenter depromſit. De ſingulis autem nationibus, ſive ſectis agere diſtincte voluit, compendiaria oratione complectens, quae ſit eorum religio, quae dogmata praecipue, maximeque quibus literis, ac lingua, tum in ſacris, tum in profanis, tum vulgo uterentur [2].

COM-

(1) In Praef. ad Lectorem cit. oper. *E venendo al ſucceſſo, che ſin' ora anno avuto queſti miei ſcritti, quando avverrà, che ſia baſtantemente conoſciuta l'utilità, che contengono, non mancherà forſe chi ſi ſtupiſca, che in un ſecolo così erudito, nel principato di ſì gran Pontefice, e ſingolar fautore degl' ingegni, in una Roma, dove tanti gran perſonaggi riſiedono e dove ogni nobil profeſſione, e la muſica principalmente è in tanta ſtima, abbiano fino al preſente fatto così poco progreſſo e che non ſi ſia già fabbricato, almeno una ventina di ſtrumenti: ma ceſſerà poi ogni ſtupore in loro, quando averanno compreſo, quanto grande ſia ſtata di alcuni la malignità, e l'invidia verſo di me; e come, in vece di ſecondare i miei diſegni, dal che non ne potevano ſperare, ſe non onore, e profitto, abbiamo piuttoſto cercato per ogni verſo di attraverſarli, con ſcreditarli, maſſimamente appreſſo i grandi, che con l'autorità loro gli averebbero forſe aiutati, e promoſſi, dove io poſſo dire con verità di non avere avuto un minimo aiuto nè di opera, nè di conſiglio, o ſia nel comporre queſte opere, o nella fabbrica degl' inſtrumenti; ma il tutto mi è convenuto cominciare, proſeguire, e terminare a coſto delle mie vigilie, ſudori, e facoltà.* De invidiis quoque fuſe *Donius* queritur initio diſſertationis *de muſica ſacra*.

(2) In idea cit. pag. 194.

COMMENTARIORVM
DE VITA ET SCRIPTIS
IO. BAPT. DONI

LIBER QVINTVS.

I. SEd iam reſtat, ut ad *Donii* noſtri in patriam reditum, ad eaque illic geſta ſermonem noſtrum convertamus. Quum enim fratris illius caſus, de quo ſupra meminimus, iamdiu expoſceret, ut rei ſuae domeſticae conſuleret, id faciliori negotio adſequuturum ſe poſſe confidit, ſi ſubducto ab aula animo, *Mediceae* gentis benignitate adlectus, in patriam reverteretur. Renuiſſet Pontifex virum dimittere, cuius tamdiu familiaritate, & doctrina uſus erat. Verum neceſſitati, ac tempori parcens, *Donium* alio abire paſſus eſt, non tamen ſine munere. Interpoſita ſiquidem Pontificis indulgentia, iis ipſis emolumentis, Eid. Octobribus munerari mandatum eſt, quoad viveret, quibus vel Eccleſiae ſervitio addictus, fruebatur.

II. Itaque amicis ſuis valere iuſſis, menſe Decembri anno milleno ſexcenteno quadraceno, quum aer tantiſper ob effuſos imbres temperatus, atque ex ventorum aquilonarium flatu repurgatus eſſet, iter ſuum Florentiam verſus adripuit [1]. Eius audito remeatu, vix dici poteſt, quanta animi alacritate ab amicis, qui ei gratulabundi obviam proceſſerunt, exceptus fuerit. Nonnullis tamen eius reditus iucundior ceſſit, ac praecipue *Benedicto Florecto* [2], *Galilaeo Galilaeo* [3], *Carolo Strozzio* [4], *Iac. Gaddio* [5], *Carolo Dato* [6], *Evangeliſtae Torricellio* [7], *Andreae Cavalcantio* [8]; non modo, quod amicum diu abſentem reviſiſſent, ſed quod etiam Bibliothecam manuſcriptis codicibus

m 2 Grae-

(1) Id arguitur ex variis Cardinalium reſponſis, ac praecipue Card. *Medicei*, quibus diſceſſum ex Vrbe ſuum ſignificaverat. Vbi Florentiam venit, *Lucam Holſtenium* amicum ſuum de peracto feliciter itinere certiorem reddidit; quare *Donio* ita reſcripſit XI. Kal. Ianuar. MDCXL. n. XCI. pag. 145.

Dalla corteſiſſima di VS. ho appreſa il ſuo felice arrivo nella patria, quello che già il mio animo aveva augurato, per l'affetto, che ſin dal principio della noſtra conoſcenza ſempre le ho portata; e per queſto mi rallegro con VS. che il ſuo viaggio dopo tanti intoppi, o difficoltadi è giunto felicemente al fine. La ſperanza ch'io ho, che VS. ſia per trovare o maggior quiete, e tranquillità d'animo, e miglior fortuna a caſa ſua, che non ha incontrato in queſta Corte, alleggeriſce il ſentimento della ſua partenza, e la perdita, che ho fatto delle ſue erudite conferenze, e buoni conſigli, frutti l'uno della ſua profonda dottrina, l'altro della ſua ſincerità, e prudenza.

(2) Vid. ſupra pag. XXXIX. num. 1.

(3) Vid ſupra pag LXIX. & infra.

(4) Vid. ſupra pag. XXIV num. 3.

(5) *Iac. Gaddius* Poeta non vulgaris, multiplici eruditione praeditus, plura in vulgus prodidit ingenii ſui monumenta, ut videre eſt penes *Nigrium* l. c. inter quae primum locum tenet opus de ſcriptoribus non Eccleſiaſticis Graecis, Latinis, Italicis Tom. I Florentiae Typis *Amadoris Maſſae* MDCXLVIII. Tom. II. Lugduni MDCXLIX. fol

(6) *Carolus Datus*, *Donio* in Florentina iuventute inſtituenda ſucceſſit, teſte *Blanchinio*, *Ragionamenti de' Gran Duchi di Toſcana in Ferdinando II.* & *Salvino Salvino* in Feſtis Conſularibus pag 536 In lucem prodiit VI. Non. Octobr. MDCXIX. Ampliſſimis exornatus meritis ſummos inter viros numerandus eſt, cuius opera a *Niceronio* Tom. XXIV. & fuſius a *Nigrio*, & *Salvino* ll. cc. recenſentur. Mortalitatis exſuvias exuit IV. Non. Ian MDCLXXV. aet. LVI.

(7) *Evangeliſta Gaſparis Torricellii* F. natus Faventiae Eidibus Octobribus MDCVIII. Mathematicus eminentiſſimus immaturo fato ſublatus fuit Florentiae VIII. Kal. Novemb. MDCXLVII. aet. XXXIX Vid. *Niceronium* Tom. XV.

(8) *Andreas Cavalcantes*, vir ingenio acer, multo plus in ſuam familiam laudis intulit, quam ex ea dignitatis nactus eſt. Nam ſibi in virtute ſemper inſtans, nullum umquam remiſit tempus, quin optime faceret, ſeque multiplici virtute cumularet. Clarus habitus eſt A MDCLXXII. Vid. *Rillium Notizie letterarie, e ſtoriche dell' Accademia Fiorentina*.

Graecis, Latinis, Arabicis, Tuſcanicis, Gallicis, nec non editis rariſſimis voluminibus refertiſſimam, ſecum adveheret.

III. Quiſque patria hiſtoria vel leviter tinctus, adſequi mente poterit, quanta propenſione *Ferdinandus* II. Magnus Etruriae Dux, humanitate naturae, gravitate conſilii, & regendorum diſciplina populorum, cunctis ſuae aetatis Principibus anteſerendus, arceſſiri ſibi doctos undique viros curaverit, quantumque in eos fuerit profuſus [1]. Ille enim *Nicolaum Stenonem* ex ultimo ſeptentrione evocatum [2], *Tilmannum Trutuvynum* Belgam, Anatomes peritia clarum [3], *Io. Alphonſum Borellum* [4], *Vincentium Vivianum* [5], *Franciſcum Redium* [6], *Alexandrum Marchettium* [7], *Laurentium Bellinium* [8], *Laur. Magalottum* [9] alioſque, de quibus nulla unquam aetas, nullae literae conticeſcent, ad ardua quaeque in ſtudiis capeſſenda, regiae cuiuſdam liberalitatis exemplo, incitabat. Eos inter *Donius* aliquando eſt adnumeratus, delato illi munere, eloquentiam publice docendi in Florentino Atheneo, quae provincia, elapſis retro temporibus, ſcitiſſimis undequaque viris fuerat demandata.

IV. Ac vel in ipſo ſuſcepti muneris ſui limine, orationem inſtituit de eloquentiae praeſtantia ad Florentinos adoleſcentes [10], eoſque luculentiſſimis argumentis ad illam adſequendam inflammare non praetermiſit, ducta ab aetate occaſione, & ab ipſa adſtantis principis liberalitate. Sed *Donium* ipſum diſſerentem audiamus. „

V. Si quando poſt diuturnas, ac longinquas navigationes, vel ſenio confecti nautae, vel tam aerumnoſae vitae taedio affecti, in patriam, atque in portum redeunt, ſolent, qui cordatiores ſunt, non omnem prorſus rei nauticae maritimaeque curam deponere, atque ignavo otio, deſidiaeque ſe dedere; verum quod iis vitae ſupereſt, id totum fere iuniorum cauſſa, qui ſimili ſtudio tenentur, honeſte quieteque impendere. Nam qui plus ingenio valent, vel chartas hydrographicas delineant; vel ventorum, ac tempeſtatum mutationes, ex propriis obſervationibus conſignant, vel navigiorum conſtructionem docent; vel aliquid ſimile denique moliuntur. Qui vero manuum opera plus pollent, ii vel deſecandis, vel conſuendis velis, vel alio navali inſtrumento operam nonnunquam laudabiliter ponunt.

VI. Horum ego exemplum proponendum mihi exiſtimo, Auditores ornatiſſimi; nam quum tumultuoſis aulae fluctibus, diu multumque, nec ſine multiplici rerum mearum iactura conflictatus, huc tandem, hoc eſt in tutiſſimum, ac nobiliſſimum patriae portum appulerim, non ignavam, deſidemque vitae rationem inſtituendam mihi in poſterum cenſui; ſed eam, quae cum tranquillitate quadam, honeſte laborandi neceſſitatem non refugiat; &, ſi fieri poteſt, communi patriae, ac civium meorum liberis, iis praeſertim, qui literarum ſuffulti praeſidio, ſive ſacros, ſive civiles magiſtratus ambiverint, eiuſdemque, ut ita dicam, navigationis ſtudio flagraverint, prodeſſe poſſit.

VII. Qua

(1) Vid. Acta Academiae Piſanae, & *Ioſ. Blanchinum de' Granduchi di Toſcana, Ragionamento V*

(2) De *Stenone* nonnulla protulimus in noſtra veterum aliquot monumentorum collectione. Arretii MDCCLII. pag. 78

(3) Vid. *Blanchinum* l. c. Eius vero luculentiſſimus Medicinae curſus, latine ſcriptus autographus adſervatur a Cl. *Io. Targionio*

(4) Ortus Neapoli V. Kal. Februarias MDCVIII. Philoſophus, & Mathematicus magni nominis. Vivere deſiit Romae Prid. Kal. Ian. MDCLXXIX. aet. LXXII. Vid. *Niceron*. l. c. T. XVIII

(5) *Vincentius Vivianus* Mathematicus celeberrimus deceſſit X. Kal. Octob. MDCCIII. aet. LXXXI. Menſ. V. D. VII.

(6) In lucem editus Arretii XII. Kal. Martii A. MDCXXVI. Philoſophia ac Medicina maxime claruit. Obiit Kal. Mart. MDCXCVII. aet. LXXI. *Niceron* T. III.

(7) *Marchettus* in lucem prodiit XVI. Kal. April MDCXXXIII. E vivis abiit VIII. Eid. Sept. A. MDCCXIV. Vid. *Niceron* T. VI.

(8) *Bellinius* Florentiae lucem adipeſcit A. MDCXLIII. Medicus Philoſophus, & Poeta celeberrimus fuit. Deceſſit VI. Eid. Ianuar. MDCCIII aet. LX. *Niceron* T. V

(9) *Magalottus* divinarum humanarumque rerum cognitione eminentiſſimus ortus eſt X. Kal. Novemb. MDCXXXVII. Obiit VI. Non. Mart. MDCCXI. aet. LXXIV. *Niceron* T. III.

(10) MSS. exſtat eiuſmodi oratio in Archivo *Doniano*.

VII. Qua in re non modo privatis commodis nobiliſſimae huius civitatis, quam impenſiſſime ſemper colui, ac dilexi, non infructuoſe, ut ſpero, deſerviam; ſed, quod praecipuum mihi eſſe debet, Sereniſſimi, optimique Principis, ac Domini noſtri gloriae, quantum exiguae meae vires ſinent, ſuffragabor, ſi tot lectiſſima ingenia, quae ad miraculum heic quotidie efflorescunt, meis laboribus, ac vigiliis nonnihil exercita, ad capeſſendas altiores diſciplinas inſtruantur: &, quod conſequens eſt, publicis muneribus, exhibendiſque Celſitudini ſuae ſolidioribus ſervitiis aptiores fiant. Quod, ut mihi non ſine dignitate, fructuque facere liceat, beneficii tui eſt, Sereniſſime Princeps *Ferdinande*; ac ſingularis cuiuſdam erga me humanitatis; qui hominem, nec de facie quidem notum, quamvis addictiſſimum Tibi, Domuique veſtrae auguſtiſſimae, perhoneſto huic muneri admovere dignatus es erudiendae Florentinae iuventutis.

VIII. Tuo igitur iuſſu, ac permiſſu, quamquam tenuitatis meae conſcius, in hoc ſuggeſtum aſcendi; ex quo tot inſignes viri, ac doctrinarum omnium genere inſtructiſſimi, magna cum ſua laude, ac Florentini nominis gloria, liberaliores diſciplinas profeſſi ſunt: quorum ego ſequi veſtigia ſic enitar, ut quantum nobis, vel eruditio, vel eloquentia deficit, totum id diligentia, curaque, atque adſiduitate, ſi fieri poteſt, ſuppleat. Quod eo magis enitendum mibi eſſe ſentio, quo clarius agnoſco, ſi qua in me facultas unquam fuit, eam ſuperioribus menſibus, ob multiplices curas, ac ſollicitudines, quae me continenter exercuerunt, ac diutinam ſtudiorum intermiſſionem, non parum fuiſſe hebetatam. Qoocirca humanitatis veſtrae erit, ornatiſſimi iuvenes, ut, ſi minus fortaſſe opinioni veſtrae primordia haec mea reſponderint, id, ut facere conſueviſtis, benigne interpretari, ac nobis benevolentiam, ſtudiumque veſtrum prolixe praeſtare.

IX. Quoniam vero publicas haſce lectiones minus ſufficere compertum eſt ad plenam eruditionem, eloquentiamque comparandam; nec tam nobile auditorium minutis grammaticorum praeceptiunculis dehoneſtari fas eſſe videtur, omnibus, qui idonei erunt, ultro polliceor, me, poſtquam domeſticas res compoſuero, ac dies longiuſculi eſſe ceperint, operam meam privatim domi exhibiturum: ac partim Graecae linguae (quae omnium diſciplinarum parens, atque origo cenſetur) rudimenta traditurum; partim etiam qui Latinum ſtylum, ſive ſoluta, ſive adſtricta numeris oratione exercere volent, mei copiam non gravate facturum.

X. Quoniam etiam facultas muſica, maximam habet cum humanioribus literis affinitatem; immo vero ſecundum veterem, receptamque paſſim a doctioribus ſententiam, ars muſica omnes propemodum elegantioris literaturae ſpecies ambitu ſuo, ac finibus comprehendit, non abs re facturum me puto, ſi aeſtivis diebus nobiliorem huius facultatis partem, quae ad theoriam, antiquitatem, atque hiſtoriam pertinet, familiaribus congreſſibus, pro cuiuſque captu, expoſuero. Qua in re non ambitione ulla ſecretiora ſtudia conſectandi; aut inani gloriae cupiditate incitari me teſtor; ſed, quod plane indignum mihi videatur, pulcherrimam, ac nobiliſſimam diſciplinam, uſque adeo hodie iacere, ut vix unus, alterve reperiatur, qui vel modicum illius guſtum hauſerit; atque in hac urbe, in qua Poeſis, & Melopoeia, tam felici adſiduoque proventu τῶν φιλομούσων ſemper effloruit, coniunctiſſimam iis duabus facultatem, vel negligi, vel prorſus ignorari.

XI. Verum, ut quod propius inſtat, agamus, quum iuxta receptam, atque inveteratam huius auditorii conſuetudinem priſcus aliquis, atque idoneus autor

autor exponendus ſit; ac diu multumque cogitaſſem, quemnam potiſſimum ex tanto numero ſeligerem, cuius in ſcriptis certaret, ut dicitur, utile dulci; nec minus facundiae vis, ac ſermonis proprietas, quam rerum varietas, & copia reperiretur, unus mihi occurrit *Svetonius Tranquillus*, in quo haec omnia largiter.

XII. Primum enim, eorum conſcribit Principum vitas, qui ab initiis Romani Imperii per centum ferme annorum ſpatium Rempublicam, atque orbis terrarum maximam partem ingentibus, variiſque motibus miſceri, perturbarique viderunt; ſeu potius ipſimet omnia fere ſus deque miſcuerunt. Nam quae maior rerum converſio, tam modico tempore extitit umquam, quam cum Soceri, ac Generi inteſtinis odiis ita certatum eſt, ut altero demum extincto, potentiſſimae Reip. vires, opeſque omnes in alterius praedam conceſſerint, ſuppreſſaque omni ferme victoris gentium populi auctoritate, omnia ad unius nutum deinceps componerentur? Quando vero, vel crebriora, gravioraque bella commiſſa, vel plures, amplioreſve provinciae ſubactae ſunt; aut bellicoſiores populi debellati in Romanis hiſtoriis leguntur? Quando etiam novae leges de integro plures conditae, aut nova magiſtratuum nomina, novique titus, inſtitutaque exorta ſunt?

XIII. Ad haec ſi varios, atque inexpectatos rerum eventus, praeſertim circa ſucceſſiones Principum, aeſtimare velimus; ſi terraemotus, incendia urbium, deflagrationes regionum, atque eiuſmodi cetera, tamquam fatiſcentis naturae incommoda; ſi clarorum virorum tragicos, ac miſerandos exitus, ſi aedificiorum extructiones inſanas, ſi ſpectacula omnifariam exhibita, ſi profuſiſſimas largiriones, inauditaſque rapinas; ubinam, quaeſo, plura, atque uberiora, quam in octo illis *Svetonii* libellis (totidem enim opus ſuum diſtinxit) reperientur? Huc accedit tanta diverſitas vitae, ac morum apud paucos hos Principes, ut maiorem ne concupere quidem animo poſſimus. Quid enim tam diſſimile unquam extitit, quam Dictator *Caeſar Vitellio*, *Auguſtus Neroni*, *Veſpaſianus Caligulae*, *Galba Othoni*, immo *Titus Domitiano*, hoc eſt frater fratri? Vt neceſſe ſit, hiſtoriam, quae tanta rerum copia exuberet, non iucundam minus, quam utilem, ac ſalutarem legentibus cenſeri.

XIV. Ad ſtylum vero quod attinet, etſi ea aetate vixit *Svetonius*, qua puritas, atque elegantia Latini ſermonis nonnihil defecerat, eiuſmodi tamen eſt, ut primis longe proximior ſit, quam ſecundis: & nemo eum ſanus imitari ſi poſſit, non velit. Mira enim in eo eſt brevitas, ac proprietas ſermonis; ut haec laus peculiaris illius quodammodo videri poſſit. Nam & verbis utitur ſignificantibus, ac lectis, & phraſi non moroſa, aut in calamiſtros detorta, nec rurſus de trivio petita, ac ſordida, ſed ubique compoſita, ac fluenti, & ſine nimio artificio culta.

XV. Iam vero ſi veritatem aeſtimemus, quae omnium confeſſione, praecipua laus hiſtorici eſt, ſic eam *Svetonius* religioſe, ac perfecte coluit, ut plane appareat nullo, vel metu deterritum, quae reprehendenda erant, reticuiſſe; vel nimio aſſentandi ſtudio, benefacta Principum in maius auxiſſe: immo, ut quidam veterum prodidit, eadem libertate geſta Caeſarum conſcripſit, qua qui ea geſſerunt. Ordine autem uſus eſt mirifico, ac ſibi proprio. Nam ubi uniuſcuiuſque Principis res geſtas pro ſerie temporum recenſuit, tum ea generatim colligit, quae ad unam quampiam ſpeciem operum, ſive etiam virtutum, ac vitiorum pertinent: quae diſtinctio, ſicut memoriam quam maxime levat, ita legentibus quoque non modicum affert temporis compendium.

XVI. Ce-

XVI. Ceterum, quum tria ſint hiſtoriarum quaſi ſumma faſtigia; primum, in quo non unius hominis, ſed populi alicuius, aut civitatis, aut aetatis res geſtae perpetuo tenore deſcribuntur, puta ut apud *Herodotum*, vel *T. Livium*; ſecundum, quod ſingulorum facta, dictaque ſeorſim perſequitur; in quo genere ſunt, *Suetonius* hic noſter, & *Plutarchus*; (quos βιογράφυς Graeci appellant) tertium, quod ſparſim res varias, ac ſpecie, temporeque diſiunctas coacervat; ſicut videre licet apud eos, quos πολυϛορας Graeci vocant, qualis apud eos *Aelianus* extat, apud noſtros *Valerius Maximus*, ſi de trium harum claſſium, maiori utilitate, ac praeſtantia iudicium ferendum ſit, haud dubitaverim equidem vitarum conſcriptores meo ſuffragio ceteris anteferre. De utilitate, inquam, non de nobilitate, loquor. Nam etſi perpetua hiſtoria plus aliquanto ſplendoris, atque, ut Graeci dicunt, ἐπιδείξεις poſſidere videtur, praeſertim ob artificioſas illas conciones, ſive directas, ſive obliquas (quo fit, ut magnam habeat cum oratoria adfinitatem); attamen, ſi non tam pompam, ac flores, quam bonam frugem, ac fructus ſpectare velimus, perpetuae hiſtoriae βιογραφίαν ſine dubio praeferemus. Nam ſi illa ab oratoribus ubertatem dictionis, ac pompaticum dicendi genus nonnunquam mutuatur; haec a Morali Philoſophia, quae humanas actiones praecipue dirigit, ac moderatur, atque omnium virtutum, ac vitiorum tractationem in rem ſuam depromit; ut non minus auxilii Ethicae Philoſophiae vitarum deſcriptio conferre mihi videatur, quam Geometriae ipſi ſchemata, ac Diagrammata Mathematicorum. Vt enim ſine iis, Theoremata, ac Problemata Geometrica vix unquam intelligi poſſunt; ita certe philoſophorum regulae, ac ſententiae, ſine exemplis non ſatis commode percipiuntur.

XVII. Atqui apud vitarum ſcriptores, non exempla tantum temere congeſta reperiuntur, ſed ea, ſic apte per totam vitae, ut ita dicam, fabulam diſpoſita, atque inter ſe connexa, ut quid potiſſimum ab altero dependeat, facili negotio ſolers lector animadvertat. Quid enim? Vlliſne verbis, aut praeceptionibus acrius inſinuare poſſit philoſophus ad animi tranquillitatem, conſcientiam recte factorum neceſſariam eſſe, quam *Tiberii* illius immaniſſimi Tyranni, nullo cogente, ſed ſuamet confeſſione ultro edita vox, quum ex Inſula Capreri ſcriberet ad ſenatum? Quid ſcribam, inquit, vobis, Patres conſcripti, aut quomodo ſcribam, aut quid omnino non ſcribam hoc tempore? Dii me, Deaeque peius perdant, quam quotidie perire ſentio. Perire ſe paulatim ſentiebat ſceleſtiſſimus vir, ultroque id fatebatur; quum tamen viridi adhuc, crudaque ſenectute fruens, nullique morbo obnoxius, nullius rei egens; immo rebus omnibus ad ſatietatem affluens, ut qui latiſſimo, florentiſſimoque imperio, atque in ſumma temporum tranquillitate potiretur; nihiloſecius admiſſorum ſcelerum conſcientia, ac memoria animum quotidie exulcerante, inſtar teterrimae cuiuſdam, atque intimis oſſibus defixae peſtis, saeviſſime diſcruciabatur, ac ſe perire ſentiebat.

XVIII. Merito igitur humanae vitae ſpeculum hiſtoriam nonnulli vocitarunt; quae tam clare, atque expreſſe, omnium ſaeculorum acta, & quid ex quoquo conſequi ſoleat, poſteris repraeſentet. Sed neque heic locus eſt hiſtoriae laudes, ac dignitatem recenſendi: eaque notiora vobis ſunt, quam ut commemorari a me debeant. Satius igitur fuerit ad hiſtoriae, quam dixi, enarrationem nos accingi, quam, Deo volente, die craſtina exordiemur. „

XIX. Huc uſque *Donius*; ad alia percenſenda redeamus. Suum quoque in Cruſcanum ordinem admittere gloriati ſunt eius nominis Aca-

demi-

demici [1] hominem, quem Etruſce ſcripta abunde ſatis commendaverant; ſiquidem in Cruſcanicum Lexicon mendoſa caſtigaverat multa, etiam recentiora, atque egregia e puriſſimis fontibus hauſta invexerat, ethymologias que quamplures probatae notae, ſive a Latinis, ſive ab exteris linguis mutuatas inſeruerat [2]. Gratias igitur pro accepto beneficio Academicis egit, habita Diſſertatione, de muſicae, quoad Poeſim pertinet, facultate [3].

XX. Inde Florentinae Academiae Conſul renunciatus, eius muneris dignitatem implevit, & orationem pronunciavit, quae ita incipit [4]. *Se mi foſſe così facile il ringraziarvi nobiliſſimi Accademici, dell' avermi eletto con tanta prontezza, e corteſia per voſtro Conſolo, come non mi è difficile il riconoſcere gli obblighi, che ve ne tengo, ſodisfarei in qualche maniera di preſente al debito, in che mi pone quell' antica, e lodevole uſanza di rappreſentarvene colla viva voce il mio ſentimento, nel prendere il Conſolato „ Eſſendo conſapevole della mia propria fiacchezza, ed inſufficienza, e del lungo tempo, che da queſta patria ſono ſtato aſſente, e conſeguentemente lontano dagli ſtudi Accademici; perciò non poſſo ſe non meco ſteſſo ammirare, e predicare con gli altri la voſtra ſtraordinaria benignità verſo di me: poichè appena conoſcendomi di viſta; nè potendo per altrui relazione formarne concetto, ſe non molto mediocre, e ſcarſo; tuttavia avendo la mira piuttoſto ad onorar me, che a provveder voi di Conſolo per dignità riguardevole „ vi compiaceſte di appoggiare a me queſto carico ec.*

XXI. Europam per ea tempora peregrinabatur *Io. Fridericus Gronovius*, inviſurus literariae Reipublicae proceres, literarum & ipſe princeps non ultimus [5]. Hic quum Florentiam adventaſſet, *Donium* convenire ſtuduit, ut ſecum una conferret, quicquid in MSS. Codicibus veterum autorum Florentiae adſervatis, animadverſione dignum viciſſim cenſuiſſent, quodque ad *Plauti*, *Salluſtii*, *Livii*, *Senecae*, *Plinii*, *Quinctiliani*, & *Agellii* potiſſimum opera notis evulganda, & ad veram, germanamque lectionem revocanda conduceret [6]. Quibus dum vacarent, emerſit ille *Iacobi Buccardi* caſus, ſive incurſus, ſatis luculenter ab ipſomet deſcriptus in Ep. ad *Donium* [7], de quo tanto vehementius eſt contriſtatus, quanto *Buccardus* in febrim incidens brevi deceſſit.

XXII. Vere ineunte familiae ſuae *Donius* conſulens, *Margharitam Fiaſcham* ſibi coniugem adſcivit [8], e qua liberos Paternae gloriae heredes non indi-

(1) De Academiae Cruſcanae origine conſulendus eſt Cl. *Ant. Mar. Biſcionius* Canonicus Laurentianus, & Regius Bibliothecarius in Vita *Laſchae*, editioni eius operum praemiſſa pag. XLV. *Blanchinus* l. c. pag. 189 & *Salvinius* in Faſtis Conſularibus pag. 101. & alibi.

(2) Ita in citata idea, *Benedictus Florettus* in Ep. ad *Donium* n. XXXIII p. 56. *Ma ſopra il Vocabolario della Cruſca mi piace di formare alquanto il mio ragionamento. In confidenza voglio teſtificare a VS. come nel mio Vocabolario ſono aggiunzioni d' innumerabili voci; ſono annotazioni di errori grammaticali, e ſcientifici a migliara; e ſpecialmente circa alla grammatica Toſcana, dove il vocaboliſta commette falli irremiſſibili, e contrariſſimi a' Canoni di eſſa Grammatica.*

(3) MS. apud heredes. Vid. *Salvin.* l. c. pag. 508.

(4) Apud *Salvinum* l. c. ſub hoc anno.

(5) *Ioannis Frid.* F. Ic. & Polyhiſtor celeberrimus in lucem editus eſt A. MDCXI. Humaniores literas a puero feliciter excoluit. Iuvenis Germaniam, Italiam, Galliamque peragravit, & Cll. virorum familiaritate inclaruit. Einde in Batavam Academiam in *Danielis Heinſii* locum evocatus eſt. Egregia illic ſcripta elucubravit, atque edidit, quorum magnam partem *Corn. Aſpaſius* Ambroſianae Bibliothecae ſcriptor pag. 152. ſeqq. recenſet. *Gronovium* vero longe plura praeſtaturum mors abſtulit Leydae A. MDCLXXII. Vid. *Georg. Matthiam Konigium* Biblioth. vet. & nov. Altdorfii MDCLXXVIII. fol. Vid. Ep. XCII. pag. 146. & num. XCIII. pag. 147.

(6) Ipſe *Gronovius* in Ep. ad *Nic. Heinſium* D. VI. Non. Octobr. MDCXLVII. quae occurrit in Sylloge Epp. *Burmanni* T. III pag. 088 „ Nobiliſs. Ampliſs. *Donii*, *Gaddique*, mihi vivit, vigetque memoria: oroque, ut officioſiſſime eos a me reſalutes. „ Et in Ep. *Heinſii* ad *Gronovium* pag. 187. Flor. XII. Sept. MDCXLVII. „ Tuas ad *Gaudentium* noſtrum miſi, & reſponſum die craſtino expecto. Maximi vir optimus te facit, ut & *Donius*, *Gaddiuſque*, qui amice te ſalutant. *Donius* quidem dialogos ſuos de veteri muſica, ſcriptum elegans, & terſum abſolvit, exemplar, ut ad te mitterem rogavit. „

(7) Ep. num. XCIV. pag. 149. Vid. *Iacob. Tomaſin.* in Elogiis Part. II. pag. 335.

(8) Extat Ep. D. V. Non. Iul. MDCXLI. *Franc.* Card. *Barberini*, qua *Donio* de inito coniugio gratulatur. *Io. Phil. Tomaſinus* Ep. data Venetiis VIII. Kal. Iunii ita *Donium* adloquitur num. XCVI. pag. 153. *Vengo a riverir VS. Illuſtriſſima, e a rallegrarmi così del ritorno alla patria, come della elezione fatta di cangiare ſtato per la conſervazione della ſua caſa ec.*

indignos ſuſcepit. vii. Eid. Auguſti *Gronovius*, *Salomonem Vogelium*, literarum omnium peritiſſimum, dum viam Florentiam verſus adſectarer, *Donio* commendavit, eaque adrepta occaſione, multis ſe obſtrictum beneficiis, Florentiae acceptis, profitetur, eique renunciat, ſe Genevae immorari, emenſa iam interiori Germaniae parte, ac praecipue Carinthia, Auſtria, Bavaria, Vindelicis, Helvetiis [1]. Deinde vero *Donius* operum ſuorum de muſica exemplar *Ioanni* IV. Portugalliae, & Algarbiorum Regi exhibuit, per nobilem *Mauricium* ad *Silva*, Luſitaniam reverſurum, ratus non iniucundum Regi, eius facultatis ſtudioſiſſimo, ob renovarae antiquitatis gratiam, munuſculum fore [2].

XXIII. Funeſtiſſimus ei fuit inſequens annus, propter inopinos clariſſimorum virorum caſus. Etenim vi. Eid. Ianuarias fato ceſſit, & invidiae in villa ſuburbana Arcetria magnus ille *Galilaeus* [3]: quo triſti nuncio ad-

n cepto

(1) Vid. Ep xcvii. pag. 153. Ex Ep xxxv. pag. 117. patet, Libellum de *Seſtertiis* eb eo *Donium* accepiſſe, qui ei mire placuit, ſubtilitate, elegantia, varietate rerum, copiaque eruditionis; Quapropter cum viro illo magno gratulatus eſt, non modo operis huiuſce editione, ſed iis etiam, quae in dies moliabatur, puta Bizantinae Hiſtoriae collectanea, ac *Livianam* Hiſtoriam, cuius ambiguas quaſdam lectiónes, cum *Laurentiano* inſigni Codice *Donius* contulit.

(2) Vid Ep num xcv pag 150. Dat. xiv. Kal. Iunias.

(3) Ita *Salvinius* in Faſtis Conſularibus Acad Florent. Lucem adſpexit *Galilaeus* Eidibus Februar. mdlxiv. Piſis, eadem die, ut ferunt, qua mors Romae divinum *Michaelem Angelum Bonarrotam* abſtulit. *Vincentius Vivianus*, *Galilaei* praeceptoris ſui vitam ſcripſit, quae e *Salvino Salvinio* l c. publici iuris facta eſt. Non iniucundum fore curioſis literarum ſtudioſis arbitror heic proferre excerpta nonnulla ex publico inſtrumento deſumta, quo acta tranſlationis cadaverum, *Galilaei*, & *Vincentii Viviani* recenſentur, ut eadem in novo excitato Mauſoleo conderentur. „ A perpetua memoria col preſente pubblico iſtrumento ſi dichiara, a ſa noto, qualmente il ſopranotato giorno 12. del meſe di Marzo 1736. adunatiſi, mediante il precedenta invito dell' Illuſtriſſimo Sig. *Andrea Rigogli* Provveditore dell' Opera della Chieſa, a Convento di S. *Croce* di queſta Città, nella Cappella dell' Illoſtre Famiglia de' *Pazzi*, poſta nel Chioſtro di detto Convento, aſſieme con alcuni degl' Illuſtriſſimi Sigg Operaj, i nomi de' quali ſaranno in fine deſcritti, e col Molto Rev Padra Guardiano, e altri Religioſi del luogo, molti nobili Fiorentini, e Canonici della Metropolitana, fra' quali l' Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo Sig. Canonico *Gio. Vincenzio Capponi*, come Conſole nell' anno corrente della ſacra Accademia Fiorentina, e Rettore Generale dello Studio ec. a l' Illuſtriſſimo Sig. Abate *Antonio Niccolini* de' Marcheſi di Ponſacco ec. come Preſidente della Società Filoſofica, e Bottanica, ſpecialmente invitati: molti de' Profeſſori pubblici nell' Univerſità Fiorentina, e Piſana, e diverſi altri Letterati, ſiccome alcuni Profeſſori di Scultura, e Pittura, parimente invitati, aſſieme con me Notaro infraſcritto.

Quali tutti condotti dal prefato Sig. Provveditore, o ſeguitati da moltitudine di uomini d' ogni condizione, accorſi per aſſeia ſpettatori, circa le ora 24 ſi traſferirono alla Cappella de' Santi *Coſimo*, a *Damiano* detta la Cappella del Noviziato del Convento di S. *Croce*, poſta in fondo al corridoio, che è avanti alla Sagreſtia grande di detta Chieſa di S. *Croce*, nella qual Cappella erano ſtate precedentemente diſpoſte molte falcole di cera bianca ſopra l' altara „

In queſta Cappella adunque „ in una piccola ſtanza, che rimane lungo il lato, che ſi dice in *Cornu Evangelii* della Tribuna di detta Cappella, e nella quale ſi entra da una porticella, che reſta allato al pilaſtro deſtro eſteriore dell' arco di detta Tribuna „ furono oſſervati in detta ſtanzetta due depoſiti, uno alto circa due braccia murato aderentemente alla pareta di detta ſtanza dal lato ſiniſtro, ſopra del quale, ſoſtenuto da una menſola fiſſa nel muro era una ſtatua di geſſo tinta del colore del marmo, rappreſentante l' effigie, e buſto del *Galileo*: nella fronte della menſola, ſi leggevano le appreſſo parole.

GALILAEO GALILAEI

FLORENTINO PHILOSOPHO ET GEOMETRAE VERE LYNCEO NATVRAE OEDIPO.

E ſotto detta menſola in una cartella dipinta nella parete era delineata la ſeguente iſcrizione, in continuazione delle parole ſopra riferite.

MIRABILIVM SEMPER INVENTORVM MACHINATORI QVI INCONCESSA ADHVC MORTALIBVS
GLORIA COELORVM PROVINCIAS AVXIT, ET VNIVERSO DEDIT INCREMENTVM.
NON ENIM VITREOS SPHAERARVM ORBES FRAGILESQVE STELLAS CONFLAVIT, SED AETERNA
MVNDI CORPORA MEDICEAE BENEFICENTIAE DEDICAVIT, VT OCVLOS NATIONVM
SAECVLORVMQVE VIDERE DOCERET, PROPRIOS IMPENDIT OCVLOS, CVIVS INVENTA VIX
EXTRA RERVM LIMITES COMPREHENSA FIRMAMENTVM IPSVM NON SOLVM CONTINET
SED ETIAM RECIPIT, QVI RELICTIS TOT SCIENTIARVM MONVMENTIS PLVRA SECVM TVLIT
QVAM RELIQVIT; GRAVI ENIM, SED NONDVM EFFAETA SENECTVTE NOVIS CONTEMPLATIONIBVS
MAIOREM GLORIAM AFFECTANS, QVVM IAM NON AMPLIVS HABERET NATVRA, QVOD IPSE
VIDERET, INEXPLEBILEM SAPIENTIA ANIMAM, IMMATVRO NOBIS OBITV, EXHALAVIT IN ARCETRI
SVBVRBANO ANNO MDCXLII. MENSE IANVARII DIE IX. AET. SVAE LXXVIII.
FRATER GABRIEL PIEROZZI NOVITIORVM RECTOR ET MAGISTER TANTI HEROIS ADMIRATOR VIRTVTVM
POSVIT KAL. SEPT. MDCLXXIIII.

Ciò

cepto, vix dici poteſt, quantum *Donius* indoluerit: interceſſerat illi quippe cum viro ſuae aetatis longe maximo vetus, & arcta neceſſitudo, quam infelix *Galilaei*

Ciò oſſervato da' ſopraddetti, e data anco comodità, e ſpazio di poter vedere quanto ſopra a chiunque volle paſſare in detta ſtanza, fu frattanto deliberato da' detti illuſtriſſimi Signori, e Provveditore, di principiare la traslazione de' detti Cadaveri da quello del *Viviani*. E per tanto alla preſenza de' ſopraddetti, e infraſcritti Teſtimoni, e di me Notaro, fu rotto, e disfatto da' muratori il ſecondo depoſito più baſſo, ed alla viſta pubblica fu ſconfitto il coperchio di detta caſſa, nel quale dalla parte interna ſi trovò confitta una Lamina di piombo, in cui erano inciſe le ſeguenti parole

VINCENZIO VIVIANI MORTO IL DI XXII. SETTEMBRE MDCCIII.

Quindi rimeſſo, e riconfitto ſopra detta Caſſa il ſuo coperchio, fu la medeſima riposta in nou ſcavo quadrato fatto nel luogo deſtinato nella Chieſa di S. *Croce*, nel pavimento accanto alla parete, e murato da ogni parte, fuori che nella ſommità, nella volta della quale era ſtata laſciata apertura capace a tale effetto.

Ritornati poſcia alla detta Cappella detta del Noviziato, fu cominciato a romperſi, e disfarſi il Depoſito maggiore ſotto l'Iſcrizione riferita di ſopra nella parte oppoſta a quella, ove era l'altro del detto *Vincenzio Viviani*, e riconoſciuto quello del *Galileo*, fu portato fino al luogo del nuovo Sepolcro da erigerſi in di lui onore per la medeſima ſtrada, per cui precedentemente il Cadavere del *Viviani* era ſtato portato. Portarono il feretro di commiſſione degl'Illuſtriſſimi Signori Operai, e Provveditore ſuddetto dalla Cappella del Noviziato, onde partì la proceſſione fino al mezzo della Chieſa di S. *Croce* gl'Illuſtriſſimi, e Reverendiſſimi Sigg. *Gio. Vincenzio* del fu Cav. *Vincenzio Capponi* Canonico della Metropolitana, e Conſole della ſacra Accademia Fiorentina, e *Salvino* del già *Andrea Salvini* Canonico ſuddetto, e pubblico Profeſſore di Filoſofia Morale, e li Sigg. Dottori *Niccolò* del fu *Lorenzo Gualtieri* uno de' Medici del Collegio Fiorentino, Archiatro di S. A. R. il Sereniſſimo Gran Duca di Toſcana, e Profeſſor pubblico di Medicina, e Dottor *Antonio* del fu *Iacinto Cocchi* Medico del detto Collegio, e Profeſſor pubblico di Filoſofia Naturale, e Anatomia ec. E dal mezzo della Chieſa fino al luogo del nuovo Sepolcro gl'Illuſtriſſimi Sigg. Abate *Antonio* dell'Illuſtriſſimo Sig. Marcheſe Cav. *Filippo Niccolini* Preſidente della Società Filoſofica, e Bottanica, e *Bindo Simone* del fu *Bindo Peruzzi* pubblico Profeſſore di Toſcane Lettere, e i Sigg. Dottore *Anton Franceſco* del fu *Gio. Gori* Profeſſore pubblico di Storia antica, e Dottore *Gio. Antonio* del Sig. Dottore *Benedetto Targioni* pubblico Profeſſor di Bottanica, e Oſtenſore di detta facoltà nella Società predetta. Furono i Teſtimoni a tutto il contenuto nel preſente Iſtrumento

L'Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo Sig. *Gio. Vincenzio Capponi* Canonico della Metropolitana ec.

L'Illuſtriſſimo Sig. Abate *Antonio Niccolini*.

Il molto Rev. Sig. Dottore *Anton Franceſco Gori*.

L'Illuſtriſſimo Sig. *Bindo Simon Peruzzi*.

E gli Eccellentiſſimi Sigg. Dottore *Niccolò Gualtieri*.

Dottore *Antonio Cocchi*.

Dottore *Gio.* del già *Benedetto Lami* pubblico Profeſſore di Storia Eccleſiaſtica nella detta Univerſità; e Bibliotecario degl'Illuſtriſſimi Sigg. Marcheſi *Riccardi*, tutti da detti Illuſtriſſimi Sigg. Operai, e Provveditore ſuddetto a tale effetto chiamati, e rogati.

Io *Cammillo* del q. *Paſquale Piombanti* Dottore dell'una, e dell'altra Legge, Cancelliere dell'Accademia, ed Univerſità Fiorentina, in fede della verità delle coſe contenute nel preſente Iſtrumento, della formazione del quale, come pubblico Notaio Fiorentino rogato fui, ho ſottoſcritto di proprio pugno ec.

In eo loci, ubi *Galilaei* Tumulus extabat eiuſmodi adpoſita Inſcriptio fuit

TANTI VIRI CORPVS
CVIVS ANIMI PRAECLARA MONIMENTA VBIQVE MORTALES SVSPICIVNT
TOTO FERE SAECVLO
HIC IACERE SINE HONORE NON SINE LACRIMIS CONSPEXERVNT
ERVDITI CIVES ET HOSPITES QVOTQVOT FLORENTIAE FVERE
ANNO DENIQVE CIↃ. IↃ. CC. XXXVI. IV. IDVS MARTII
VESPERE HINC TRANSLATVM DECENTIORI LOCO TVMVLANDVM
BONI OMNES GRATVLATI SVNT.

Et in novo excitato Sepulcro alia haec Inſcriptio legitur

GALILAEVS GALILEIVS PATRIC. FLOR.
GEOMETRIAE ASTRONOMIAE PHILOSOPHIAE MAXIMVS RESTITVTOR
NVLLI AETATIS SVAE COMPARANDVS
HIC BENE QVIESCAT
VIX. A. LXXVIII. OBIIT. A. CIↃ. IↃ. C. XXXXI.
CVRANTIBVS AETERNVM PATRIAE DECVS
X. VIRIS PATRICIIS SACRAE HVIVS AEDIS PRAEFECTIS
MONIMENTVM A VINCENTIO VIVIANIO MAGISTRI CINERI SIBIQVE SIMVL
TESTAMENTO F. I.
HERES IO. BAPT. CLEMENS NELLIVS IO. BAPT. SENATORIS F.
LVBENTI ANIMO ABSOLVIT.
AN. CIↃ. IↃ. CC. XXXVII.

Digitized by Google

lilaei caſus, & tota illa tragoedia in illum ob *Copernicanam* haereſim excitata, minime turbaverat. An *Donius*, pro ea qua pollebat apud *Barberinos* fratres gratia, opem Amico ſuo, inimicorum artibus, & potentia in ſummum diſcrimen adducto, ferre tentaverit, in incerto eſt; quamquam id e locis quibuſdam Epiſtolarum ad *Donium* datarum ſuſpicari licet (1). Illud certum eſt, quod iure mirum videri poteſt, a Florentino Pontifice Maximo, virum ceteros inter, quos Florentia tulit, longe praeſtantiſſimum, duriſſime habitum fuiſſe. Sed *Donium* tam luctuoſum funus proſequentem, fortuna maligno homine proſequuta, novo, & acerbo quidem dolore obruit: nam pridie Kal. Iulias *Benedictus Florettus* interiit, cuius caſtigatiſſimo iudicio in ſuis evulgandis operibus plurimum utebatur.

XXIV. Exinde, prout univerſa ſunt haec ſub ſole, fluxa & caduca, *Ferdinandus* quoque II. Magnus Etruriae Dux, eiuſque regia familia vehementer indoluit de interitu *Mariae Mediceae*, *Franciſci* Magni Ducis, & *Ioannae* Auſtriacae filiae, potentiſſimi *Henrici* IV. Galliae, & Navarrae Regis dilectiſſimae coniugis (2). Solemnes illi exequiae Florentiae, more maiorum, indictae ſunt, regioque ſumtu celebratae IX. Kal. Octobr. MDCXLII. in avita *Mediceae* Gentis *Laurentiana* Baſilica (3): unuſque *Donius* adlectus eſt, qui de laudibus defunctae Reginae orationem haberet, quae poſtmodum Florentinis Typis, ſub auſpiciis *Victoriae Roboreae* (4), excuſa fuit.

XXV. In huius anni exitu, neſcio qua ductus ratione, iterum Romam ire *Donius* coactus eſt (5), quo ut pervenit; difficile dictu eſt, quibus effuſi, & obſequentis animi officiis exceptus fuerit, nedum ab amicis, ſed & ab univerſa Pontificis aula. At brevi Florentiam redux, illud ſibi ſervandum propoſuit, ut quidquid vitae ſuae ſupereſſet, id totum, nec turbidis quidem, tumultuoſiſque negociis vacando, nec deſidiae indulgendo contereret. Quod ſe adſequuturum poſſe autumavit, ſi ea ſibi ſtudiorum genera profitenda ſuſciperet, quibus tum animum ab anteactae fortunae recordatione avocaret, tum publicae rei alicui adiumento eſſe poſſet (6).

XXVI. Aggreſſus eſt igitur nobiliſſimam, & vetuſtiſſimam omnium artem pro virili excolere, ac promovere, ſine qua humanum genus ſubſiſtere diutius poſſe vix creditur, arvorum ſcilicet culturam, a qua non ultima populorum felicitas dimanat. Tria itaque opuſcula, aurea latinitate donata, *Varronem*, *Columellam*, alioſque veteres rei agrariae ſcriptores ſequutus, conſcripſit ad *Ferdinandum* II. M. E. D. & ingenioſiſſimis inventis locupletavit, quibus titulum fecit:

Ioannis Bapt. Donii Georgica tria opuſcula.

I. *Nova ſerendarum frugum methodus.*

II. *Nova conſerendae vineae methodus.*

III. *De cultura per ignem* (7).

 Acceſ-

(1) Vid. Ep. *Donii* ad *Galilaeum* n XXIX. p. 114. In Ep. *L. Holſtenii* ad *Donium* Dat. Romae XVIII. Ianuar. MDCXLII. n. c. p. 119. haec leguntur. *Oggi poi ſi è aggiunto anco la nuova della perdita del Sig.* Galilei, *che già non riguarda ſolamente Firenze, ma il mondo univerſo, e tutto il ſecolo noſtro, che da queſto divino uomo ha ricevuto più ſplendore, che quaſi da tutto il reſto de' filoſofi ordinari. Ora, ceſſata l'invidia, ſi comincierà a conoſcer la ſublimità di quell'ingegno, che a tutta la poſterità ſervirà per ſcorta nel ricercare il vero, tanto aſtruſo, e ſeppellito tra il buio delle opinioni.*

(2) Obiit V. Non. Iulias.

(3) *Eſequie di Maria Criſtianiſſima Regina di Francia, e di Navarra celebrate in Firenze di ordine del Sereniſſ. G. Duca di Toſcana* Ferdinando *II. e deſcritte da* Simone di Gio. Berti *in Firenze per il* Maſſi, *e* Landi *MDCXLIII.* *pag.* 46. *Il diſopra nominato* Gio. Batiſta Doni *nella noſtra lingua inalzò con ſomma eloquenza le lodi della Regina Maria riportando dalle Sovraniſſime lodi altrui, lode più che ſovrana.*

(4) Typis *Amadoris Maſſae* 4. *Delle lodi della Criſtianiſſima* Maria *Regina di Francia, e de Navarra. orazione funerale di* Gio. Batiſta Doni *Firenze per il* Maſſi, *e* Landi *MDCXLIII.* 4.

(5) Vid. Ep. num. CI. pag. 160. num. CV. pag. 165.

(6) Vid. Sermonem VI. Sopra il recitare in ſcena al Sig. *Mario Colonna*.

(7) Eiuſmodi opuſcula magna cum voluptate legi, noviſque additamentis locupletata, una cum aureo *Donii* noſtri libello *de reſtituenda ſalubritate Agri Romani* ſplendida editione in vulgus edere molior. De illis vero haec habet

CII.

Acceſſit nomenclator vocabulorum obſcuriorum, ad Ferdinandum *II. Magnum Etruriae Ducem*.

XXVII. Per id tempus *Donium Laurentianae* Bibliothecae praefecturam obtinuiſſe *Iſaaci Voſſii* (1) ſententia eſt: cui tamen adhaerere vix poſſum, nullo certo huius impleti muneris exiſtente documento, niſi illud pro coniectura aucupari velimus a praecipua eiuſdem Bibliothecae cura, ei a Magno Etruriae Duce demandata, & a quibuſdam interiectis MSS. caſtigationibus in Catalogo, qui ab Eruditiſs. *Ant. Mar. Biſcionio* Canonico, & Imper. Laurent. Biblioth. Praefecto adſervatur, ab *Henrico Ernſtio* Amſtelaedami A. MDCXLI. evulgato (2).

XXVIII. Interim *Ioannes Nardius* (3), praeter multas ſubacti ingenii ſui lucubrationes, nuper diſquiſitionem phyſicam *de Rore* in vulgus emiſerat, cui inſequenti Epigrammate *Donius* plauſit (4).

Qui modo foecundae rimatus viſcera terrae,
Non auro, aut plenas retulit aere manus.
Naturae arcanis verum quae mente ſagaci
Eruit, ingenii largiter auxit opes.
Omnivorumque ignem, Vulcani *nobile donum*,
Cuncta prope edocuit ſedulus efficere.
Nunc circumfuſi colluſtrans aetheris oras,
Sollicitae rorem colligit inſtar apis.
Quem te igitur memorem Nardi *doctiſſime? quaeve,*
Macte, feres auſis praemia digna tuis?
Melle ut Ariſtaeus *perclaruit, igne* Prometheus,
Sic referes duplex maior utroque, decus.

XXIX. Tum

Cl. *Targionius* in ſuo prodromo iam citato pag. 123. *Gio. Batiſta Doni* Autore de' Trattati intitolati *de reſtituenda ſalubritate Agri Romani* ſtampato: *de cultura per ignem*, cioè col far fornelli, e bruciare ſtoppie, e tritogli ſeminati appoſta in pianure ſpogliate: *nova ſerendarum frugum methodus* con un aratolo a carro, ſimile a quello pubblicato dipoi dal General del *Borro*, *&* *nova conſerendae vineae methodus* con diverſe regole di concimare, e potar le viti; e queſti tre ultimi ſi conſervano autografi. *Donius* in Epiſtolis ad amicos ſcriptis de novis hiſce lucubrationibus ſuis meminit. In Ep. ad *Nic. Heinſium* Dat. Non. Ianuar. MDCXLVI num. CXII. pag. 175. „ Interea, ne penitus otioſus eſſem, *Βιόχρηστα* quaedam opuſcula iam modo abſolvi: tres ſcilicet tractatus ad rem ruſticam pertinentes; quos placituros ſpero, ob nova quaedam, ac magni uſus, ni fallor, futura &c. Eorum editionem iam nunc cogito, nec aliud quidpiam iam ſupereſt, quam pauci aliquot iconiſmi in aereas, vel ligneas laminas incidendi. Vid. *Heinſii* reſponſum num. CXIII pag. 176 In Ep. ad *Octavium Ferrarium* num. CLXII. pag. 131. „ E perchè tengo in ordine tre diſcorſi d' Agricoltura con queſto titolo: *Nova ſerendarum frugum methodus*, *Nova conſerendae vineae methodus*, *De cultura per ignem*: i quali conterranno (ſe il proprio affetto non m'inganna) novità di grandiſſima importanza in queſta profeſſione; deſidererei d' intendere da lei, confidato nella ſua grande amorevolezza, ſe coſtà ſi poteſſe ſtampare, ſenza mio diſpendio, e ſe vi ſarebbe perſona, che voleſſe ſoprantendere all' impreſſione ec. „ In Ep. CXIII. pag. 231 ut videtur ad *Marinum Merſennum* „ V. Rev. ſcuſerà poi le imperfezioni, che vi ſono; conſiderando, che eſce da perſone aggravate da molti e noioſi penſieri domeſtici; di debole compleſſione, e conſeguentemente poco atta alle lunghe fatiche di ſtudio; di memoria fiacchiſſima, e che ha conſumato il meglio de' ſuoi anni negli eſercizi di corte, e in viaggi. Da un pezzo in qua ho perſo anche di molto tempo nell' agricoltura, dove mi è venuto fatto di trovar molte coſe importanti; alcune delle quali ho rinchiuſo in tre Trattati, che ſpero preſto di dare in luce in Milano, o in Venezia, il primo è intitolato *Nova ſerendarum frugum methodus*, il ſecondo, *Nova conſerendae vineae methodus*, il terzo *De cultura per ignem*.

(1) Id teſtatur in praef. ad Lectorem Epp *S. Ignatii* Martyris *Atque huic eius ardor magis illaxit, poſtquam, ut mihi relatum eſt*, Laurentianae *ſuae praefecit* Io. Bapt. Donium, *virum nobilem, dignumque* Petri Victorii *ſucceſſorem; nec ipſum modo literatiſſimum, ſed ea praeditum prudentia, ut nemo iudicio maiori, ad ea ſacraria ſit adceſſurus unquam*.

(2) *Blanchinius* l. c. ſub *Ferdinando* II. *Raccomandò alla cura, e alla vigilanza dell' eruditiſſimo* Gio. Batiſta Doni *(la tanto celebre Biblioteca Medicea Laurentiana) che per iſpeciale commiſſione di lui, ſi poſe a fare copioſiſſime giunte al Catalogo, che di quella ſteſſa Biblioteca fatto aveva l'* Ernſtio, *le quali giunte inedite poi rimaſero*

(3) *Io. Nardius* Politianus, Philoſophus, & Medicus Florentinus, prout ea ferebant tempora, magni nominis fuit.

(4) Prodiit Florentiae Typis *Amatoris Maſſae*, & *Laurentii de Landis* MDCXLII. 4. Praecedunt in laudem operis carmina *Io. Viſcontii* Antiſtitis Religionis Equitum D. *Stephani*, & Academiae Piſanae Proviſoris, Equitis *Scipionis Claramontii*, *Antonii Sanctorelli* Medici, & Philoſophi, & in Neapolitano Gymnaſio Theoricae Medicinae Profeſſoris Primarii, *Laelii Mancini*, *Claudii Berigardi* Molinenſis in Archigymnaſio Patavino Philoſophiae primi, *Paganini Gaudentii* Piſani Profeſſoris, *Andreae Mariani* in Bononienſi Acad Philoſophi Ordinarii, *Georgii Trombae Laſcaris* Anconitani S Theol. & I. V. D *Fabricii Tinelli* in Senenſi Gymnaſio Ordinarii Profeſſoris, *Io. Baptiſtae Fratangeli* Medicinae Profeſſoris in Piſano Lyceo, *Io. Bapt. Donii* in Florentina Acad Humaniorum Literarum Profeſſoris, *Claudii a Fraxino* Medici Exc. PP. Guiſiorum, *Io. Medices* March. S. *Angeli*, *Andreae Cavalcantis*, *Simonis Bertii*, *Hieron. Bartolomaei* *Petri Franc. Bargiochi*, *Vinc. Paulucciì*, *Franc. Rondinellii*, Eq *Franciſci Ponae*, *Alexandri Ademarii*, *Hippolyti Nardii* filii Miror tamen *Iulianum Nigrium* in Florentinorum Scriptorum Hiſtoria, ubi de *Io. Nardio*, & *Io. Bapt Donio* agit, eiuſmodi operis de Rore titulum mirifice depravaſſe, *Nardio de Voce*, non *de Rore*, diſquiſitionem Phyſicam tribuens.

XXIX. Tum quoque *Chriſtophorus Adamus Rupertus*, Hiſtoriarum Profeſſor [1], praeter Magiſtratus a *Pigbio* in faſtis ſuis relatos, Romanarum Familiarum notitiam uberiorem, ac reliquas etiam dignitates, quibus Praefecti Vrbis, Correctores, Conſulares, & id generis alii appellabantur, evulgaturus, ab amico *Donio*, qui eas in ſuo Veterum Inſcriptionum theſauro congeſſerat, haurire curavit. *Donius* igitur, cuius mens ſemper fuerat eruditorum utilitati ſtudere, amici morem gerere non eſt dedignatus; nullam ratus ſubire iacturam, ſuo ne, an aliorum nomine, ea prodirent in lucem, modo bono publico donarentur [2]. Eadem ductus ratione cum *Fabrotto* de locis nonnullis *Baſilicorum* dubiae lectionis reſtituendis egit [3] & identidem *Holſtenio* eas omnes inſcriptiones communicavit, quae ad *Frontini* de aquaeductibus, ac coloniis opus, quod in vulgus edere moliebatur, illuſtrandum conferrent [4].

XXX. Doctiſſimi quique hominum Florentia praetereuntes *Donium* inviſere certabant [5], quorum nonnulli diutius apud illum ſunt commorati, inter quos *Gabriel Naudaeus*, *Marinus Merſennus* [6], *Nicolaus Overbergius* [7], *Iſaacus Voſſius* [8], *Nicolaus Heinſius* [9], quibus neque in conluſtrandis Principum

cipum

(1) *Althorphii* Noricorum natus A. MDCX. deceſſit A. MDCXLVII. Poeta, Orator, & Hiſtoricus non contemnendus fuit, *Florum*, *Velleium*, *Salluſtium*, *Valerium Maximum* &c. illuſtravit. Habemus quoque eius animadverſiones ad Enchiridion *Pomponii* de origine iuris. Ienae MDCLXI. 12. obſervationes ad hiſtoriae univerſalis ſynopſim *Beſoldianam* ex recenſione *Chriſtophori Arnoldi* Norimb. MDCLIX. 8. Mercurium Epiſtolicum, & Oratorium. Vid. *Henning. Witte* in Philoſ. pag. 593. Idem *Rupertus* in Ep. ad *Reineſium* pag 582. de *Donio* ait „ ſed tamen malim *Io. Bapt. Donii* Equitis Florentini, & *Petri Servii* Profeſſoris Romani promtitudinem hec decantari, & quidem μακροῖς ἀυλοῖς. Noſti melius, quam ego, nationis ingenium. „

(2) Vid. Ep. *Servii* num. CI. pag. 160. Inter Epp. *G. Richteri* Norimbergae per *Mich. Endterum* MDCLXII. 4. pag 784. Ep. occurrit ad *Rupertum* a *Petro Servio* exarata, in qua haec leguntur „ *Donium* iterum per literas rogavi, ut, quas pollicitus erat inſcriptiones impertiretur, obmutuit, neſcio quam ob cauſam. Tu velim meo, tuove nomine ei ſcribas, rogeſque, ſi lubet, inſcriptiones; fortaſſe enim potius tibi, quam mihi (homo enim ex hypocondrio laborat) eas dare cupit; heic tamen tu videris, cuius prudentiae omnia committo. Ibid. pag. 768. Epiſt. *Donii* ad *Rupertum* legitur, quae per errorem in Collectione Epp. *Donii* edita non fuit. *Io. Bapt. Donius Chriſt. Adamo Ruperto*. „ Perilluſtris atque ornatiſſime vir: *Cognovi ex literis* Petri Servii, *Clariſſimi viri, mihique amiciſſimi, inſignem tractatum te habere prae manibus, in quem Coss. Praefectorum Vrbis, aliorumque Magiſtratuum Romanorum nomina ac ſeriem, publico Reipublicae literariae bono, iampridem congeras, ac proinde vehementer cupias, ſi quas haberem inter meorum veterum Inſcriptionum collectanea, quae memoriam ac nomen alicuius exhibeant, eas tecum primo quoque tempore communicari. Quod deſiderium ſuaviſſimis atque humaniſſimis literis tuis, V. Eidus Ianuar. ad me datis, planius ac plenius etiam ſignificaſti. Quare quum nihil unquam ardentius expetiverim, quam doctorum virorum egregiis ſtudiis, quantum mea tenuitas ſinit ſuffragari, atque eorum obſequi voluntati, praeſertim tam iuſta faciliaque poſcentium, committendum non putavi, ut ſpem, expectationemque tuam deſtituerem. Delegi igitur nonnullas ex meis Inſcriptionibus, quae crebriores, ac maioris pretii videbantur: plures etiam tranſmiſſurus, ſi amanuenſis idonei copia mihi adfuiſſet; aut lectorem harum literarum maiori faſciculo onerare auderem; aut denique reliquae tanti eſſent, ut luculentum iſtud opus, quod prae manibus habes, notabiliter illuſtrare, aut locupletare poſſent. Caeterum poſt ingentem illam* Gruteri *meſſem, nemini exiguum ſpicilegium facere nobis licuit. Satis multas quidem collegimus; paucae tamen notabile quidquam, ac ſingulare praeſeferunt. Verum quidquid heic, aut aliis etiam in rebus, quatenus exiguae meae vires ferent, lucubrationibus tuis, Vir Clariſſime, commodare potero, nunquam non libenter, amiceque praeſtabo Cui a Deo Opt. Max. proſperum viae curſum, divinaeque ſuae gratiae incrementum interea precor. Vale Florentiae XIV Kal. Iul A. C. MDCXLIV.* „

(3) In Sylloge *Burmanniana* Epp T. V. pag. 583. *Caroli Ann. Fabrotti* ad *Nic. Heinſium* de reſtitutione Baſilicorum Ep. occurrit, in qua haec leguntur „ Quum autem plurimi in Italia ſint, me non praeterit, cum quibus de locis dubiae ſanitatis communicare potuiſti. Inter quos merito poſuerim eruditiſſ. virum *Io. Bapt Donium*, cuius vel amicitiam expeto, vel eo nomine, quod honoris plurimum, ex eius teſtimonio mihi acceſſiſſet, ſi verſus elegantiſſimos, quos tranſmiſerat, editioni *Baſilicorum* inſerere potuiſſem: ſed iam abſolutae quidquam addere non licuit. Nec tamen velim exiſtimet, me tantae gratiae unquam debitorem immemorem futurum. Quin immo, ſi vita ſuppeditet, editioni novae ornamentum adferent. Doctiſſimo viro *Donio* ſalutem meis verbis dicas. Pariſiis XII. Ianuar A S. MDCXLVII. „ Vid. & alteram eiuſdem *Fabrotti* Ep ibid. ubi de *Donio* loquitur

(4) V. Ep. CXVII. CXIX. pag. 185.

(5) Conſulendae Epp. *Donii* ad *Holſtenium* n. c. pag. 159. *Voſſii* ad *Donium* num. CII. pag. 161. & num. CIV pag. 164. *Donii* ad *Voſſ.* num. LXXXVIII. pag. 141. quae per errorem ſuo loco relata non eſt. *Heinſii* ad *Donium* num. CXIII. pag. 176. ad *Heinſium* num. CXXI. pag. 189. num. CXXII. CXXVII. pag. 198.

(6). Vid. Ep. cit. pag. 171. & operis huiuſce Lib. I. num. IX. pag 13.

(7) *Overbergium* Danum *Donius* excepit, commendante *Holſtenio*, & *Scioppio*, ut videre eſt ex Ep. num. CXV. pag. 180.

(8) *Voſſius Gerardi Io.* filius, natus Lugduni Batavorum A. MDCXVIII. eloquentia, & eruditione inter ſaeculi ſui praeſtantiores viros recenſetur. *Chriſtinae* Svecorum Reginae carus fuit, ut patet ex eius commercio Epiſtolico in ſylloge *Burmanniana* T. V. Florentiae non modo eum *Donius* ſummis beneficiis cumulavit, ſed in reliquo etiam per Italiam itinere amicis commendavit, praecipue *Scioppio*, *Tomaſino*, *Franciſco Iuſtiniano*, *Bernardino Ferrario*, *Hugoni Grotio*, & *Salmaſio*. Vid. *Voſſii* Ep. num. CIV pag. 164. Obiit X. Kal. Mart. MDCLXXXIX. V. *Niceronium* T. XIII. Conquirebat vero *Heinſius* numiſmata antiqua, ut locupletaret Cimelia Reginae *Chriſtinae*, ut in Epp. ad *Donium* complura exſtant documenta eius ſolicitudinis, & curae.

(9) *Nic. Danielis F. Heinſius* paternae gloriae non indignus heres. Omnigenae literaturae amore flagrans, praeci-

puas

Digitized by Google

cipum villis ſuburbanis, nec in contemplandis antiquis ſignis, ac monumentis unquam defuit. Italiam inde inviſuris, literis praeivit ad amicos omnes in itinere, apud quos ſtudioſiſſime commendatos dimiſit.

XXXI. Dum vero eruditorum civium, atque advenarum conſuetudine lubentiſſime fruebatur, habuit, quod ancipitem martis fortunam pertimeſceret, & in memorandis *Ferdinandi* auſis ſubſpiceret. Etenim *Barberini*, qui ſe ab *Adoardo* Parmenſi Regulo, & *Ferdinando Mediceo* Magno Etruriae Duce, haud obſcure contemni impatienter ferebant; ut *Farneſii* contumelias ulciſcerentur, quibus ipſos dum Romae verſaretur adſecerat, eum e Caſtri ditione, & vectigalibus exturbare ſunt aggreſſi. Inſtigatis itaque creditoribus, quibus Caſtri proventus addicti fuerant, aeris alieni ſolvendi cauſſa, Regulum Romae in ius vocari iubent, quumque iudicio ad praeſtitutam diem non adfuiſſet, a cauſſa eum cecidiſſe pronunciant, & Caſtrenſem ditionem creditoribus addicunt. *Ferdinandus* II. qui Parmenſis ſororius erat, hiſce componendis diſſidiis, *Barberinos* inter, ac *Farneſios*, intercefferat. At Pontifex propoſiti ſui tenax, neque immemor veterum amaritudinum, nunquam ſe adduci paſſus eſt, ut aliquid de iudicii ſeveritate remitteret. Meminerat quippe, & memorare identidem ſolebat, maiores ſuos ab urbe Florentina, in qua conſpicuum olim dignitatis locum renuiſſent, *Coſmi* I. e *Medicum* familia Ducis tyrannide exulare coactos. Illud etiam animo alte inſederat, ab eodem *Ferdinando*, dum *Carolum* fratrem in ſenatorium ordinem adſcribi Florentiae rogaret, repulſam tuliſſe.

XXXII. Hinc inimicitiae inter Pontificem, & Magnum Etruriae Ducem recruduerunt, reſque eo proceſſit, ut ad arma publice deventum ſit [1]. Quae inter, memoratu dignum habitum eſt facinus illud, quo Pontificii milites, per invios calles, nocturno conatu, Piſtorium adgredi conati ſunt. Tam improviſo motu, Piſtorienſes ſubitus pavor, trepidatioque tanta invaſit, ut primum varii luctus in civitate audirentur, mox, compreſſis vocibus, luctu obſcurius ſilentium tota urbe ſequutum, nemo forum adire, nec alter alterum intueri auderet [2]. At *Petrus Capponius*, qui pro Magno Etruriae Duce Piſtorii rem civilem, & bellicam adminiſtrabat, re per transfugas cognita, ſuos pro vita, pro ſalute, pro patria, pro dulciſſima in Principem caritate, ut acerrime dimicarent hortatus, inlatam propulſavit vim, urbemque incolumem reddidit VI. Non. Octobris A. MDCXLIII. Ne vero huius rei bene geſtae memoriam temporum iniuria oblitteraret, Piſtorii in publicis aedibus Inſcriptio adpoſita fuit, cuius mihi co-

puas Europae urbes inviſit, & Bibliothecas luſtravit, ut *Virgilium*, *Ovidium*, *Valerium Flaccum*, *Claudianum*, *Prudentium*, alioſque nitori priſtino reſtitueret. Deceſſit An. MDCLXXXI. *Gronovius* in Ep. ad *Nic. Heinſium* T. III. pag 167 *Syllog. Burman* ait „ *Paganinum Gaudentium* Piſis adloquere: is fortaſſe nonnihil conſilii dabit; & Florentiae inprimis *Io. Bapt. Donium* &c. *Nic. Holſtenius* in Ep. ad eumdem ibid. T. V. pag. 429. *L. Holſtenius Nic. Heinſio*. Poematum tuorum elegantiam *Donius* noſter iam mihi commendarat „ *Gronovii* emendationes *Livianas* iamdudum expecto. Earum ſpecimen, quum Romae nobis adeſſet, vidi, & magnopere probavi „ poſtremis ſuis, indicem ad me miſit aliquot locorum primae Decadis, de quibus antiquum exemplar *Mediceum* conſuli cupit: autographum eius ad cl. *Donium* miſi, qui & mei, & amici communis cauſſa conferendi laborem, ut ſpero, non recuſabit. D. Romae III. id. Octobr. MDCXLVI.

(1) Haec fuſe narrantur in hiſtoria quadam MS. in Bibliotheca *Magliab.* Cl. XXV. Cod. CCLXIV. fol. ita inſcripta: *Dell' una, e l' altra guerra di Caſtro, e ſucceſſivamente degli altri caſi di quella Città, e ſuoi ſtati ſotto li Pontefici* Vrbano *VIII.* Innocenzio X. Aleſſandro *VII. Libri XII. ſcritti da* Gio. Batiſta Rinalducci, *ed offerti al Sereniſſimo Gran Duca* Ferdinando *II.* Praeterea legi in quodam Diario MS. ibidem Cod. XX. Cl. XXV. ſub A MDCXLIII. *Adì 18. Giugno in giovedì partì di Firenze il Sereniſſimo Gran Duca, e il Sereniſſimo Principe* Gio. Carlo *ſuo fratello, e andarono alla guerra del Duca di Parma, intimatagli da'* Barberini, *e anche per guardare i ſuoi ſtati. Fu accompagnato il G. D. da buona quantita di nobili Fiorentini, con mille dugento carrozze, e mille dugento carabinieri, a viſta di numeroſo popolo fuori della porta a S.* Pier Gattolini.

(2) Vid. *Salvium Iſtoria di Piſtoia* T. III. lib. XXIV.

Digitized by Google

copiam fecit Patriae ſuae monumentorum acerrimus inveſtigator, Etruſce Latineque cultiſſimus *Io. Sebaſt. Bartolozius*.

COPIOSVS HOSTIS, ADITV PER INVIOS MONTES QVAESITO, VI. NON. OCTOB. PISTORIVM CONVOLAVIT
ET DIREPTIONEM INHIANS, NOCTVRNVS PORTAS, ET MOENIA FEROCITER AGGRESSVS EST
AT PETRVS CAPPONIVS ALEXANDRI FILIVS, SENATOR FLORENTINVS
ET PRO MAGN. ETRVR. DVC. FERDINANDO II. FORI, FERRIQ. PRAESES
SVA, ET PISTORIENSIVM PRO PATRIA ACERRIME DIMICANTIVM MVNITVS VIRTVTE
CAESVM IN MVLTIS, IN PLVRIBVS VVLNERATVM TAM FELICITER PROPVLSAVIT
VT INTEGRA INTACTAQVE CIVITAS INCOLVMITATEM SVAM, POST COELITVM PRAESIDIA,
TANTI DVCIS PRVDENTIAE, AC VIGILANTIAE POTISSIMVM REFERAT ACCEPTAM
EOD. AN. CIↃIↃCXLIII.
S. P. Q. P.

Pace tamen inter *Barberinos*, ac Etruriae Ducem firmata inſequenti anno Kal. Maiis, in templo urbis maximo, pro gratiarum actione *Petrus Nicolinus* Florentinus Pontifex ſacra fecit, totaque civitas feſtivis ignibus, aliiſque laetitiae ſignificationibus, exhilarata eſt [1].

XXXIII. At humana gaudia diuturniora eſſe non poſſunt, iiſque plerumque luctus fit comes. Vix enim *Ludovici* Francorum Regis funus *Donius* defleverat, quum novo, ac repentino caſu non mediocriter eſt conflictatus, *Urbani* VIII. clementiſſimi Principis interitu, qui non ſine Catholici orbis maerore accidit IV. Kal. Auguſti. Erat quippe in eo excelſa indoles, ad ardua quaeque capeſſenda promtum ingenium; in eoque mira conſenſione virtutes viro Principe dignae copulabantur [2]. Novemdialibus de more abſolutis, Purpurei Patres conclave ingreſſi, Cardinalem *Pamphilium* in novum Pontificem renunciarunt XVIII. Kal. Octobris, qui ſibi *Innocentii* X. nomen adſcivit.

XXXIV. Succedente *Innocentio*, decrevere literarum praeſidia, multique eruditiores viri, qui nuper amiſſi Pontificis ſtipendiis diutius gaviſi fuerant, vel alio abire, vel adverſae fortunae incommoda ſentire coacti ſunt. Quod moleſte admodum *Donius* ferens, nonnullis ſuccurrere amicis ſtuduit, *Abrahamo* potiſſimum *Echellenſi*, orientalibus Literis peritiſſimo, imperrando a celſiſſimo Etruriae Duce, ut Florentiam, conſtituta ſtipe, adcerſeretur, Palatinae Bibliothecae orientales Codices in ordinem redacturus [3]. Deplorandum enim valde erat, iſtum orientalis ſapientiae theſaurum tam male habitum fuiſſe, ut pro-

(1) In cit. Diario. *Adì 1. Maggio in giorno di Mercoledì ſi pubblicò in Firenze il giubbileo univerſale per la pace ſeguita con il G. D. di Toſcana, il Duca di Parma ſuo cognato, e la Santità di noſtro Sig. Papa* Urbano *VIII. di Caſa* Barberini, *per la qual pace ſi cantò in Duomo da Monſignor* Pier Niccolini *Arciveſcovo la meſſa dello Spirito Santo, e alla elevazione della oſtia fu fatta una ſalva reale di mortaletti, e poi di tutte le fortezze, e da tutta la cavalleria, che era ſquadronata attorno al Duomo per ordine di battaglia, la qual cavalleria, finita la meſſa, accompagnò con bella ordinanza S. A. S inſino a Palazzo.*

(2) Illud quotidianis uſurpare ſermonibus Pontifex conſueverat, maiorem ſe gloriam ex poetica lauru, quam ex Pontificio diademate expectare.

(3) *Holſtenius* in Ep. ad *Donium* Romae Prid. Non. Dec. MDCXLIV. num CVIII. pag 170. *Io ſtavo aſpettando quello che VS. per parte del Sereniſſimo Principe* Leopoldo *ſia per comandarmi, ed eſſo Signor* Abramo *ad ogni cenno ſarà prontiſſimo di venirſene a codeſta volta; poichè quì trova poca ſodisfazione, eſſendoli levata la provviſione, che ebbe da Palazzo, come Interprete de' Levantini; poichè nella riforma della corte, li primi che ſono ſtati riformati, e ſcaſſati, ſono tutti i letterati, come* Scioppio, *ed altri, e nella ſapienza ſi ſopprimeranno le letture della lingua Greca, Ebrea, Arabica, ed altre ſimili. VS. faccia il prognoſtico.*

prope ab interitu abeſſet: ſexcenta fere optimae notae, & venerandae pleraque antiquitatis volumina, orientalibus linguis exarata, Hebraica, Chaldaica, Syriaca, Arabica, Perſica, Turcica, Armenica, Habeſſinica, Coptica ibidem deliteſcebant. Ceterum demandatum ſibi munus *Echellenſis* implevit [1], quumque reliqua inter orientalia volumina eius Bibliothecae, unus adſervaretur Arabice manuſcriptus codex *Apollonii Pergaei* de ſectionibus conicis, hunc ab eo Latine verſum, *Ferdinando Mediceo* nuncupatum, *Alphonſus Borellius* mathematicus praeſtantiſſimus publicae poſtmodum commoditati donavit [2]. Quum vero noſtra aetate catalogus ille ampliſſimo Praeſuli *Evodio Aſſemannio* Archiepiſcopo Apameae viſus fuerit inconcinnus, & erroribus ubique ſcatens, alterum de novo condidit, quo & ſcriptorum nomina, & librorum ſingulorum argumenta, quidquid demum notatu dignum eſſe videbatur, breviter ac diſtincte complexus eſt [3].

XXXV. At quum nimia curioſitas, reſque longe diverſas diſcendi ſtudium in adoleſcentia, mox confirmata aetate eaſdem res accuratius tractandi, ut pro virili bonum publicum adiuvaret, *Donio* ingens deſiderium ineſſet, anno milleno ſexcenteno quadrageno quinto varias diſceptationes in Cruſcana Academia coram Sereniſſimo Etruriae Duce, ac praecipue de ratione agendi Tragoedias, & Comoedias apud veteres recitavit. Quod ſi fortunae, ac temporis iniquitas, aut nobis in vetuſtis conſervandis auctoribus Tragoediam reliquiſſet, aut non ademiſſet Graecis Comoediam, magnam, opinor, voluptatem ex Graecorum, & Latinorum inter ſe ſcriptorum contentione caperemus. Verum, quantumvis hiſce deſtituamur praeſidiis, ſive haec hominum iniuria fuerit, ſive temporis, ex alterorum tamen lectione colligi facile poteſt, quae ſit utriuſque generis vis, quamquam Tragoedia forte turbulentior, & ad concitandos diverſis affectibus animos non paulo certe potentior: ut ut ſit, Graecos Tragoedias, Romanos Comoedias, partim recitatas, partim cantionibus accommodatas populo exhibuiſſe erudite *Donius* comprobavit [4].

XXXVI. Sic de Rapſodia Veterum Graecorum diſſeruit [5], quod carmen erat ex vario verſuum genere compoſitum, quemadmodum poema illud *Chaeremonis*, cui titulus Centaurus fuit, ῥαψῳδίας habuit nomen, quod ex variis metris conſtaret. Per id quoque tempus Florentinos non deſtitit admonere, ut priſco more Mimos in Tragoediis inducerent, cuius erant partes dica-

(1) *Blanchinus* l. c. ſub *Ferd.* II. pag. 107. *Fu chiamato ancora a Firenze da* Ferdinando, *e dal Card.* Leopoldo, Abramo Ecchellenſe, *Maronita, uomo dottiſſimo, e celebre per le molte opere date alle ſtampe, acciocchè egli eſaminaſſe i preziosiſſimi codici orientali, che ſono nella Biblioteca del Real Palazzo de' Pitti; ed eſſendo ſtata tra eſſi ritrovata in lingua Arabica l'opera di Apollonio* de conicis ſectionibus, *volsero, la traduceſſe in lingua Latina. Queſta traduzione fu poi fatta ſtampare in Firenze nel* MDCLXI. *da* Alfonſo Borelli, *e da lui dedicata a* Coſimo *III. ec.*

(2) *Apollonii Pergaei* Conicorum lib. V. VI. VII. Paraphraſte *Abalphato Aſphahanenſi* nunc primum editi. Additus in calce *Archimedis* Aſſumtorum liber ex codicibus Arabicis MSS. Sereniſſ. M. D. Etruriae *Abrahamus Ecchellenſis* Maronita in alma urbe linguarum Orientalium Profeſſor Latinos reddidit. *Io. Alph. Borellus* in Piſana Acad. Matheſeos Profeſſor curam in Geometricis verſioni contulit, & notas uberiores in univerſum opus adiecit. Florentiae ex Typographia *Ioſ. Cocchini* MDCLXI. fol.

(3) Bibliothecae Mediceae *Laurentianae*, & Palatinae Codd. MSS. orientalium Catalogus Florentiae MDCCXLII. fol.

(4) Edit. Oper. T. II. pag. 163. Initio haec ſibi diſquirenda proponit. *Se per via di ragioni, e autorità de' buoni ſcrittori ſi poſſa venire in cognizione della maniera tenuta dagli antichi in rappreſentare quelle loro tanto celebrate Tragedie, Comedie, o altre compoſizioni ſceniche, e in ſpecie ſe ſi recitavano con muſica in tutto, o in parte, e che muſica ſi foſſe queſta, o pure ſemplicemente, e ſenza canto, e inſieme toccherò alcune coſe della muſica, e alcune altre oſſervazioni intorno al rappreſentar commedie, per correggere alcuni errori, che giornalmente in ciò ſi ſogliono fare.*

(5) Ibid. pag. 181. notanda quae *Donius* ait, initio huius diſceptationis. *Oggi mi ſon propoſto di favellare ſopra la Rapſodia degli antichi Greci, ſenza però ſcordarmi della dovuta brevità, sì per laſciare comodità agli altri di ragionare; sì anco per riſervare qualche coſa in altro luogo, dove ſpero, mediante il benigno favore del Sig. Principe qui preſente, di farvi ſentire in pratica quello, ſopra che oggi ragioneremo, purchè le mie fatali avverſità non facciano naſcere qualche impenſato intoppo, o prolungamento, che diſturbi queſta impreſa, come tre anni ſono mi ſucceſſe in Roma nell' Accademia degli Umoriſti, eſſendovi Principe il Sig. D.* Cammillo Colonna, *il quale, benchè con que' virtuoſi Accademici favoriſſe queſto mio penſiero; tuttavia per la lunghezza di alcuni, che vi avevano parte, il negozio ſvanì affatto con qualche mio diſpiacere per allora ec.*

dicacitatem quamdam exercere, cum verborum licentia coniunctam, quem morem, quum proceſſu temporis exulaſſet, in ſcenas pro captu ſuo ſtuduit revocare [1].

XXXVII. De Henharmonico genere, quo vel ad concitandos affectus, vel ad antiquam maieſtatem retinendam in ſacris Olympii nomis, vel certe recreandi animi, vel artificii oſtentandi gratia, veteres utebantur, captu quaedam difficiliora literis conſignavit; quumque, ut recentiores, neque ſcitiſſimis cantoribus, qui talia exſequi poſſent, neque inſtrumentis, ideſt tibiis, ad eum uſum perforatis, deſtituerentur, eius ideo vim, ac poteſtatem, illos habuiſſe penitus exploratam probavit. Huic vero, aliiſque diſceptationibus titulos praefixit.

Due Trattati, l' uno ſopra il genere Enarmonico [2], *l' altro ſopra gli ſtrumenti di taſti di diverſe armonie* [3], *con cinque diſcorſi.*

Il primo, del Sintono di Didimo, e di Tolomeo [4].

Il ſecondo, del Diatonico equabile di Tolomeo [5].

(1) Ibid pag. 186. *Concioſiacoſache nella ultima Accademia, Sereniſſimo Principe, ſi ſia cominciato a trattare del modo da tenerſi in eleggere, e rappreſentare in Palazzo queſto carnevale qualche azione Drammatica; la qual materia già aveva per le mani nelle lezioni cominciate da me ſopra la Muſica ſcenica: eſſendo ſopra ciò ſtato richieſto il mio parere, mi riſerbai col voſtro piacimento a ſodisfare inſieme alla domanda, e ſpiegarvi nella preſente lezione intorno a ciò un mio concetto, che già è molto tempo mi ſi rivolge per la mente. Primieramente non poſſo ſe non commendare l' avviſo datoci dal Sereniſſimo Sig. Principe quì preſente, di proporre vari ſoggetti, ed eſaminarli, e diſporli nelle ſue parti, e ſcene, prima di comporvi il Dramma, e che ciò ſi debba fare, non da un ſolo compoſitore, come communemente ſi pratica, ma da diverſi, acciò maggiormente ſi renda dilettevole l' azione, per la varietà dello ſtile, e de' concetti, che quindi ne ſeguirà. I primi (cioè i mimi di* Sofrone, *e di* Senarco) *ſenza fallo raſſembravano le odierne rappreſentazioni d' Italia, e quelle, che gli Spagnoli chiamano* autos, *cioè atti per lo più di materie ſpirituali, quali io veddi già rappreſentare in Madrid alla preſenza di Sua Maeſtà, con gran diletto di quella corte, benchè in materia aſſai ſemplice, e ſenza grande arte. Tali anco ſono quelle azioni, che in Francia per trattenimento de' Terrazzani, di luogo in luogo ſogliono da alcuni attori in alcune ſolennità farſi vedere.*

Alia ſequitur de eodem argumento diſceptatio pag. 192.

„ La grata e benigna udienza, Sereniſſ. Principe, che queſta eſtate paſſata vi compiaceſte di dare a tre miei diſcorſi (il primo de' quali fu ſopra il recitare in ſcena il canto, il ſecondo ſopra la Rapſodia, e il terzo ſopra il mimo antico) mi fa ſperare al preſente, che non vi abbia ad eſſer diſcaro, che io continui, e ripigli il filo del primo di eſſi, allora da me interrotti, per venire finalmente a quello, che è più importante, e nuovo, e che (per quanto ho preſentito) porgerà occaſione ad alcuni elevati ingegni di eſaminar ſottilmente queſta mia nuova dottrina, e di raffinarla con la forza degli argomenti ec. „ Ricominciando dunque il tralaſciato diſcorſo, in primo luogo recherò in campo alcune altre teſtimonianze (oltre le addotte già) le quali provano, che fuori de' canti ancora interveniſſe appreſſo gli antichi il canto nelle ſcene. Secondo, per via di ſimili prove farò manifeſto, che non ſi cantavano le azioni, per eſempio Tragedie intere; contro quello, che a' tempi noſtri con falſo preſuppoſto d' imitare gli antichi ſi pratica. Terzo, con molte, e importanti ragioni m' ingegnerò di moſtrare, che cotale uſanza è molto migliore, e più lodevole dell' odierna, come quella, che di molte, e ſingolari utilità, e vantaggi ne fa godere. „

(2) T. I. pag. 278 *All' Illuſtriſſimo e Reverendiſſimo Monſig.* Lorenzo Corſi. *La nobiltà dell' animo di VS. Illuſtriſſima è tale, che ſi può ben credere, che la ſtraordinaria ſua magnificenza in tener largamente provviſionati muſici eccellenti, e favorire ad eſempio del ſuo chiariſſimo Genitore, queſta gentil profeſſione, non proceda ſolo dal molto diletto, che ne prende, ma anco, e forſe molto più da un ardente deſiderio di giovare al pubblico in ravvivare queſto eſercizio, che ſi vede tuttavia, per una certa fatal revoluzione delle coſe umane, andar declinando in queſti paeſi colle altre più pregiate ſcienze, e facoltà. Ciò mi ha dato animo a pubblicare il preſente trattato ſopra il Genere Enarmonico, cioè la più curioſa parte della muſica, ſotto l' ombra, e patrocinio di VS. Illuſtriſſima, non perchè queſta ſia materia da affaticarciſi molto, poichè, quanto alla teorica, credo, che poco altro vi ſi poſſa aggiungere; e quanto alla pratica non corriſponderebbe la riuſcita all' eſpettazione; ma perchè ſi chiariſcano una volta i moderni compoſitori, riconoſcendo, che ſe vanno cercando novità in queſt' arte, non nel Genere Enarmonico, ma nella varietà de' Tuoni, e armonie maſſimamente debbono ricercarla ec.*

(3) Pag. 324. „ All' Illuſtriſſimo Sig. *Filippo del Nero.* Fra moltiſſimi inſtrumenti muſicali da me ritrovati, ne ſono ſtati felicemente meſſi in pratica alcuni, e maſſime diverſi cembali, di due, e di tre taſtature, che con proporzionato vocabolo Diarmonici, e Triarmonici ſi chiamano, ne' quali con grandiſſima facilità ſi ſuona, e compone per tutte le antiche armonie, fin adeſſo ſtate ſepolte fra le tenebre de' ſecoli paſſati, e finalmente reſuſcitate da noi ec. „ *In lib. de praeſt. Muſicae veteris pag. 25. ſed omnia magis in aperto erunt, quum* Donii *voſtri tractatus de Henharmonico Genere prodibit in lucem, in quo multa, praeter vulgatas, communeſque opiniones, vetuſtis repetita temporibus, innoteſcent.*

(4) Pag. 349. „ Al P. *Atanaſio Kircher*, a Roma. Perchè io ſon certo, che V. R. ha riconoſciuto con l' eſperienza gl' infiniti errori popolari, che regnano oggi in tutte le ſcienze, e profeſſioni più nobili, avendo ella congiunto, con tanta gran varietà di erudizione, un ſapere così ſaldo, e profondo; e perchè anco in materia di muſica teorica, e pratica, ſo quanto ella vale, mediante i curioſi ragionamenti, che più volte coſtì in Roma ne ho tenuto con lei; volentieri ho intrapreſo ſeco il preſente diſcorſo, nel quale contro l' opinione di quelli, che ſpeſſe olte nelle controverſie antiche di ſcrittori ſi laſciano cecamente tirare più dalla autorità, che dalla ragione, ho dimoſtrato con vive prove, che la diviſione del Tetracordo Diatonico fu ordinata meglio prima da *Didimo*, che poi da *Tolomeo*, e che è più ripiena di conſonanze, contro quello, che ſi perſuadono i più eruditi muſici, e di maggior grido ec. „

(5) Pag. 356 *Al Sig.* Pietro Eredia *a Roma. Mentre che io era coſtì in Roma, feci ſentire a VS. ſe ben mi ricordo, un poco di concento a tre voci ſopra tre viole in nuova guiſa accordate, e con ſtravagante diviſione ſcompartite ne' ſuoi taſti, i quali oltre l' uſato ſtile equidiſtanti, rendo-*

Google

Il terzo; quale ſpecie di Diatonico ſi uſaſſe dagli antichi, e quale oggi ſi praticbi [1].

Il quarto; della diſpoſizione, e facilità delle Viole Diarmoniche [2].

Il quinto; in quanti modi ſi poſſa praticare l'accordo perfetto nelle Viole Diarmoniche [3].

Con alcune modulazioni di tre generi, di tre tuoni, e del Diatonico equabile [4].

XXXVIII. Dum ſe in hiſce, & ſimilibus *Donius* occuparet, Lovanii xv. Kal. Octobris in Arce Caeſaris deceſſit *Erycius Puteanus* [5], & Romae *Ioannes*

vano un aria inſolita ſì, ma non ingrata, quando le parti inſieme ſonavan; benchè ciaſcuna di per ſe pareſſe all'udito ſconcertata, e diſſonante. Quantunque VS. giudicaſſe, che l'unione conſonante, che ne naſceva, doveſſe neceſſariamente fondarſi in una diviſione armonica, razionale, e miſurata, e non formata a caſo, e col ſolo capriccio; io però non ne ſcoprii allora il ſegreto, aſpettando l'occaſione di farlo con maggior comodità in un diſcorſo a poſta, il quale ma avendo avuto agio di pubblicare inſieme con altri coſtà, ho voluto, che eſca ora, portando in fronte l'onorato nome di VS. che prima d'ogn' altro ſi degnò di ridurre in pratica la mia nuova, o rinnovata dottrina degli antichi tuoni, nel quale credo, che riconoſcerà con ſuo guſto, che quella diviſione non era invenzione di perſona ordinaria, come ſon io, ma di un principaliſſimo autore, ed antico muſico, benchè io ſia ſtato il primo a praticarla a' noſtri tempi, e farla ſentire ſulle viole ec.

(1) Pag. 365. Al Sig. *Franceſco Nigetti* „ Quell'antico proverbio, *nimium altercando veritas amittitur*, ſi conoſce per la quotidiana eſperienza veriſſimo „ Queſto appunto vediamo eſſer ſucceduto in quella celebre diſputa, che regnò nell'età paſſata tra *Vincenzio Galilei*, o più toſto tra que' Gentiluomini, che ſi ſervirono del ſuo nome, e *Giuſeppe Zarlino* ſopra il determinare quale ſpecie di Diatonico ſia quella, che oggi comunemente ſi adopra nel canto, e nel ſuono. Ho giudicato perciò non dover eſſer fatica perduta il dirne ſinceramente la mia opinione per riſpetto de' giovani ſtudenti, che non poſſono così ſicuramente diſcernere il vero tra la caligine di così inviluppati diſcorſi, e di tante ragioni apparenti, rimettendone però il giudicarne definitivamente a VS. giacchè poſſedendo così eccellentemente la teorica colla pratica, non ſaprei chi poteſſe eſſerne giudice più competente di lei ec. „

(2) Pag. 376. *Al Sig.* Malateſta Albani. *Confeſſo d'eſſere al pari di ogni altro amatore, ed ammiratore della virtù Di qui naſce l'affezione ſingolare, che io porto a VS. (come anche a tutta la ſua caſa) da poi che io riconobbi tante rariſſime qualità, che l'adornano, e la rendono amabile a tutta queſta corte, e particolarmente all'Eminentiſſimo Padrone, a cui ſerve. Imperocchè chi è quello, che non ammiri, come in ſì freſca età ella abbia potuto far così nobile acquiſto di coſe tanto diverſe, e pregiate, non ſolo nelle lingue, e nelle lettere umane; ma negli eſercizi cavallereſchi ancora, e ſino nella muſica, e nella pittura?* „ *Avendo io, dopo la pubblicazione del mio compendio alterato in qualche coſa la diſpoſizione delle corde, o de' taſti nelle mie Viole con l'accordo perfetto deſcritte in detto compendio, e di poi con proporzionate vocabolo dette da me Diarmoniche, perchè contengono in ſette corde due Armonie, o tuoni ſeparati; ho voluto in queſto diſcorſo farne qualche dichiarazione, acciò ſi veda quanto maggior facilità, e perfezioni n' abbiamo acquiſtate; benchè in pratica molto meglio ciò ſi poſſa riconoſcere, che da qualſivoglia diſcorſo, per chiaro, ed agevole, che ſia*

(3) Pag. 197. Al Sig. *Raffaello Magiotti* „ Quanto io ho ſtimato ſempre l'erudizione di VS. così varia, ed univerſale, e la perfetta notizia particolarmente, che poſſiede delle coſe mattematiche; altrettanto mi ſono affezionato alla ſua ſingolar bontà, e modeſtia, che la rende non ſolo ammirabile, ma amabile a tutti. L'amicizia, che profeſſo con lei, di qui ha avuto i ſuoi principi; la quale ſiccome ho bramato ardentemente; così ſpero di coſtantemente conſervarla Tra gli altri frutti, che n'ho cavato, non è di poco pregio quello della ſua dotta converſazione, dalla quale confeſſo di avere imparato molte coſe, maſſime circa la muſica, che VS. ha così eccellentemente appreſo, e per ſuo ſpaſſo l'eſercita talvolta con la voce, e con gl'iſtrumenti. Fra queſti dilettandoſi ella molto della viola per la ſoavità, e raſſomiglianza, che ha con la voce umana, ſi è compiacinta anco di ſuonar qualche volta le mie diarmoniche, ſopra le quali avendo fatto il preſente diſcorſo, a lei meritamente lo indirizzo.

(4) Pag. 406 Praecedit „ Avviſo per le ſeguenti modulazioni. Le ſeguenti modulazioni ſi ſono aggiunte, perchè molte coſe ſi moſtrano meglio con gli eſempi, che col diſcorſo ec

(5) *Foppens* Biblioth. Belgica T. I. pag. 264. In Templo D. *Petri*, in ſacello D *Carolo Borromaeo* dicato, mortis non immemor, hunc ſibi vivens titulum poſuerat.

ΣΠΟΤΔΑΙΩΣ ΖΗΝ ΑΡΙΣΤΟΝ

VIXISSE NE ME NESCIAS. ADHVC LOQVOR
PVTEANVS EGO SVM; MENTIS ARDOR QVEM BONAE
EVEXIT, ORE PVBLICE VTILEM, ET STYLO.
QVID PLVRA? TV QVOD ES; FVI. TE COGITA.
AN NON VBIQVE CVRA, CRVX, MOLESTIA?
CEV NAVIGES, VEL SCILLA, VEL CHARYBDIS EST.
POST FATA PORTVS, VITA MORTE NASCITVR.
MORI NECESSVM EST; NON NECESSVM EST EMORI.
VIXISSE PVLCHRE IN REBVS EST AETERNITAS.
MORTVVM AVDIS, VT EGO TE VIVVM.
BENE PRECARE MORTVO.

annes Victorius Roſſius, qui ſub *Iani Nicii Erythraei* nomine latitabat [1], infinitae pene lectionis, & eruditionis viri, eaque tempeſtate ubique locorum, & gentium celebrati. Eorum iacturam aegre admodum tulit, quod frequentes eiuſmodi caſus Literariae Reipublicae everſionem portendere viderentur [2].

XXXIX. Iam vero *Donius* ſibi pridem propoſuerat demonſtrandum, quam longe a vero eorum abeſſet opinio, qui in reconditis muſicae ſtudiis, nimium quam par erat, antiquis tribuerent [3]. Quare promiſſi reus, anno milleno ſexcenteno quadrageno ſeptimo, quanto diſcrimine veterum muſicorum, vel induſtria, vel felicitas, a recentioribus diſtaret, copioſe, luculenterque probavit, tribus libellis in Dialogi formam conſcriptis [4], in quibus etiam quae adverſus ſententiam ſuam a nonnullis diſputabantur, congeſſit, ne quis illum, nimio vetuſtatis amore, vel ſtudiorum ſuorum indulgentia captum ſuſpicari poſſet [5]. Operis huiuſce exemplar miſit *Caſſiano Puteano* [6], *Octavio Ferrario* [7], *Lucae Holſtenio* [8], Academiae Philharmonicae ſociis [9], *Io. Rhodio* [10], *Io. Friderico Gronovio* [11], *Fabio* Epiſcopo Neritonenſi [12], *Athanaſio Kirchero* [13], *Tarquinio Gallutio* [14], *Nic. Heinſio* [15], *Iſaaco Voſſio* [16], *Claudio Salmaſio* [17], *Paganino Gaudentio* [18], *Ioſepho Perſico* [19], *Nicolao Pinellio* [20], aliiſque eruditione, ac generis nobilitate praeſtantiſſimis viris [21].

O. 2 XL. Kal.

(1) Natus A. circiter MDLXXVII. Cardinalis *Peretti* ſervitio addictus, nomen ſuum editis operibus poſteritati commendavit; inter quae eminet *Pinacotheca imaginum illuſtrium doctrinae, vel ingenii laude virorum, qui auctore ſuperſtite diem ſuum obierunt*: T. III. 8. Ad ſuperos migravit XVII. Kal. Dec. MDCXLVII. In Eccleſia ab eo Virgini Romae dicata conditus fuit, hac adpoſita Inſcriptione.

VICTORIO ROSCIO IANI NICII ERYTHRAEI
NOMINE APVD EXTEROS NOTISSIMO
HVIVS DOMVS ET ECCLESIAE
MVNIFICENTISSIMO FVNDATORI.

(2) Vid *Donii* Ep. ad *Heinſium* num. CXII pag. 175: & *Heinſii* ad eumdem num. CXVIII. pag. 184.

(3) Quantum *Donius* in muſica facultate praeſtaret, quantique apud doctos viros haberetur, eo magis ex luculentiſſimo teſtimonio eruitur, quod adfert *Apoſtolus Zenus* in adnotationibus ad Bibliothecam Italicorum ſcriptorum *Iuſti Fontaninii* Venetiis per *I. B. Paſqualium* MDCCLIII T. II pag. 417. „ Nelle note, che io tengo inedite di *Pier della Valle*, il Viaggiatore, al Diſcorſo di un certo *Giorgio Mazzaferro* ſopra la muſica antica e moderna, leggo un pieno elogio al merito di queſto *Doni*, dalle cui opere in tal materia, *parte ſtampate, e parte da ſtamparſi* in breve doveaſi attendere, che a queſta facoltà ſi deſſe l'ultimo compimento, per aver lui *Congiunta a gran bontà, e integrità di coſtumi profondiſſima erudizione, con eſatta notizia della lingua Greca, e delle Mattematiche, e della Teorica muſicale, e della Poeſia, e della iſtoria, e di ogni altra facoltà, che a ciò poſſa giovare; con l'aiuto, e comodità, che ha avuto di potere avere, e vedere molti de' libri reconditi, e non pubblicati alle ſtampe, maſſimamente di autori antichi Greci, e nella Vaticana, e in molte altre Librerie famoſe; ſeguitando il ſuo panegiriſta a dire, che l'importantiſſima reſtaurazione della muſica oggi giorno da altri, che da un ſuo pari, in cui tante abilità concorrono, difficilmente ſi ſarebbe potuta ſperare*.

(4) Prodierunt cum hoc titulo. „ *Io. Bapt. Donii* Patricii Florentini de Praeſtantia Muſicae veteris Libri tres, totidem dialogis comprehenſi, in quibus vetus, ac recens muſica, cum ſingulis earum partibus, accurate inter ſe conferuntur, adiecto ad finem onomaſtico ſelectorum vocabulorum, ad hanc facultatem cum elegantia, & proprietate tractandam, pertinentium. Ad Eminentiſſ. Card. *Mazarinum* Florentiae Typis Amatoris Maſſae M. DC. XLVII. 4. „ In Ep. ad *Octavium Ferrarium* n. CLXII pag. 231. ita de huius libri typographo conqueritur. *Con queſta poi riceverà VS. finalmente il mio libro* de Praeſtantia Muſicae veteris, *nel quale ſono ſtato maliſſimo ſervito dallo ſtampatore, ſi ne' caratteri in gran parte conſumati, ed in tante ſcorrezioni, che vi ſono; e ſoprattutto in così grande indugio, e mille mancamenti di parole, che mi anno recato tanta noia, che ho fatto propoſito di non dar più in luce qui coſa alcuna*.

(5) Vid Ep. ad Card. *Mazarinum* num. CXI. pag. 174. Flor. Non Ianuar MDCXLVI.

(6) Vid. Ep. num CXXXVII. pag. 209.

(7) num. CXXXI. pag 203.

(8) num CXLIV pag. 216.

(9) num CXXXII. pag. 205.

(10) num. CXXIX. pag 201.

(11) num. CXXXV pag. 207.

(12) CXXXIX. pag. 211.

(13) CXLII. pag 214.

(14) CXLIII. ibid.

(15) CXLVI. pag. 218.

(16) CXLVIII. pag. 220

(17) CXLVII pag. 219.

(18) CXXXVI. pag. 208.

(19) CLVI. pag. 227.

(20) CLVIII. pag 229.

(21) Vid. Epp. editas a nobis ſub hoc anno.

XL. Kal. Iuliis cum *Scioppio* veterem obſervantiam, ac benevolentiam renovare ſtuduit, & cum eo quoque novitiae huius ſcriptionis ſuae copiam fecit. Iamque ei adlatus fuerat *Scioppii* libellus Animadverſionum in *Voſſii* librum de vitiis ſermonis, illi eo magis gratior, quo maius eſt, ac publicae rei utilius, magnorum virorum errata ſublegere, quam mediocrium, atque vulgarium; ac ſicut maculas in ſole detegere, qui reliqua omnia ſua luce colluſtrat, arduum, ac plane Lynceum opus exiſtimatur, ſic in *Voſſii* ſcriptis, quae tantum lucis Latinis literis attulerunt, aliquot quaſi maculas, ac nubeculas, nonniſi acerrimum *Scioppii* ingenium deprehendere poſſe autumavit. *Scioppius* vero, quae nuper de cantu, muſiciſque inſtrumentis, de quibus in Divinis Literis ſermo incidit, expoſuerat, quaeque *Rinuccinio* Florentino Archipresbytero communicaverat, *Donii* cenſurae ſubiicere, homo ceteroquin nimis adpetens gloriae, non detrectavit; ſuaeque virtuti perenne monumentum in opere ſuo ſtatuiſſe adfirmavit, in quo omnia, quae inde ab A. MDXCVIII. in aulis Pontificum, Imperatorum, Regum, ac Principum, cumque rerum publicarum adminiſtris egit negocia enarrantur, cui *Philothecae Scioppianae* nomen indidit (1).

XLI. Sub autumni exitum *Donius* iamdiu curis, vigiliiſque confectus, adverſa valetudine conflictari cepit. Quumque vero in alias incidiſſet aegritudines, a quibus convaluerat, ab ea tamen non ſe facile immunem evaſurum, de ſemet ipſo ominatus eſt. Et ſane lenta, ſed rabifica febri correptus, eaque in dies ingraveſcente, nec ulla ſe medici ope ſublevari animadvertens, novit ſibi mortem inſtare; totuſque ad Deum, ſicut Chriſtianum decet, converſus, ſumma cum religione, omnia, quae divinitus ad expiandos animos, placandumque Deum inſtituta ſunt, ſervavit; & elapſis vix quinque diebus, inter domeſticorum gemitus, animam Deo reddidit Kal. Dec. A. MDCXLVII. aet. LIII.

XLII. Eius interitus tum privatis, tum publicis lacrymis defletus fuit (2), uno amiſſo cive, quem anteactae vitae curſus, & omnigenae Literaturae ſupellex, ubique locorum, & gentium ſatis commendaverant. Exequiae illi, more maiorum, celebratae ſunt, eiuſque corpus in patrio ſepulcro ad pervetuſtam Abbatiae Florentinae Monachorum Caſſinenſium Eccleſiam conditum eſt. Forma corporis, habituque *Donius* fuit, nec indecora, nec inliberali; facie quippe aduſta, lata fronte, oculo vivaci, vultu tamen maieſtatem praeſeferente. *Nicolaus Heinſius*, qui cum *Donio* ſuperiori anno familiariter egerat, inſequenti elogio piis eius manibus parentavit (3).

IO.

(1) Vid. Ep. num CXXXIV. pag. 206.

(2) Plura huius rei documenta occurrunt in ſylloge *Burmanniana*. T. III. pag. 574 *Iſaaci Voſſii* ad *Nic. Heinſium* Ep. legitur, in hunc ferme modum „ Maiori cum affectu, quam voluptate legi literas tuas, *Heinſi* cariſſime. Non permiſerunt tot, ac tanta funera, integro me, uti ſolebam, frui gaudio. Movit me obitus *Servii*, *Nicii Erythraei*, aliorumque, quorum vidi ſcripta nonnulla; quoniam tamen neque literis, neque aliter, familiaritatem cum iis colui, ideo facilior mihi viſa eſt iactura eorum, quam *Donii* noſtri, cuius funus ceterorum omnium inſtar fuit. Nullum inter Italos novi, in quo tantus candor, & doctrina concurrerent; nemo etiam erga me fuit humanior. Non ſolum benevole, & peramanter me in aedibus ſuis ſemper excepit, ſed & ipſe quoque ſaepius me inviſit, & in villam amoeniſſimam abduxit, & aliquandiu detinuit. Non poſſum itaque non ex animo dolere fatum viri optimi & eruditiſſimi ec. Amſt. XXVIII. Ian. 1648. T. V pag. 583. *Car. Ant. Fabrottus Nic. Heinſio*. Mediolanum. Ceterum agnoſco errorem in nomine *Donii τοῦ μακαρίτου*: hunc ut emendes etiam atque etiam rogo, hoc eſt, ut meo nomine *Paganino Gaudentio* ſalutem dicas, cuius *ἐν τοῖς ζῶσιν ὄντος* amicitiam non minus expeto, quam olim *Donii*, qui e rebus abiit. Pariſ. MDCXLVIII. 8. Maii. Pag. 586. *Iſm. Bulliardus Nic. Heinſio*. At vero qui te in hacce expeditione tua ex omni parte beatum praedicem? quum tot tantorumque virorum, qui Italiae praecipua ornamenta erant, ac elegantiora, efferri funera videris. & tantum non proſequutus. Alte in animum iſta adverſantis omnibus literatis fortunae tela penetrarunt: omnium deſiderio crucior: verum qui mihi noti erant *Bonaventura Cavalerius*, *Io. B. Donius*, *Evangeliſta Toricellius*, & *Vinc. Renerius*, eos tam acerbo, ac immaturo fato e vivis exemtos, ac nobis praereptos eſſe, gravius, ac iniquius fero, deos rectos, ac magis propitios experiri ceteros ſuperſtites cupio. Pariſ. Non. Mart. MDCXLVIII.

(3) Inter poemata *Nic. Heinſii* Lugd. Batav. Ex officina *Elſeviriorum* MDCLIII. pag. 115.

IO. BAPT. DONIO
PATRICIO. FLORENTINO
VIRO. INTER. DOCTOS. OPTIMO
INTER. BONOS. DOCTISSIMO
MVSICAE. VETERIS. ET. ANTIQVITATIS OMNIS
MAGNO. INSTAVRATORI
IMMATVRA. MORTE SVBLATO.

SCIENTIARVM PECTVS OMNIVM SEDES,
VINDEX VETVSTI TEMPORIS, SVI LVMEN,
PEITHO PELASGA, SVADA ROMVLEAE GENTIS,
ETRVSCA SIREN, NECTAR AVREAE VOCIS,
SAL GRATIARVM, MENS LEPORIS ANTIQVI,
CORTINA PHOEBI, MVSICI CHORI PLECTRVM,
MINERVAE AMORES, IPSE CANDOR, ET VIRTVS.
HAEC, PLVRAQVE HIS, HOC CLAVSA NVNC TACENT SAXO.
DIXI, VIATOR, MVLTA, NIL TAMEN DIXI.

XLIII. Multas praeterea ad amicos omnes de tam lugubri amici ſui caſu literas *Heinſius* dedit, inter quas proferenda eſt quae ſequitur [1].

„ *Nic. Heinſius I. F. Gronovio*. Daventrium. Curae leves loquuntur, ingentes ſtupent. Heu funeſtum literatis in Italia viris hunc autumnum! Vt omittam *Io. Victorium Roſſium*, qui ſe *Ianum Nicium Erythraeum* appellabat, Romae e vivis ſublatum, Florentiae *Evangeliſtam Torricellium*, *Galilaei* diſcipulum, & magno Duci unice carum, Piſis *Vincentium Rinierium*, *Cavalerium* Bononiae, & hos quidem tres poſtremos, Mathematicos praeſtantiſſimos, & ſcriptis ſatis claros. Vt, inquam, hos omittam, tibi fortaſſe vix notos; *Petrum Servium*, optimum, amiciſſimumque mihi hominem, & in flore aetatis raptum, vix defleram, quum ecce vulnus novum, & ceteris longe atrocius, de *Donio* noſtro funeſtum nuncium. Fuit nobis vir ille ſummus, fuit, amiciſſime *Gronovi*, pridie Kal. huius menſis vita defunctus. At ego calamitatis huius ignarus, ipſo illo die, & eadem ferme, qua exceſſit, hora, literas ad illum exarabam, affectus erga ipſum tui indices. Nil profecto reſtat miſerae Italiae, praeter ſordes, tanto viro ſublato, ſi unum alterumque ex eruditioribus excipiamus. Primas tamen *Donius* noſter tenebat. De morbo eius nihil intellexeram, niſi quod nobiliſſimus *Cavalcantius*, literis ſuis, mentionem de febricula, qua laboraret, inſeruiſſet, quae literae, diebus quinque, aut ſex ante mortem amici noſtri exaratae, & fatali die mihi redditae ſunt. Proximo ſeptiduo a *Valerio Chimentellio*, ecce literas alias, quibus magno in periculo eum eſſe moneret: poſtero die tertias, a *Carolo Datio*, quae me prorſus perdiderunt, funeſtas plane, & magnae calamitatis nuncias. *Datium* illum, amiciſſimum mihi iuvenem, impenſe diligebat; cui & potiſſimam curam ſcriptorum ſuorum edendorum moriens mandavit. Curabo, ut apud nos ea prodeant, ſi inter Italos typographi non inveniantur. *Gaddius* etiam graviter aegrotavit: melius tamen nunc

1) In ſylloge *Burmanniana* T. III. pag. 293.

nunc habet. Ignoſce, quaeſo, ſi breviter nunc tecum ago: totus enim in dolore etiamnum verſor &c. Patavii CIↃIↃCXLVII. v. Eid. Decembris. „

XLIV. *Octavius Ferrarius* in Patavino Lyceo humaniorum literarum celebris profeſſor in XIII. ſuarum Proluſionum, cui titulus *Literatorum funus* [1], hiſce amici ſui obitum triſtitiae ſignificationibus proſequutus fuit „ Et quaſi uni tantum regioni fatorum vis incumberet, inductus eſt ex Vrbe Florentia *Io. Bapt. Donius* magnifico cum elogio: Virum doctiſſimum eſſe, eruditione, ſtudioque antiquitatis nemini ſecundum; unde arrepta occaſione laudator dotes eius brevi, ſed attenta oratione perſtrinxit: Hunc ab iuventa Romae incredibili labore, ac contentione in eruendis vetuſtae memoriae reliquiis verſatum, egregium opus ad eam illuſtrandam confeciſſe, quod nondum publicum factum eſſet, ſed edita Diſſertatione de Poenula, viri docti famam, omnium ſuffragio adeptum, auctumque decus pereruditо de Veteris Muſicae Praeſtantia Commentario. Et licet Patronus, iuvenem adhuc, nec ad ſummum evectum contenderet, non exactam eruditionem, multa praeterea in eius ſcriptis a viris doctis deſiderari, morti deſtinatur, magno Reipublicae literariae detrimento. Poſt haec ex diverſa terrarum parte, duo clariſsima literarum lumina evocantur, *Daniel Heinſius*, & *Gerard. Io. Voſſius* &c. „

XLV. Copioſe hactenus praeclara *Donii* merita in literariam Rempublicam, admirabilemque doctrinam expoſuimus. Quae quidem omnia uſque eo dum viveret late patebant, eique nomen, & exiſtimationem non tam ſummos apud Principes, quam apud doctiſsimos quoſque conciliaverant, ut ex hac Hiſtoria luculentiſsime adparet.

IN-

(1) Patavii MDCLXVIII. 4. pag. 116.

Digitized by Google

INDEX OPERVM

QVORVM PARTIM IO. BAPT. DONIVS EVVLGAVIT, PARTIM ABSOLVIT, PARTIM INCEPIT.

OPERA EDITA.

I *EPinicium* Ludovico *Francorum Regi ob receptam Rupellam repulſamque Anglorum claſſem. Romae ex typographio Rev. Camer. Apoſtolicae* MDCXXVIII. *in* 8. *adiecta ode Pindarica in idem argumentum ac praefatione, habita* XVI. *Kal. Ianuar. in Academia Humoriſtarum, ante recitationem dictae odae*. Incipit Praefatio „ *Quintus agitur annus, Patres ampliſſimi, auditores ornatiſſimi, quum ex hoc loco SS. D. noſtri divinam plane electionem, laudeſque eximias elegis decantans, comiter, benigneque, nec ſine aliqua eorum qui adſuerunt adprobatione auditus ſum* „ *Sequuntur in fine eiuſdem* Donii *ad* Vrbanum *VIII. ad Cardinalem* Richelium, *& ad* Ludovicum Donium *Epiſcopum Regienſem Epigrammata &c.*

II *Carmina quaedam ad diverſos. Romae apud impreſſores Camerales* MDCXXVIII. *in* 8. *&* MDCXXIX. *in* 4. *Haec memorat* Leo Allaccius *in* Apibus Vrbanis; *ea tamen nunquam vidi*.

III *Corona Myrthea in Nuptiis DD.* Thaddaei Barberini *&* Annae Columnae. *Romae apud eoſdem* MDCXXIX. *in* 8.

IV *Compendio del Trattato de' generi, e dei modi della muſica di* Gio. Batt. Doni, *con un diſcorſo ſopra la perfezione de' concenti, ed un ſaggio a due voci di mutazioni di genere, e di tuono in tre maniere d' intavolatura; ed un principio di madrigale del Principe ridotto nella medeſima intavolatura. All' Eminentiſſimo e Reverendiſſimo Sig. Card.* Barberino. *In Roma per* Andrea Fei MDCXXXV.

V *Annotazioni ſopra il compendio dei generi, e de' modi della muſica di* Gio. Batt. Doni, *dove ſi dichiarano i luoghi più oſcuri, e le maſſime più nove, ed importanti, ſi provano con ragioni, e teſtimonianze evidenti di autori claſſici. Con due trattati; l' uno ſopra i tuoni, e veri modi, l' altro ſopra i tuoni, e armonie degli antichi, e ſette diſcorſi ſopra le materie più principali della muſica, e concernenti alcuni ſtrumenti nuovi praticati dall' autore. In Roma nella ſtamperia di* Andrea Fei MDCXL.

Sequuntur deinde Diſſertationes Epiſtolicae.

Trattato dei tuoni, o modi veri, al Sig. Pietro della Valle.

Trattato II. de' tuoni, o armonie degli antichi, al Reverendo P. Leon Santi.

Diſcorſo dell' inutile oſſervanza dei tuoni, o modi odierni, al Sig. Galeazzo Sabbatini.

Diſcorſo ſopra le conſeguenze, al P. Marino Merſenne *Parigi*.

Diſcorſo ſopra la diviſione eguale attribuita ad Ariſtoſſeno, al Sig. Pietro de' Bardi *de' Conti di Vernio a Firenze*.

Diſcorſo ſopra il violone Panarmonico, al Sig. Pietro della Valle.

Diſcorſo ſopra il violino diarmonico, e la tiorba a tre manichi, ai Sigg. Domenico, *e* Virginio Mazzocchi.

Diſcorſo ſopra il recitare in ſcena con l' accompagnamento d' inſtrumenti muſicali, all' Illuſtriſſimo e Eccellentiſſimo Sig. Don Cammillo Colonna.

Diſcorſo della Ritmopeia dei verſi Latini, e della melodia de' cori tragici, al Sig. Gio. Iac. Buccardi.

VI *Deux*

VI *Deux Traites de muſique. I. Nouvelle introduction de muſique. Qui monſtre la reformation du ſyſteme, ou echelle muſicale, ſelon la methode ancienne, & meilleure: la facilitè d'apprendre toutes ſortes de chant par le retranchement de deux ſyllabes* ut *&* la: *une nouvelle maniere, & plus aiſée de Tablature Harmonique, & un nouveau reiglement des avantexercices de la muſique.*

VII *Abregè de la maniere des Tons. Qui monſtre en peu de mots tout ce que l'auteur à traité plus amplement en pluſieurs diſcours Italiens, touchant les Tons, ou Harmonies des anciens, par luy heureuſement renouvellees, & remiſes en uſage.*

VIII *Orazione funerale delle lodi di* Maria *Regina di Francia, e Navarra. Firenze per* Amador Maſſi, *e* Lorenzo Landi MDCXLIII. *in* 4.

IX *Diſſertatio de utraque Poenula. Pariſiis apud* Sebaſt. Cramoiſy MDCXLIV. *in* 8.

X *De Praeſtantia muſicae veteris libri tres, totidem dialogis comprehenſi, in quibus vetus, ac recens muſica cum ſingulis earum partibus accurate inter ſe conferuntur, adiecto ad finem onomaſtico ſelectorum vocabulorum ad hanc facultatem cum elegantia, & proprietate tractandam pertinentium, ad Eminentiſſ. Card.* Mazzarinum. *Flor. Typis* Amatoris Maſſae *Forolivienſis* MDCXLVII. *in* 4.

XI *De Reſtituenda Salubritate Agri Romani opus poſthumum,* Vrbano *VIII. Pont. Max. iampridem ab Auctore inſcriptum, nunc vero ab eius filiis dicatum Eminentiſſ. & Reverendiſſ. S. R. E. Cardd. & Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Praeneſtes Principi, Ereti &c.* Barberinis. *Flor. Ex Typograph. ſub ſigno Stellae* MDCLXVII. *in* 4.

XII *Inſcriptiones Antiquae nunc primum editae, notiſque illuſtratae, &* XXVI. *Indicibus auctae ab* Ant. Franc. Gorio *Publico Hiſtoriarum Profeſſore. Accedunt Deorum arae tabulis aereis inciſae cum obſervationibus. Florentiae A.* MDCCXXXI. *Ex regia Typographia Magni Ducis fol.*

XIII *Opera ad veterem muſicam pertinentia, quae primum Florentinis Typis brevi prodibunt. T. II. in fol.*

TOMVS PRIMVS CONTINET QVAE SEQVVNTVR.

XIV *Lyra Barberina Ἀμφίχορδος, a* Ioanne Baptiſta Donio *Patricio Florentino inventa, & Sanctiſſimo D. N.* Vrbano *VIII. Pont. Max. dicata.*

XV *De Praeſtantia Muſicae veteris libri tres iterum recuſi.*

XVI *Idea, ſive deſignatio aliquot operum, quae* Io. Baptiſta Donius *partim abſolvit, partim incepit. Nunc primum in lucem prodit ex autographo eiuſdem* Donii.

XVII *Progymnaſtica muſicae pars veterum reſtituta, & ad hodiernam praxin redacta, liber primus, in quo vetus Syſtema Muſicum, eiuſque Diagramma proponitur, atque illuſtratur: novaeque Semiographiae ſpecies afferuntur.*

XVIII *Progymnaſtica muſicae pars veterum reſtituta, & ad hodiernam praxin redacta, liber ſecundus, in quo Progymnaſticae Graecorum ſyllabae exhibentur, noſtraeque, earum exemplo, repurgantur, & Muſicarum Praeexercitationum accuratior methodus oſtenditur.*

XIX *Diſſertatio de muſica Sacra, recitata in Academia Baſiliana pridie Kal. Maias A.* CIↃ. IↃ. C. XL.

XX *Trattato I. ſopra il genere Enarmonico, a Monſig.* Lorenzo Corſi.

XXI *Trattato II. ſopra gli ſtrumenti di taſti, al Signor* Filippo *del* Nero.

XXII *Diſcorſo I. del Sintono di* Didimo, *e di* Tolomeo, *al P.* Atanaſio Kircher *a Roma.*

XXIII *Diſcorſo II. del diatonico equabile di* Tolomeo *al Signor* Pietro Eredia *a Roma*.
XXIV *Diſcorſo III. Quale ſpecie di Diatonico ſi uſaſſe dagli antichi al Signor* Franceſco Nigetti.
XXV *Diſcorſo IV. Della diſpoſizione, e facilità delle viole diarmoniche al Sig.* Malateſta Albani.
XXVI *Diſcorſo V. In quanti modi ſi poſſa praticare l'accordo perfetto nelle viole al Signor* Raffaello Magiotti.
XXVII *Trattato della muſica ſcenica*.

TOMVS ALTER CONTINET.

XXVIII *Lezione I. Se le azioni Drammatiche ſi rappreſentavano in muſica in tutto, o in parte*.
XXIX *Lezione II. recitata in Camera del Sig. Card.* Barberino *nel* MDCXXIV.
XXX *Lezione III. recitata nell' iſteſſo luogo, ed anno medeſimo*.
XXXI *Diſcorſo all' Eminentiſſimo Signor Cardinale* Barberino. *Del conſervare la Salmodia de' Greci, recandola nella noſtra intavolatura*.
XXXII *Lezione I. Del modo tenuto dagli antichi nel rappreſentare le Tragedie, e Commedie*.
XXXIII *Lezione II. ſopra la Rapſodia recitata nell' Accademia della Cruſca*.
XXXIV *Lezione III. ſopra il Mimo antico, recitata nell'Accademia della Cruſca*.
XXXV *Lezione IV. ſopra la muſica ſcenica recitata nell' Accademia della Cruſca*.
XXXVI *Lezione V. ſopra la muſica ſcenica recitata nell' Accademia della Cruſca*.
XXXVII *Diſcorſo della Ritmopeia de' verſi Latini, e della melodia de' cori tragichi al Sig.* Gio. Iacopo Buccardi.

OPERA INEDITA.

XXXVIII *Notitia Epiſcopatuum orbis Chriſtiani, in qua Eccleſiae Codicis Provincialis Romani, earumque ſitus, origo, vocabula, cum antiqua, tum nova atque inſiguiora quaeque deſcribuntur. Opus a* Io. Bapt. Lauro *olim inceptum, demum ab* Io. Bapt. Donio *abſolutum. Acceſſit Epiſcopatuum antiquatorum, aliorumque ex Codd. Graecorum brevior quaedam collectio eiuſdem* Donii *opera & ſtudio*.
XXXIX *Elenchus auctorum, & opuſculorum, quae in magna Bibliotheca veterum Patrum, & ſcriptorum Eccleſiaſticorum continentur, ordine temporum, per ſaecula, uti vixerunt, diſpoſita*.
XL *Hebraicorum aliquot Pſalmorum brevis, & accurata expoſitio*.
XLI *Panegyris in laudem* D. Gregorii *Magni*.
XLII *Pandectarum libri duo & viginti, qui totius operis ſpecimen exhibent, ideſt nonus, qui inſcribitur Hippiconauticus, in quo quaecumque ad rem equeſtrem, & nauticam ſpectant, ordinate, ſeparatiſque titulis recenſentur, &* XVII. *qui convivialis appellatur, in quo vocabula omnia ad rem eſcariam, conviviumque pertinentia eodem ordine digeſta continentur. Acceſſit totius operis brevis ſynopſis, ſive elenchus ſingulorum librorum, ac titulorum, nonnullaeque veterum numorum, & marmorum picturae numquam antea excuſae ad banc partem praecipue illuſtrandam. in fol.*
XLIII *Pandectarum ſive onomaſtici, in quo quaecumque ad ſingulas facultates pertinent, ſeparatim, & ſub certis caſibus digeruntur libri reliqui in fol. Extant in fine animadverſiones ad varios auctores, nonnullarum* vete-

veterum linguarum reliquiae, Aphricanae ſcilicet, Aegyptiacae, Epiroticae, Phoeniciae, Phrygiae, Armenicae, Numidicae, Paeonicae, Scythicae, Paphlagonicae, Punicae, Ponticae, aliarumque multarum.

XLIV *De recta trium linguarum pronunciatione, Hebraeae, Graecae, & Latinae, deque earum ſono, & accentu, de proſodia, de ſpatiis in pronunciatione, & de aſpirationibus.*

XLV *Epithetorum opus.*

XLVI *Phraſeologium poeticum.*

XLVII *Georgica* Io. Bapt. Donii *opuſcula tria; ſcilicet nova ſerendarum frugum methodus, nova conſerendae vineae methodus, de cultura per ignem.*

XLVIII *Annotazioni ſopra gli Annali, e Iſtorie di* Cornelio Tacito.

XLIX *Giunte al vocabolario della Cruſca.*

L *Notae ſcholicae in* Orarium, *&* Sveronium.

LI *Diſcorſo ſopra i fuochi de' ſepolcri.*

LII *Diſcorſo ſopra due medaglie Toſcane.*

LIII *Diſcorſo ſopra un medaglione Greco di oro.*

LIV *Diſcorſo militare.*

LV *Diſcorſo ſopra la fabbrica del Palazzo de' Sigg.* Barberini *di Roma.*

LVI *Lezioni nel rendere il conſolato all' Accademia Fiorentina.*

LVII *Ragionamento come ſi poſſa parlare, e ſcrivere da privati lodevolmente.*

LVIII *Diſtributio Bibliothecae univerſalis.*

LIX *Libri diverſarum eruditionum, & obſervationum.*

LX *Adverſaria iuris tum Civilis, cum Pontificii, in locos communes digeſta.*

LXI *Synopſis univerſae Philoſoph.* P. Torquati *de* Cupiis *communes in locos digeſta.*

LXII *Latinae linguae varii loquendi modi.*

LXIII *Epiſtolae pro Em* Barberinio *ſcriptae.*

LXIV Gordianus *Tragoedia, aliaque complura diverſi metri carmina.*

LXV *De ſcabellis veterum diatribe, de qua meminit* Valer. Chimentellus *in lib. de honore* Biſellii *cap.* XXIX.

LXVI *Alliances & Genealogies des Sereniſſimes tres puiſſans, & tres haut Ducs de Lorraine de* Clodovir *Roy de France orientelle commenceant l'an.* CCCXIX. *juſques a* Charles *preſentement regnant in fol.*

Animadvertendum tamen eſt hoc opus a *Franciſco Donio* Italice conſcriptum, a *Io. Bapt.* filio in Gallicam linguam fuiſſe exinde translatum.

Opera Incepta.

LXVII Ariſtidis Quinctiliani, *&* Ariſtoxeni *Fragmenta de Rhythmica, aliorumque ſimilium cum notis.*

LXVIII Porphyrii *opuſculum περὶ προσῳδίας ex Vatican. Bibliotheca deſcriptum.*

LXIX Ἀποσπασμάτιον *Grammaticae* Herodiani *ab* Arcadio *in Epitomen redactae ex Codd. Biblioth. Pariſiens.*

LXX Hephaeſtionis *Alexandrini Enchiridion.*

LXXI *Florentinorum ſcriptorum catalogus.*

LXXII *Opus de Bibliothecis in duos libros diviſum, in quorum primo de Bibliothecis, in ſecundo de libris agitur.*

LXXIII *De navibus longis antiquorum.*

LXXIV *De populorum migrationibus ac linguis.*

LXXV *Cadmus, ſeu de antiquis Graecorum literis.*

LXXVI *De literis, & lingua Etruſcorum.*

LXXVII *Geographia Etruriae ad exemplar* Strabonis, Leandrique Alberti *in methodum digeſta.*

Digitized by Google

LXXVIII *De reſtituendo linguae Latinae uſu.*
LXXIX *De reliquiis Chriſtianorum apud Maumethanos, & de reliquiis Ethnicorum apud Chriſtianos, & Maumethanos.*
LXXX *Rerum variarum aut admirandarum & ſimilium.*
LXXXI *De Dithyrambo.*
LXXXII *De Parodia.*
LXXXIII *De choris antiquis.*
LXXXIV *De Dramatum antiquis, noviſque ſpeciebus.*
LXXXV *De ratione agendorum Dramatum apud antiquos.*
LXXXVI *De ratione modulandorum carminum Latinorum Lib. IV.*
LXXXVII *De re metrica libri duo: in quorum priore poematum variae ſpecies, ob diverſam Carminum diſpoſitionem ex* Hephaeſtione, *& aliis dilucide oſtenduntur: in altero carminum ipſorum Rhythmica ratio ſummatim traditur: ac nonnullae eorum ſpecies a nobis excogitatae a Rhythmicae potius, quam Grammaticae fontibus exhibentur.*
LXXXVIII *De Rhythmopoeia.*
LXXXIX *De Rhythmographia.*
XC *De generibus, & ſpeciebus muſicae libb. II. quorum prior colores, ſive ſpecies ab antiquis repertas exponit; poſterior noſtras quaſdam primo exhibet: deinde varias potiorum mixturas, quae uſurpari poſſent, proponit.*
XCI *Pandectarum lib.* XI. *qui muſicus inſcribitur, & vocabula, ſive nomenclaturas rei muſicae Graecas, ac Latinas, partim antiquas, partim a nobis repertas, itemque Italicas, Graeco-barbaras, Gallicas, atque Hiſpanicas, quotquot extant,* XXIV. *capp. continet.*
XCII *De praeſtantia ſtudiorum muſicorum.*
XCIII *De ſcriptoribus muſicae.*
XCIV *De muſicis intervallis.*
XCV *De perfecta Harmonia.*
XCVI *De cauſis & qualitatibus conſonantiarum.*
XCVII *De muſicae divinitate.*
XCVIII *De vi Harmonica coniugali.*
XCIX *De efficacia muſicae.*
C *Antiquae, Hodiernaeque muſicae* ἐναντιώσεις.
CI *De phonaſcia veterum.*
CII *De rhythmica facultate.*
CIII *De variis ſemiographiae ſpeciebus.*
CIV *De melodiis heroicis.*
CV *De variis cantuum condimentis.*
CVI *De ineptis, & affectatis melopoeiorum imitationibus.*
CVII *De ſcabillis.*
CVIII *De Heliomagadi.*
CIX *De muſica Sacra, vel Eccleſiaſtica Diſſertatio ſecunda.*
CX *Quaeſtiones muſicae; ideſt an muſica animos emolliat; quinam perfectus muſicus dici debeat; unde gravitas, & acumen vocum, ac ſonituum oriatur: utrum in muſicis deferendum ſit populi iudicio, utrum praeſtantior ſit melodia hilaris, an moeſta.*
CXI *De Tibiis, earumque ſpeciebus lib. I.*
CXII *De muſicis inſtrumentis libb. II. quorum prior inſtrumenta veterum recenſet, atque illuſtrat, poſterior recentiorum, praeſertim rariora quaedam, compluraque a nobis reperta.*

CXIII *De*

CXIII *De ſymphoniurgia commentarius privato uſui, non editioni deſtinatus.*

CXIV *Adverſaria confuſanea maxime grammatica & philologica, quorum indicem heic adponendum duximus.*

CXV *Phraſeologium varium, Formulae Epiſtolares, acute dicta, phraſes, clauſulae, & tranſitiones idoneae, acute dicta, phraſes Tragicae, & grandiores, proverbialia, ac ſententiae electiores, proverbia vernacula.*

CXVI *Formularum veterum collectanea.*

CXVII *Grammatica, & philologica, etymologica, differentiae vocabulorum, vocabula, & nomina artium, & formulae vulgares Latine exprimendae, obſervationes circa pronunciationem linguae Graecae, & Latinae; ſynonyma plantarum, pro ſatyris Menippeis, pro ſatyra ſcurrae thyrſigeri, de librorum inſcriptionibus.*

CXVIII *Cenſurae ſcriptorum, poetica, & metrica, de epithetis,*

CXIX *Phyſiologica, methaphyſica, polyhiſtorica, de principum liberis erudiendis.*

CXX *Theologica, & aſcetica, moralia.*

CXXI *Geoponica, medica.*

CXXII *Antiquitates, habitus variarum nationum, antiquitates urbis Romae, de operibus priſcis.*

CXXIII *Miſcellanea mathematica, ethica, politica, & militaria, oeconomica, de uſu lecticarum reſtituendo, pro diſſertationibus architectonicis, de luſibus, polytechnica.*

CXXIV *Muſica, miſcella quaedam, verſiones paucae,* μηχανήματα.

CXXV *Excerpta varia.*

CXXVI *Excerpta ſecretioris Philoſophiae, & Aſtronomiae.*

CXXVII *Anecdota,*

CXXVIII *Epiſtolae Italicae.*

CXXIX *Epiſtolae Latinae.*

CXXX *Praeterea quum* Donius *in Collegio Nobilium Bononiae A. MDCVIII. literis operam daret, Diſtichon exaravit in laudem* Chriſtophori Palmerii *eiuſdem Collegii Rectoris, qui Panegyricum carmen in nuptiis* Coſmi Medicei, & Mariae Magdalenae *Auſtriacae Bononiae per* Io. Bapt. Bellagium *MDCVIII. evulgavit.*

CXXXI *Tetraſtichon in laudem D.* Stephani *Papae & Martyris inter alia carmina ab* Io. Viſcontio *Piſtorienſe in idem argumentum edita Piſis apud* Io. Fontanum *MDCXIX.*

CXXXII *Epigramma ad* Iac. Buccardum *Pariſienſem: occurrit ante eius orationem in funere* Peireskii *in libro, cui titulus „ Monumentum Romanum* Claudio Fabricio Peireskio *Senatori Aquenſi, doctrinae, virtutiſque cauſa factum Romae Typis Vaticanis MDCXXXVIII.* 4.

CXXXIII *Epigramma in laudem operis* Iac. Nardii *de Rore. Florentiae per* Amatorem Maſſam *MDCXLII.*

Inter Tuſcanica Poemata Academiae Apathiſtarum, auctore Benedicto Floretto, *quae extant Tom. III. Progymnaſmatum Flor. per* Cecconcellum *MDCXXVIII. pag.* 13. *legitur.* Vertunno *in lode di Pomona.* Ovidio *Metam. Lib. XIV. al Signor* Gio. Batt. Doni *Sonetto.* Euſtazio *ad* Armida Taſso *Geruſ. Cant. IV. al medeſimo.*

Auguſtinus Cultellinius *Tuſcanica Epigrammata* Alexandro, Franciſco, & Angelo Doniis Io. Bapt. *filiis inſcribit, quae videnda ſunt in libello inſcripto. Rime varie di* Agoſtino Coltellini. *Firenze per il* Vangeliſti *MDCLXXIII.* 12.

Digitized by Google

IO. BAPTISTAE DONII

PATRICII FLORENTINI

COMMERCIVM LITTERARIVM


NVNC PRIMVM

COLLECTVM DIGESTVM EDITVMQVE

STVDIO ET LABORE

ANT. FRANCISCI GORII

PRAEP. BASIL. BAPT. FLORENT. PVB. HISTORIAR. PROFESSORIS



FLORENTIAE IN TYPOGRAPHIO CAESAREO
ANNO. CIƆ. IƆ. CC. LIV.
PRAESIDVM REGIO PERMISSV EXCVSVM

Digitized by Google



INCLVTO . MAGNANIMO . DOCTO
VIRO . DOMINO

FRANCISCO CARACCIOLO

EX BARISCIANI MARCHIONIBVS
ET PRINCIPIBVS
M A R A N I
&c. &c. &c.
A M I C O O P T V M O

A N T. F R A N C I S C V S G O R I V S
QVOD FAVSTVM. FEL. FORT. Q. S. D. D.



MNES in hoc maxime conſentiunt, quemadmodum hoſpitalitatis iura, ita etiam ſanctas ac venerandas eſſe verae amicitiae leges: quae hominum animos, abſentium quoque, qui virtutem colunt, arctiſſimis inter ſe benevolentiae & neceſſitudinis vinculis iungunt; mira voluptatis ſuavitate implent, ac perfundunt; &

§ 2 *iucun-*

Digitized by Google

iucundiſſima felicitate, laetitia, beatitudine, teſte divino Oraculo, perpetuo fruentes conſtituunt.

Multo etiam magis magiſque aeternae amicitiae ſacrantur animi, mirumque in modum mutuo inter ſe officiorum nexu copulantur, ſi praeter laudabilem morum honeſtatem, ſinceritatem, candorem, innocentiam, integritatem, fidem, adcedat munerum & ſtudiorum aequalis ſimilitudo; aequa rerum cognitu digniſſimarum flagrantiſſima cupiditas; liberale & ſine invidia ad virtutes augendas inſtitutum commercium; cogitationum optimarum & conſiliorum ſine fuco fidelis communicatio; lucubrationum minime deſidioſa conformitas; eadem in ſtudiorum aerumnis tolerandis ſuperandiſque in ſumma temporum infelicitate conſtantia; idem denique de omnibus, praeſertim de litteris optimiſque artibus, benemerendi conſtans genius, ad omnia quae laude atque immortalitate digna ſunt, ſemper & ubique paratiſſimus. Haec omnia, quum in Te cumulatiſſime ſint, Marchio Generosissime, *haud mirum, ſi Te in tanto honoris, gloriae ac ſplendoris nobiliſſimae Stirpis tuae culmine a Deo Optimo Maximo conlocatum, egregiis animi dotibus praeditum, omnigena eruditione cum ſacrâ tum profanâ excultum; & quod caput eſt, magnorum Virorum amicitiis clarum, maximopere colam, diligam: Tibique, quem non ſolum Patronum, ac Propugnatorem, ſed etiam Amicum meum obtinui, ut modis omnibus Tibi placere poſſim, ſimillimum eſſe percupiam. Siquidem, qui tuâ, ubi ad me primum*

ſcri-

Digitized by Google

ſcripſiſti, clientela, & favore magnopere gloriabar; mox tuae ſuaviſſimae amicitiae munere, frequenter datis litteris, compotem feciſti: auſpice & favente mihi officiis omnibus humaniſſimis, utriuſque noſtrûm amico incomparabili, viro cum doctrina, tum pietate ac nobilitate praeclariſſimo, FRANCISCO VICTORIO, *Incluti Ordinis S. Stephani PP. & MM. Equite Commendatario: qui benevolentiae nexus ſtatimac inter nos coaluit, ſemper, ut probe noſti, cogitavi, quo nam modo poſſem aliquo publico monumento id palam facere, atque omnibus teſtari. Nuper, quum tua ſtudia, & lucubrationes laudarem inluſtribus Sociis Columbariis Florentinis, ipſi Te, honoris causâ, in litteraria ſua Diptycha ſcripſerunt; miſſiſque ad Te litteris, quanti virtutes tuas facerent, luculentiſſime declararunt.*

En igitur, dum huius vitae, Deo dante, aura ac luce fruor, futuri temporis incertus, hoc ipſo meorum laborum tenui licet monumento, quod in promtu nunc eſt, teſtatum volo quantum Te colam ac diligam: quanquam haud ſim neſcius, multo maiora a me poſtulare virtutem tuam ſpectatiſſimam, pietatem, prudentiam, ſcientiam atque eruditionem egregiam ac ſingularem. In promtu, ut aiebam, nunc mihi eſt, ex ergaſtulo ſuo tandem dimittendum, DONIANVM LITTERARIVM COMMERCIVM: *in quo, quum amicitia inter ſe tot celeberrimorum Hominum longe lateque ſplendeat, ac triumphet, harum Epiſtolarum lectione nil plane iucundius eſt, nil ſuavius, utilius*

nihil

Digitized by Google

nihil legi poteſt: adde quod, variorum, qui Muſarum ſacra coluere, intimos animi ſenſus aperit patefacitque clariſſime; & prudentum conſilia, reſque cum laude & dignitate gerendae publico bono, ad perenne cum patriae, tum Principum decus, ex hiſce puris fontibus diſcuntur: quibus etiam ad Virtutem ſudore parandam, ut Tu ipſe omni laude maior facis, Francisce Marchio Nobilissime, *manu ducimur, firmamur, ac locupletiſsimis exemplis adcendimur, atque inſtruimur. Habes in hoc volumine per* XXX. *&* VIII. *annos* Litterariam Historiam, Donii *potiſsimum, & plurimorum toto orbe famigeratorum Virorum geſta, labores, ſtudia, itinera, vigilias, lucubrationes, operum edendorum adparatus, viciſsitudines; regiarum Aularum & Principum conſilia, fortunae modo blandientis, modo adverſantis inconſtantiam, litterarum incrementa & patrocinia; quae etiam quid agendum, quidve vitandum ſit, perſpicue oſtendunt, ac docent. Miraberis, integro ſaeculo & ultra, haſce eruditionis opes in Donianis domeſticis forulis delituiſſe. Eas ipſe ſervavi omnes; ſervati civis, quam poſco, more maiorum, civicam coronam, multo labore a me vindicatam, eam Genio magnifico tuae Amicitiae animo lubens ſuſpendo, offero, dico ac dedico. Fructus omnes cum honore & honeſtate coniunctos, quos ex his monumentis ab oblivione vindicatis, ego ipſe collegi; aliique vel collegerunt, vel colligent, Tibi,* Praestantissime Marchio, *Amicorum Cultori Ornatiſſi-*

Digitized by Google

natiſsimo, ſumma cum voluptate offero, tanquam perenne obſervantiae atque amoris erga te mei monimentum. Quemadmodum enim Inſcriptionum antiquarum DONIANUM THESAURUM *nobilitavi, quum in lucem proferrem, auctum meis perpetuis Notis & Obſervationibus, & XXV. Indicibus locupletiſsimis, clariſsimo nomine incomparabilis utriuſque noſtrûm Amici* FRANCISCI EQ. VICTORII; *eique in ipſo inluſtriore limine complura eruditae Vetuſtatis Monumenta, nunquam antea edita, Tabulis XII. affabre inſculpta, meoque Commentario accurate inluſtrata, dicatiſſimus obtuli: ita Tibi* AMICO OPTUMO *ac* SUAVISSIMO, *qui huiuſce eruditae ſupellectilis aequiſſimus aeſtimator, & cognitor es perſpicaciſsimus, lego conſecroque* DONIANAM EPISTOLARUM SYLLOGEN: *quam, quum tuo praeclariſsimo nomine perpetuo inſcriptam eſſe voluerim; putavi & mihi, & huic Collectioni ingens addi decus, pretium, ac lumen immortale ac ſempiternum. Hinc, ut opinor, acrioribus ſtimulis excitaberis, ut lectiſsimam Bibliothecam tuam optimis libris refertam, tuis quoque, utinam cito in lucem proferendis, lucubrationibus! quamprimum ubi tuae valetudinis vires patientur, augeas: Muſeum quoque tuum ita in dies locupletabis, quod plurimis antiquis monumentis, & ſcriptis Marmoribus, quae in tuis avitis ditionibus eruta ſunt, vel e ruderibus Aprutiorum Provinciae effodienda magnis ſumtibus curaſti, iugiter in dies amplificabis ornabiſque; ut tandem tuis curis expli-*

cata per manus litteratorum hominum cant, ac ferantur. Tuorum erga me beneficiorum memoria, librorum optimorum frequenter ad me miſſorum munera, nulla unquam temporum vi, & iniuriâ atque oblivione ex animo meo delebuntur. Illud mihi, quod maxime in votis eſt, ſupereſt, poſtquam e diuturna aegritudine nuper divino beneficio convaluiſti, ut Deum bonorum omnium largitorem enixis precibus orem, ut Te ſemper feliciter ac diutiſſime ſoſpitem & incolumem ſervet, & bonis omnibus adfluentem faciat, ac beet, ut me diligas quantum Te & colo, ac diligo.

VOVEBAM IN PERVIGILIO NATALIS DOMINI ANNO R. S. CIƆ. IƆ. CC. LIIII.

PRAE-



Ex Sarcoph. in Hortis Nobb. de Carpineis, Via Aurelia

P R A E F A T I O

AD LECTOREM BENEVOLVM

DLucet & in hoc divinae Providentiae conſilium, ut Libri omnes, qui publica donantur luce, vel in cunabulis ipſis, vel poſt aerumnas, labores, ac vigilias, quibus eorum Auctores vexati ſunt, habeant quamdam vel felicem ac propitiam, vel infelicem & adverſam ſortem ſuam. Doniana Opera, ad Muſicen cum veterem, tum recentiorem inluſtrandam reſtituendamque, in Florentino Caeſareo Typographio excudi coepta anno CIↃ. IↃ. CCXLIII. paullo poſt in lucem prodire debebant: ſed MEVRSIANVM inſigne Opus, quum adſidue ferventibus prelis urgeretur, ea per complures annos tardata ſunt. Editis Meurſianis voluminibus, ſtatim ea de re ſerio cogitatum eſt, ut Donianae lucubrationes perficerentur, atque in lucem quamprimum mitterentur.

Primum, aliquot omiſſis, dicendum de hac Epiſtolarum Sylloge, quae quidem iam integro ante hoc tempus ſaeculo ſcriptae ſunt; verum propter multa ſcitu digna, quae nobis adhuc incomperta fuere, magno erunt bonis litteris adiumento. Donianam omnem litterariam ſupellectilem ego ſervavi, omniaque

ſcripta; inter quae & multa erant, quae ad familiaria Doniorum negocia pertinebant, in magna quadam domeſtica arca congeſſi, non ſine labore, & induſtria: monuique heredes, ut eius curam haberent; caverentque, ne cum editis magna copia libris, & manu conſcriptis Codicibus antiquis, qui poſtea venditi ſunt, publicis auctionibus exponeretur. Igitur ipſi arcam illam ſcriptis plenam diligenter ſervarunt; quod conſilium mihi, & publicae utilitati valde profuit. Nam primum, iiſdem Doniis humaniſſime permittentibus, accepi Schedas omnes, quibus ipſe Donius antiquarum Inſcriptionum Theſaurum maximis laboribus a ſe congeſtum, aeternirati quidem, ut ipſe animo conceperat, ſed blatteis, ac perpetuis tenebris, commendarat; de quo frequens ſermo in his Epiſtolis. Hunc, ſolutis vinculis, erui e tenebricoſo carcere, vitaque donatum protuli in lucem ex hoc Typographio, anno CIↃ IↃ. CC XXXI. Tranſactis aliquot annis, quum ex eo tempore totus in Muſeum Florentinum incumberem, roganti mihi, permiſſum eſt, ut Doniana Opera ad Muſicam ſpectantia acciperem, acceptaque feliciter pervulgarem. Mox reconditas in ea arca Donianas Epiſtolas collegi: verum inſtante Doniorum ruſticatione, reliquas Schedas perluſtrare ac ſecernere, itemque vel opportunas vel neceſſarias accipere, minime potui. Spoponderam me paratum eſſe, ut ea omnia ſcripta brevi temporis ſpatio meis curis in ordinem digererentur; ſed haec ſors non mihi, ſed aliis contigit, qui de Donio & ipſi in hac temporum varietate optime meriti eſſe voluerunt, ut huic aetati inclareſcerent.

Quod adtinet ad Donianam hanc Epiſtolarum Collectionem, comperi, Donium de ea haud valde ſollicitum cuſtodem fuiſſe; nam reſponſiones ſuas ex tempore currenti calamo exaraſſe compertum mihi eſt: nonnullas, quae ei cordi magis erant, praepropera manu ſcripſit, multiſque plerumque litterarum notis, & compendiis fere omnes exaravit. Maiorem earumdem Epiſtolarum numerum mire confuſum, permixtumque cum aliis Schedis inveni; nec eas in faſciculos ſepoſitas ac digeſtas, ſed palantes ac diſper-

perſas; quapropter nil mirum, ſi nonnullae deliteſcentes oculos meos ſugerunt. Poterat Donius maiori cura & diligentia ſervare Tranſmarinorum hominum Epiſtolas; ſed in rebus ad ſe pertinentibus valde incurioſus fuit: in quo ei parcendum eſt, quum nil de his edendis cogitaret; non laudibus amicorum, ſed ſua de iiſdem benemerendi voluntate ac ſtudio, valde contentus: a qua gloriola abhorrebat eius animus, ad ea paranda praeſtandaque ſemper accenſus excitatuſque, quae, propria Minerva parta, litterario Orbi prodeſſe poſſent.

Latinus Donii ſermo non ubique caſtigatus; ſed, ut properanti calamo dictabat animus, multa eloquii ubertate & aſfluentia ad cordis intimos ſenſus dictandos expreſſus. Ea enim aetas, & cotidianus in Romana Aula uſus ita ferebat. Quae ex primis Donii Epiſtolarum ſchematiſmis ego exſcripſi, facile eſt, ipſum poſtea dum poſtremo autographo litteras ſuas amicis mittendas commendaret, vel accuratius limaſſe, ac perpoliviſſe; vel etiam multo uberes, copioſas, & caſtigatiores reddidiſſe. Frequenter in his ſe valde plurimis occupationibus diſtentum narrat: ſaepe moroſitatem ſuam ob plurima ingruentia negotia, quibus torquebatur potius, quam diſtinebatur, excuſat; quamvis ignea quadam naturae vi & indole effervesceret: ſed re vera, quum otii eſſet oſor acerrimus, aegertime a Muſis, ſuiſque lucubrationibus, vel modico temporis ſpatio, divelli abſtrahique patiebatur.

Adnotatiunculas quaſdam meas in fine earumdem Epiſtolarum adieci, locis maxime opportunis; praeſertim ubi vidi diem, menſem & annum ſcriptarum ab eo Epiſtolarum deeſſe. Multum in his adſcribendis praeſidii, ac lucis adtuliſſet quoddam Breviariolum rerum ſuarum, quod Donius manu ſua confecerat ac ſcripſerat; in quo etiam ea, quae ipſi in dies accidebant, tum emtos libros, tum itinera ſua omnia, ſtationes ac peregrinationes ſuas brevi ſtilo, ſed valde diligenti, adnotaverat. Ex hoc ſcire poteram inita cum viris doctis commercia; quando ea inierit, quando eos, dum peregre urbes & patrias eorum luſtraret,

ſa-

ſalutavit; quae inter eos colloquia habita, & multa, quae ſcitu digna arbitrabar. Vidi olim hoc ipſum Breviariolum; ſed vidi, quum nec de Donii Vita ſcribenda, nec de his edendis Scriptis & Epiſtolis cogitarem. Hoc tempore, quum opportune ad rem meam facere viderem, nec inveſtigare, nec reperire datum eſt; &, quod dolendum, & hi qui poſt me Donianam omnem Scriptorum ſupellectilem excuſſerunt, ut ipſi fatentur, minime reperire potuerunt.

Vtcumque igitur res ſe ſe habeant, de hiſce litterariis deliciis, ſi qua in re optime meritus videri poſſum, Benevoli Lectores aequi bonique conſulent: me vero in ornaod's Florentioorum ſcriptis, atque pro virili in lucem adſtruendis, quod feci, atque in poſterum, Deo auſpice, & iuvante, faciam, valde ſemper ſollicitum fuiſſe, neminem, qui Muſas colat, latere arbitror: ut patriae meae decus & gloria in dies augeatur atque amplificetur; faveote praeſertim his ſtudiis Clementiſſimi CAESARIS noſtri, Magni Etrvscorvm Regis, Genio Auguſtiſſimo, eiuſque invictiſſimae Maieſtatis beneficentia ac liberalitate: quare ad aerumnas omnes ac temporum adverſitates conſtanti animo ſubeundas me paratiſſimum ſemper omnes cognoſcent, ac ni fallor, humanitate ac patientia ſua valde recreabunt, atque excitabunt.

ΟΥ ΤΙΜΑΣΤΑΙ ΑΥΤΑ
ΤΗΣ ΦΡΟΝΤΙΔΟΣ

Digitized by Google

IO. BAPTISTAE DONII
EPISTOLAE
AD VIROS CLAROS
ET EORVMDEM
AD DONIVM

I.

V. Cl. Domino Io. Baptistae Donio
David Colvillvs.

GRatulor ex animo: ad eum deveni locum, in quo multi claros ſe reddiderunt; ad maiora faxit Deus, & Aulae Genius; nam mihi unice cordi eſt viros probos, & dignos promovere per Virtutem ad Honoris aedem. Er grara in primis Ode rua cum Praefationc illa: eam laudant omnes, quibus ego illam oſtendo, iudicoque dignam, quae alio etiam amandetur. Sed eos perſtringit? eſto: ſales & ſcite dicta in noſmetipſos laudare amamus. De Accabeſi eorum in hanc tegionem mulia vulgari ſetmone, in Idillyo Achillini non illepida . . . . illa apophthegmatis Caeſarei, *Veni*, *Vici*, *non Vidi*. Dominus Proſper Balbus, quia ad ſecunda vota tranſiit, Cheizium commigravie, quod aliquot hinc diſtat miliaribus: ad illum prius mittendae litterae cum Ode, expectandaque inde reſponſio: hinc iuſta excuſatio, ſi forte ſerius haec ad manus tuas. Inſcriptio illa, ut ab illo ſuggeſta, ita & explicata ab illo; a me nihil additum penitus, nec praeſtitum, niſi pararii munus; illi tuum gratum videbatur, quia olim eiuſmodi rebus oblectabatur; nec non in congerendis numiſmatis, & eiuſmodi rebus voluptatem capiebat; ſed ſuſpenſum tenebat mora, quam litteris ſatis eluiſti; ego illum porro invitabo, ſi aliunde quid habear, ad te tranſmittar, quod puro eum ingenue facturum; nec dubium meo iudicio, aliqua hic latere in Bibliotheca, & Porticu Ducis, quae a Pignorio, aut aliis in lucem vix edita ſint. Sed per Iovem, mi Domine, rogo, atque adeo tite praeoccupo, ne amico negotium hoc commendes. me ipſum dico, quia licentiam quidem neutiquam negabit; ſed nihil tamen reipſa fiet; putaretque iure a me ſtare, quia integrum biennium hac ſebre laboro, quae mihi querquera gratior: perdit me, aetatem, tempus, & omnia: dicunt ſe adhibituros operam meam; ſed nihil iam nunc factum, nec umquam fiet: nihil umquam negant; ſed nihil tamen fit. Percipe ſis quid velim. & condole quaeſo miſero, qui paſſim corvos ſequitur, nec quidquam boni, aut e te a me ſperandum indigent ſingulariter opera mea, dicuntque velle ea uti: ego nec praemium niſi a virtute cogito: illi, ego, & omnes dolemus. Sed manum de tabula, Clariſſime mi Domine Doni, me amare pergas rogo, ſicue ego te, & omnes tui ſimiles colo, ac ſuſpicio. Vale Taurini Prid. Kal. Iul. MDCXIX.

II.

Thomae Dempstero [1]
Io. Baptista Donivs S.

GRatulor mediusfidius Italiae noſtrae, quae te a ſe divelli aequo animo paſſa non eſt. Nunquid & ego tibi

(1) Thomas Dempſterus a Mureak Scotus, vir famae nominis & eruditionis celeberrimus; multarum Europae Academiarum Profeſſor, *Tornacenſis*, *Tolosanae*, *Pariſienſis*, *Piſanae*, *Bononienſis*, complura in lucem edidit illuſtria ingenii ſui monumenta, & alia complura manu ſua conſcripta in lucem edenda reliquit, quae ab Alidoſio, atque ex eo recenſentur in Praef. Vol. I. Etruriae Regalis Flor. excuſſ anno MDCCXXIII. in fol. quod, ſi otium eſt, vide.

bi non gratuler, quod cum recta trans Alpes pergeres, revocatus ex itinere a civitate Bononienſi ad exſequendum honorificentiſſimum munus? Hoc alii ſcilicet facient, quibus non erunt merita tua, eruditioque ſingularis aeque ac mihi cognita; mihi quidem id faciendum non erat, cui compertum eſt, tuum in Italia nomen in pretio eſſe apud viros praeſertim doctos. Verum ne parum aeſtimare videar iſtam clariſſimam Vrbem, cui ſane non minimum debeo, quod in ea primis litteris operatus ſum, quum optimarum artium ſemper quodammodo parens, & altrix habita ſit; gratulandum tibi quoque intelligo, quod nactus es aliquando theatrum dignum ingenio tuo, praeſtantia litterarum tuarum, in quo non novitius, ſed ut veteranus, & exercitatus pulcherrime auctor ſtare poſſis, mirificoſque plauſus ſolemniter aucupari. Hoc officium, quantulumcumque illud eſt, homini amiciſſimo non exhibere (ut vere dicam) crimen erat, per amiciſſimum adoleſcentem, mihique ob eius eximiam nobilitatem, ſuaviſſimoſque mores coniunctiſſimum, non praeſtare, cum id poſſem, prope flagitium. Is eſt Angelus Oricellarius, quem (probe ſcio) merita eius, tibi propediem conciliabunt, cui has litteras ad te perferendas iſthuc ad mercatum bonarum litterarum proficiſcenti dedi lubentiſſime; quod in cauſa fuit, ut has litteras feſtinanter exararem. Proinde tu ea qua ſoles humanitate accipies: Vale. Florentiae IV. Non. Novemb. an. MDCXIX.

III.

TARQVINIO GALLVTIO E SOC. IESV
S. P. D.
IOANNES BAPTISTA DONIVS

SCripſeram ad te ſuperioribus diebus, quas P. Bellarmino Romam proficiſcenti daturus eram litteras; ſed forte evenit, ut ille paullo ante e Collegio veſtro diſceſſerit, quam eas commode ad eum perferre poſſem: itaque ſerius aliquanto quam deſtinaveram, tibi redditae erunt. Iam vero nihil antiquius habui, quam tum fidem meam, quam tu praepropera fortaſſe ſollicitudine obſtrinxiſti, primo quandoque tempore liberarem. Mitto igitur Poëmatium *de ludo follis*, tenuiſſimi ingenii mei foetum, nondum ad plenam maturitatem perductum, quam probe lima tua conſequetur. Illud certe, mi Tarquini, perſancte adfirmare poſſum, in Galliis multos verſus pueriliter ſcripſiſſe, multos in adventu Cardinalis Mellinii ex praeſcripto Patrum, & alteram Elegiam, quam ante ſex amplius annos de pugna elephanti & draconis compoſui; praeterea nihil ſane aliud hoc in genere me elaboraſſe memini, ſcripſiſſeque quampauciſſima Carmina, lectitaſſe tamen frequenter veteres Poëtas, & fere pomeridianis horis inter domeſticorum ſtrepitus, puerorum clamores, & amicorum interpellantium ἀσχολίαις. Quod ad genus ſcriptionis pertinet, ſcito, quum ab amicis poſceretur, conſilium, coepiſſe ſubito, ut ſi quo pacto efficere poſſem pentametros, alternatim dictionibus poliſyllabis diſſyllabiſque concluderem: id cum ſit, ut ego arbitror, novum, quid de eo credas, quidve accuratius tractari poſſit, etſi totum negotium tanti non eſt, tamen cum commodo tuo, ſi fieri poterit, facies me certiorem. Vale. Florentiae . . . . (1)

IV.

IOANNES BAPTISTA DONIVS
NIC. RIGALTIO S.

SErius fortaſſe, quod et tua dignitas, & mei officii ratio poſtulabat, ad ſcribendum ad te animum adieci; quod primo quoque tempore, ut de meo in patriam adventu certior fieres, Eruditiſſime Rigalti, pro ea quae inter nos interceſſit amicitia facere deſtinaveram. Attulerunt hanc moram ſcilicet nonnullae occupationes, quibus dum eſſem intentus, tantiſper avocatus ſum a reliquarum rerum cogitatione; nunc ne ab his quidem exſolutus, diutius ſuſtinere non potui, quin ad te raptim has qualeſcunque litteras darem; ex quibus tanquam

ex

(1) Deeſt annus, qui facile eſt MDCXIX. nam haec Epiſtola alteri ſubiecta eſt, quae praefert eumdem annum, & nihil dubitandum eſſe, altera quae ſequitur, perſpicue oſtendit.

ex ungue leonem, quali ſim erga te voluntate perſpicere poſſis. Sic enim velim tibi perſuadeas, non vulgarem ac plebeium eſſe amorem erga te meum; quanquam enim utrinſque noſtrum ea fuit vitae norma, ut intima familiaritas, ſociatis animis, coaleſcere nequiverit in omnibus ſuis numeris abſolutam amicitiam: tamen cum inſito, paene ab ultima pueritia in Gallorum nationem affectu, mirum in modum, propenſus fuerim; tuque inter eos tantum excellas, & eruditione & morum ſinceritate (quae duae res plurimum ad demerendos eorum animos valent, qui habeat aliquem verae virtutis guſtum) vix credibile eſt quantum obſervantiae, quantum caritatis ex hiſce geminis fontibus redundet in animum meum, cum de te, tuaque eximia doctrina cogito. Quid? quantum putas augeri amorem erga te meum recordatione humanitatis tuae, quam poſtremis iis diebus, quos Lutetiae exegi, nonnullos ex Regia Bibliotheca, cuius tu curator es, ſcriptos Codices mihi perhumaniter commodaſti, & domum uſque miſiſti: crede mihi non defecit apud animum meum, nec unquam deficiet iſtius beneficii gratia: quin immo, ſi ulla in re ſtudia tua, eaque omnia, quae ad te pertinebunt, adiuvare potero, libentiſſime exequar ubique: id tibi curae ſit quantum poſſum oro atque obteſtor, mihi certe curae erit quoad vivam. Interim ſi qui erunt in Medicea Bibliotheca Codices, quorum lectiones adnotari interſit lucubrationum tuarum, meam in ea re operam ultro polliceor: verum, quando id locus admonuit, celare te nolui. Scito igitur tot difficultatibus obſeptum eſſe aditum iſtius Bibliothecae; quod praecipue evenit, ex quo nonnulli Codices ſubrepti fuerunt (qui deinde reperti ſunt) ut nulli deſcribere aliquid liceat, nec etiam clauſo exterius oſtio in ea ſtudere, niſi adſtante Cuſtode, iis exceptis, qui nominatim eius rei poteſtatem a Principe obtinuerint; adeo ut ab eo tempore quo Curtius Pichena ſuas in Annales Taciti notas collegit, quod ſpatium eſt circiter annorum . . . . . . nemini ad eam aſpirare licuerit. Denegataque eſt petitio ſuperioribus annis Epiſcopi Biterrenſis, cuius tamen pater ſummae eſt inter cives noſtros dignationis, qui nonnulla exſcribi ſibi concupiverat ex quodam libro, quae ad refutanda Sectariorum dogmata pertinebant. Itaque plane dolendum eſt, antiquiſſimos & optimae notae libros quotidie pulvere ac tineis corrumpi irreparabili ſane & omnibus φιλομαθέσι dolenda iactura. Nec tamen his difficultatibus deterreor quo minus id tandem, omnem lapidem movendo, obtineam, quod pauci tentarunt, pauciores vero id curant; pauciſſimi cum petiiſſent, repulſam paſſi ſunt. Meminiſtin? quid mihi de Apuleiano Codice indicaveris, quanto eius deſiderio teneretur noſter Salmaſius? quidve tum ſuper ea re a me fuerit reſponſum indicare ipſi poteris, me nequaquam eam curam omiſiſſe; & cum erit facultas in eo loco immorandi, daturum me operam, ut omnes variantes lectiones, ſi hoc eum velle reſcivero, fideliter ſubnotatas habeat. Ceterum nihil amplius quam Apologiam mihi obſervaſſe dixi. Sed, quaeſo, rediit ne tandem ad bonam frugem vir ille eruditus, an adhuc pertinaciter in ſua ſtat ſententia? Quaeſo, mi Rigalti, totus in eam curam ac cogitationem incumbe, ut eum, nobis qua monendo, qua obſecrando, qua obiurgando, quamprimum adiungas. Adhibe omnes eloquentiae tuae nervos, quae in iſta amicitia ſubſpecta illi eſſe non debet; cui aderit adiutrix ὑπερουράνιος illa Sancti Spiritus gratia, quae hominem, ut ego iudico, non ſua culpa, ſed parentum a vera ſemita aberrantem, in viam mandatorum ſuorum reducat. Plura non addam quandoquidem tam glorioſam provinciam non minus tibi, quam mihi cordi eſſe non ſum neſcius: hoc unum tantum moneo, triumphaturum me gaudio, quum illum manus tandem veritati dediſſe reſcivero. Interea dum tu fortaſſe eruditum aliquid opus in manibus habes, ut mihi quoque otii non conſtet, molior Συνταγμάτιον de pronuntiatione linguarum Graecae & Latinae: quem ad uſum multa ab aliis minus obſervata, nec valde protrita curioſe collegi: quo in opere vereor ut mihi cum Salmaſio noſtro convenire poſſit, quem non ignoras propenſiorem eſſe in eam partem, quae hodiernum in emortuis linguis efferendis abuſum vel non agnoſcit, vel non emendat: ſcis ea de re nonnullos inter nos habitos eſſe ſermones. Scis etiam me tibi dixiſſe, non-

nullas hic eſſe veteres Inſcriptiones, quae in magnum illud Gruteri Σύνταγμα relatae non ſint; id ego nuper collatione nonnullarum pro eerto ita eſſe deprehendi: quspropter eas nunc curo deſcribendas, & cum erunt deſcriptae, omnes ad te mittam; quas tu, ſi videbitur, ad illum in Germaniam deferri curabis; earumque exemplar apud te retinere poteris: feſtiva eſt illarum copia, & pleraeque non inſulſae; nonnullae etiam Grecae. Quod a te amplius ſcribam non habeo, niſi ut te orem, quod ſummis precibus facio, me ut perpetuo in numero eorum reputes, qui nomini, & dignitati tuae ſummopere ſtudent. Vale. (1)

V.

Alexandao Pollinio
Io. Baptista Donivs S.

INiuriam facturus videbar amicitiae noſtrae niſi de meo in Italiam reditu quamprimum te facerem certiorem; praeſertim cum eſſem mihi conſcius non mediocris culpae (ſic enim revera iudico) quod cum crebriuſculas ad te litteras miſſurum me nimis fidenter pollicitus eſſem, non modo hoc non praeſtiterim; ſed ne quidem ad binas tuas humaniſſime ſcriptas (qoss non minus eruditionis tuae, quam humanitatis teſtes curioſe conſervo) nllum omnino dederim reſponſum: cuius tamen ceſſationis non tota mihi culpa imputari debet; ſed haud ſcio an maximi pars temporis; quippe propter domeſticas curas aliaſque moleſtiſſimas occupationes, quibus tunc diſtringebar, fratriſque optimi atque amantiſſimi diutiſſimum & acerbiſſimum morbum, qui mortem etiam ipſi attulit, cum ſedato ut in ſimilibus oportet animo, & longiuſcule ad te ſcribere, ut deſtinaveram, non poſſem, ob eos quos dixi animi angores eius implendi muneris, ſpem paullatim vel abieci, vel depoſui; incurrique (ut opinor) apud te cum pertinaciſſimae deſidiae, tum deſidioſiſſimae oblivionis notam. Sed ea quae praeterierunt in praeſens miſſas faciamus; ſi quod delictum meum fuit, malo agnoſcere, quam excuſare; non detrectaturus ſi quam irrogare mihi voles multam, iudicatum facere (ut eſt in veteri formula) viri boni arbitratu, hoc eſt tuo: vide quantum tibi tribuam, qui te iudicem, & arbitrum in tali cauſa non recuſem; ſed ne me iocari putes, qualicunque in re idoneum me putabis, qui tuis commodis ſerviam, vel multae, ut dixi, nomine, vel ſi mavis veteris amicitiae noſtrae iure, audacter ſi quid ex uſu ſit imperato experieris, non minorem geram in exequendis mandatis tuis fidem ac diligentiam, quam expertus es in litterarum reſponſionibus negligentiam. Interim audi quid a te deſiderem. P. Felicem, patria Sabinum, Soc. Ieſu Sacerdotem prae manibus habere iam pridem audii Onomaſticum quoddam, opus ſpiſſum denſaeque texturae; quod, ut eſt vir multiplicis litteraturae infinitaeque lectionis, exquiſite ſine dubio tractabit: hoc ego velim tamquam aliud agens ſubolfacias, quale & quomodo diſpoſitum ſit, quidve in ſumma contineat, & quem ad diem proditurum ſit in lucem: qua de re vereor eſſe Romae anno ſuperiori tecum collocutum. Quid agam fortaſſe requiris; ſcito me ordiri *Συνταγμάτιον de pronuntiatione linguae Graecae, & Latinae*, in quo obſervationes quasdam minime protritas, nec aliunde conquiſitas, praeſertim ex comparatione aliarum linguarum, quas οὐδὲ πάρεργον collegi. Si Deus aſpirabit hac aeſtate in iuſtum libellum redigam: quapropter ſi quid in ea re iuvare me poteris, quod non dubito, dum commodo tuo fiat, ne graveris obſecro id facere; conſilio in primis tuo opus eſt; utrum ſcilicet rem totam iudices tanti; deinde quo modo tibi videatur tractanda; poſtremo ut ſi quid abſtruſius erit a te ſtudioſe adnotatum, ne mecum communicare dedigneris.

Multa ſunt (inquies) quae petis, at nondum omnia expedivi. Nuntiatum eſt ſuperioribus diebus effoſſum eſſe extra portam Eſquilinam antiquum quoddam Sepulchrum affabre illud quidem exiculptum, & XL. circiter capitibus exornatum, in quo Africani triumphum deſignari, referunt, antiqoarios arbitrari. Si quod igitur in eo inciſum eſt ἐπίγραμμα, eius exemplum quaeſo mihi impertias; non tam enim ſum iſtarum rerum avidus quam-

(1) Eodem anno, ut auguror, & haec Epiſtola ſcripta eſt.

(quamvis ne in eo quidem habeterem, plane habeo guſtum) quam cupidus colligendi ſi quid exſtat, quod in grande illud Gruteri Συνταγμα non ſit hucuſque relatum; nam in Gallie reſcivi alterum paene illi aequale paratum haberi editioni: idcirco complures antiquas Inſcriptiones, quae in privatorum nonnullis aedibus hic reperiuntur, iam deſcribere coepi: quas ad Nicolaum Rigaltium Lutetiam ſum miſſurus, qui Gruterum probe novit. Itaque vides hac ex parte me tibi vicem reddere poſſe; proinde ſi eas tu quoque deſideras, indicare mihi poteris; cum primum enim potero, eas ad te mittam. Non dubito quin iſtam recenter erutam, ſi ulla eſt, iam deſcribendam curaverit vir non minoris eruditionis, quam humanitatis tibique amiciſſimus, Hieronymus Aleander, cui tu ſalutem meo nomine dices, itemque RR. Patribus Tarquinio Gallutio, Famiano Stratae, Torquato de Cupis, qui comunes noſtri praeceptores fuerunt; itidemque aliis quibus videbitur. Doleo tam immaturo fato ereptum nobis ſuperiori aeſtate Ioannem Barclaium; tum quod erat ea probitate morum atque eruditione tam exquiſita dignus, qui diutiſſime viveret, ut benevolentia prope omnium, qui fructus eſt vitae longe iucundiſſimus, quoad comuni luce veſcebatur perpetuo frueretur; tum quod eius interitu eius viri amicitia es orbatus, qui paucos haberet pares, te omnem, ut plane intellexi, non vulgariter diligeret. Ceterum ille quidem vivet quoad latinae litterae loquentur in aeternitate ſcriptorum ſuorum, inter quae mirum quam Argenis illa poſtremus eius foetus praeradiat: vivet etiam in memoria ſui ſimilium hoc eſt doctorum & proborum; nobis autem triſte deſiderium ſui reliquit. Carduccius noſter mihi per litteras ſcripſit, te perbelle valere, idemque mihi confirmavit cum de te ſtudioſe quaererem . . . . Rotius propinquus tuus, qui Roma ſuperioribus diebus eſt reverſus: quo nuntio non mediocrem mihi laetitiam attulit; ſed fuit moleſtus in eo cum diceret te pauliſper haeſitaſſe, an huc ad nos hac aeſtate excurreres; quod te non feciſſe miror, & vere nimis aegre patior. Incredibili enim iucunditate adventus tui me fraudaſti, quum totos dies tecum futurus fuiſſem. Si noſtrum hoc municipium ad paucos menſes iſti regiae urbi praeferre voluiſſes, cui ſane nunc coepi ſubiratus eſſe, quod te qui iure ſis noſter tam arcte in complexu ſuo retinuerit, ut non dico in veterem patriam reſtitui, ſed nec ad modicum tempus abſtrahi, ut nobiſcum eſſes minime ſiverit, tibi ſane niſi amor in te meus obſtaculo eſſet, ſuccenſerem; qui eo tempore, quo tam frequenter Romae cum Libitina res habetur, tam belle occaſione oblata ſubterfugiendi tam noxium caelum, & viſendae aliquando huius urbis, homo alioquin φιλόπατρις & φιλόκαλος tam obſtinate neglexeris. Sed quid ego tecum argutor, fortaſſis cum huc venire ſi concupiveris, domeſticae occupationes, aut aliud quippiam tibi impedimento fuerunt, quo minus id facere poſſes . . . . . . (1)

VI.

IOANNES BAPTISTA DONIVS
GASPARI MORNIAV S.
LVGDVNVM

NOn exiguam hanc eſſe arbitror in rebus humanis miſeriam, quod ea ſit impoſita neceſſitas iis, qui externas gentes viſuri, peregre proficiſcuntur, ut vel conſortio ſuorum, & dulciſſimo patriae aſpectu perpetuo ſint carituri, vel obfuturi ab iis, quorum iucundiſſimo congreſſu perfruentes patriae iacturam minime ſentire ſolent; praeſertim ſi tales tantaeque ſint eorum virtutes, ut quod olim T Livio accidit, remotiſſimarum regionum homines ad eas contemplandas excitare mereantur. Id adeo in me ſum nuper expertus, Clariſſime Vir, qui non facile dicam maiorem ne ſenſerim voluptatem cum in amicitiam tuam nullo meritorum meorum ſuffragio ſum admiſſus; an acerbiorem moleſtiam cum vix deguſtata dulcedine doctiſſimarum collocutio-

(1) Hanc epiſtolam refertam rebus ſcitu dignis in ſuis Adverſariis imperfectam reliquit Donius neque annum & tempus adnotavit. Scripta tamen videtur circa annum MDCXXII. quum propter domeſtica negocia Florentiae Donius eſſet, & exſcribendis vetuſtis Marmoribus Florentinis operam ſedulam navaret, quae ab eo deſcripta in eius Schedis, a me in lucem editis habentur.

tionum, in quibus doctrina tua cum humanitate certat, abeunti in Italiam accitu parentum, diſcedendum Lugduno fuit: ubi tu ſcilicet eum locum tenes, tum ob dignitatem quam geris ampliſſimam, tum ob ſingularem eruditionem & integritatis famam, ut nonnullam apud improbos invidiam, ſummam, [1] apud bonos admirationem, & obſervantiam parere poſſit. Sed quoniam haec eſt humanae naturae imbecillitas, ut diverſis in locis iisdemque temporibus eſſe non poſſimus, quod non modo facere licet, ſed mos inſuper atque honeſti officium poſtulat; reſtat ut id faciam, nempe ut conſervem, quoad vita ſuppetet, quam recentiſſimam tui memoriam, quam in animo meo non leviter impreſſam, ſed intime ac radicitus infixam eſſe quid attinet dicere? cum hoc non affirmari verbo, ſed re ipſa comprobari debeat. Supereſt igitur ut eiuſce rei fidem tibi faciam commercio mearum litterarum, quas niſi occupationes tuae graviſſimae obſtabunt, nonnumquam ad te ſum daturus. Erunt illae quidem inſulſae, & minime dignae tuis auribus, quales hae nimirum ſunt; ceterum obſervantiae erga te, atque amoris non vulgaris aliqua ſaltem indicia. Humanitas iſta tua, qua in conquirendis, ſi qui mihi opus erunt, libris, operam leviter invitatus, obtuliſti, tuam fiduciam mihi fecit rogandi, ut Henningi Rennemanni *de recta pronuntiatione Latinae linguae* (de qua & de Graecae prolatione Σύνταγμα iam diu molior) ad me mittere velis; ſiquidem Lugduni proſtat venalis: eſt autem impreſſus Ienae MDCXIV. Hunc librum ea conditione dumtaxat ad me mitti in Italiam velim, niſi iam iſthinc expectata eſt mea quaedam capſa viatoria, quam Avarico Biturigum ad Galileios devehendam curavi, a quibus id reſcire poteris, ſi forte quem illorum obviam in via habueris. In emptionem quantum opus erit, rogavi eos, ut tibi perſolvant, quod pro noſtra neceſſitudine non dubito eos libenter eſſe facturos. Ceterum quod de capſa admonui, id totum eo pertinet, ut ſi librum coemeris, in ea cum aliis nonnullis ac iis praecipue, quos mihi dono dediſti, includatur: quem ad finem clavem illius penes Galileios reliqui. Tu igitur operam dabis, ſi videbitur, ut ad eos liber domum perferatur, antequam capſa Maſſiliam tranſmittatur. Ad extremum ſi qua in re tibi tuiſque omnibus me uſui eſſe poſſe cognoveris, quaeſo ſic in animum inducas, nihil eſſe quod vehementius ambiam, quam omnia ea, quae ad te tuoſque pertinebunt, quaeque te deſiderare intelligam, ſine ulla dubitatione ſummo ſtudio totiſque viribus effectum dare. Vale MDCXXII.

VII.

Francisco Barberinio Cardinali Amplissimo Ioannes Baptista Donius S. P. D.

Illuſtriſſime Domine. Quantum laetitiae, & voluptatis hauſerim, cum te nuper in Purpuratorum Patrum Collegium cooptatum eſſe percrebuit, ſi nunc pluribus ediſſeram, haud ſatis, opinor, conſtabit officii, loci, temporis, ac muneri mei. Totum enim hoc multis de cauſis interceptum videbatur ab eo nuntio, qui deſtinatum me eſſe in familiam tuam, quod in magna parte felicitatis meae ſemper putavi, paulo ante admonuerat: qui nuntius ſic me replevit gaudio, & reverentia nominis tui, ut nullus iam in me novae laetitiae relictus locus propemodum videretur; quam tamen augeſcere tantum ſenſi, quantum dignitate & faſtigio creviſti. Hunc tamen ipſum exuberantis laetitiae ſenſum ad oſtendendam obſervantiam erga te meam, quod attinet in praeſens exponere, quam niſi iam animo & opinione praeſumpſiſſes, ſane tali me honore dignatus eſſes. Huc accedit praeceptum vetus, quod nimiam verboſitatem, ut opinor, in ſervis reprehendit, quos μονοσύλλαβυς eſſe iubet cum dominis ſuis; cuius praecepti memor, non ero longior iis rebus in medium afferendis, quas non verbis comprobari, ſed facto iam praeſtari debent, poſſum: quin hoc etiam (quod minime ſilentio tranſmittere poſſum) velim mihi credas, Domine, uſque adeo me officii mei memorem ac retinentem fore, ut nihil mihi ſit futurum antiquius, qui & omni

cum

[1] Hic Illuſtris Vir Conſiliarius erat in ſubſelliis Praeſid. Lugdunen.

eum ſtudio ac diligentia ferviam, ceteraſque eas inſuper habiturum, Deo favente, ſic me perpetuo commodis ae dignitati tuae paratum eſſe ſervire. Quid igitur aliud reſtat adornanti diſceſſum ex hac urbe meum, ut te quantocius conveniam, Domine, quem iamdudum, aut coram animo intueri non minus percupio, qui purpura iſta fulgentem, niſi ut conceptis verbis ſpondeam tibi omnem operam atque induſtriam meam, quam in poſterum impendio tuam futuram qua poſſum voce polliceor, atque obteſtor; ſic enim velim tibi perſuadeas meum eſſe, omnes animi, & corporis vires intendere, ut tibi opera mea & famulatu, qui probatiſſimus ſit, tuam experiri fidem poſſim, quam certus ſum mihi non defuturam.

Superioribus diebus Poëma in laudem optimi Maximique Pontificis effudi verius, quam compoſui; quippe intra paucos dies animo in alias curas diſtracto ad calcem inductum eſt, necdum, ut oportuir, politum; qualecunque tamen eſt tibi offerendum induxi, ut temporis occupationi, ſi forte vacabit, in Tuſculano ſeceſſu unam horam vel alteram perdere debeas, unde erga Principem, omni laude maiorem, agnoſcere poſſis affectum pium, quo animatus verius quam poetico ſpiritu, quem in me nullum eſſe ſentio, iſtos verſus exaravi; non enim mihi poſtulo, ut ad illius delicatiſſimas aures perveniant, quibus non niſi electiſſima quaeque deſtinari decet: abſit enim nedum ut illius elimatiſſimum iudicium ſubeant, cuius ſupremo arbitrio ſtabit.

VRBANO VIII. PONT. MAX. QVOD NON MINVS SVIS EXCELLENTIBVS VIRTVTIBVS PATRIAM COHONESTAT. QVAM SVPREMA DIGNITATE CONDECORAT. TVETVR ET FELICEM PRAESTAT. ARCVM REBVS AB EO GESTIS INSIGNEM GRATI ANIMI MONVMENTVM ORDO ET NATIO FLORENTINORVM QVI ROMAE DEGVNT P.

VRBANO VIII. PONT. MAX. QVOD NON MINVS SVIS EXCELLENTIBVS VIRTVTIBVS SVPREMAM MERVIT IN TERRIS DIGNITATEM, QVI EA IPSA SVPREMA AC SACROSANCTA DIGNITATE PATRIAM COHONESTAT AC ILLVSTRAT. NATIO FLORENTINORVM. QVI ROMAE DEGVNT ARCVM REBVS ABEO GESTIS INSIGNEM. GRATI ANIMI MONVMENTVM P.

VRBANO VIII. PONT. MAX. QVOD NON MINVS SVIS EXCELLENTIBVS VIRTVTIBVS QVIBVS AD SVMMVM RERVM HVMANARVM FASTIGIVM EVEHI PROMERVIT, QVA IN SVPREMA AC SACROSANCTA DIGNITATE PATRIAM COHONESTAT. NATIO FLORENTINORVM QVI ROMAE DEGVNT ARCVM REBVS AB EO GESTIS INSIGNEM GRATI ANIMI MONVMENTVM P.

Verboſitatem Epiſtolae ne culpes oro, vel tibi imputa, cuius dulciſſimo alloquio quatenus licet diutiſſime frui volui.

VIII.

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO
VRBANO VIII. PONT. MAX.
IO. BAPTISTA DONIVS FEL.

Semper quidem Sanctitati Tuae non diuturnum modo, ſed laetum quoque, ac proſperum Pontificatus tui curſum, & a gravioribus caſibus, maximeque bellorum tumultibus vacuum, ardentibus votis optavi. Sed tanto maioribus hoc precibus a Deo Opt. Maxim. efflagitare coepi, quanto citius experimento deprehendi, de quo nunquam dubitaveram, praeclara quaedam, atque inſignia ad communem utilitatem, Chriſtianaeque Reipublicae ornamentum, ac ſplendorem te meditari in dies: quae inter tot graviſſimas curas, quae difficillimis his temporibus de publica ſalute ſollicitam Sanctitatem tuam mirifice exercent partim perfecta feliciter, partim ingenti animo inchoata cernimus, ac miramur; partim vero, quum fatalis hic Europae motus ſubſederit, celeriter effectum iri ſperamus. Quod autem potiſſimum omnes non tantum mitioribus ſtudiis dediti, immo & publici cultus ſtudioſi concupiſcunt, multis Muſicam artem offuſcaram maculis ad antiquam ſpeciem, ac maieſtatem revocari, id tua ſapientia, tuis auſpiciis adepturos ſe putant. Novimus enim editas ſubinde a te voces, quibus rem adeo praeclaram Sanctitati tuae cordi eſſe non obſcure indicaſti. Nec alioquin dubitare poſſumus, qui tam multa calleas, immo qui nihil ignores, te ferme ſacrae huius, ac pulcherrimae artis culpa temporum, ac hominum ſocordia inolitas labes animadvertiſſe. Haec, qui Poeſin germanam ipſius nobiliſſimam partim Graecis divitiis, partim propriis inventis locupletarit, partim primaevo deco-

decori (quae tua met verba ſunt Beatiſſime P. graviſſimo praepoſita carmini) reſtituendam curaverit, quin Muſicen quoque vel novis inventis augeri velit, vel antiquis ornamentis cohoneſtari? An non id ſatis?

Reliqua deſunt.

IX.

Ioannes Baptista Donivs Cardvccio svo

SCito paucis ab hinc diebus impetraviſſe me illi, Illuſtriſſimi Cardinalis Domini mei opera ac beneficio, Canonicatum (ut vulgo vocant) qui ad familiam Hieronymorum pertinebat: qui poteſt, dices, ſi eius conferendi poteſtas non ad Pont. Max. ſpectat, ſed ad Iulianum Hieronymumque, qui in eo Patroni ius habet? Ne frontem contrahas: totam enim rem audies. Tam ſcienter enim, immo feliciter, uſque ad extremum actum haec fabula peracta eſt, ut nihil magis. Nominandi ius in eo Canonicatu ad duos in praeſentia eſt redactum, ad Sereniſſimum Magnum Ducem ex ſemiſſe, ex reliquo ad Iulianum Hieronymum. Hoc cum ego ſuboleviſſem, admonui Illuſtriſſimum Dominum poſſe ſine ullo ſuo incommodo non mediocriter prodeſſe familiae noſtrae, queve ratione id fieri poſſet, ſingillatim obſtendi, obnixeque petii ut ad Sereniſſimum Magnum Ducem, quam efficaciſſimas litteras mittere vellet, quibus eum rogaret, ut ſuffragium, quod haberet in eius Canonicatus nominatione id ſibi polliceri vellet, proſuturum ei, quem ipſe ſuo tempore indicaſſet; utique Iulianum illum Hieronymum acciret; ab eoque pro poteſtate exigeret ſuffragium, quod & ille in eodem Canonicatu habebat. Promiſit humaniſſime Magnus Dux, quodque ſe facturum receperat, brevi effectum dedit: atque audi rem miram. Vix Magni Ducis litterae, quibus obſequutum ſe eſſe petitioni Illuſtriſſimi Cardinalis reſcribebat, huc pervenerunt, cum Ioannem Medicem, qui eo Canonicatu fruebatur, diem ſuum obiiſſe auditum eſt. Itaque ſtatim Florentiae res vulgata eſt tacito tamen nomine eius cui Canonicatus reſervabatur. Nec enim quiſquam id ſcire poterat, atque adeo variis rumoribus, ſed tamen incertis ac vanis coniecturae, nunc de hoc, nunc de illo, ferebantur, idemque Romae contigit cum nondum res patefacta penitus eſſet, praeſertim in noſtra ſtatione; quidam enim (ut Aula, ſcilicet Curia plena eſt Curioſorum) Ioannem Summarium deſignabant, quidam Robertum Salviatum, quidam Io. Baptiſtam Hadrianum, quidam etiam me ipſum digito demonſtrabant, nec tamen ullus rem digito tetigit. Interim, mi Carducci, riſum vix tenuiſſes, ſi nihil me ſcire fingentem, ſed tamen conceptam animo laetitiam vix prementem, vidiſſes, nunc ad hunc, nunc ad illum accedere, & ſedulo percunctari, ecquid novi tandem de novo Canonico, qui tandiu ignoraretur cognoviſſent; donee nactus opportunitatem renuntiandi Illuſtriſſimo Cardinali, obitu Io. illius Medicis, & vacatione Canonicatus (ne qui gratiae autor erat eum exitum habuiſſe ab aliis perdiſceret) ex cubiculo Domini prodiens, quos diu incertos habueram totius facti certiores faciendos exhiſtimavi. Tum vero quae admiratio, qui plauſus & gratulationes factae fuerint per temet ipſum arbitrare poteris. Interim meus frater Romam advenit, quo commodius Philoſophiae ſtudiis operam dare poſſit, quibus imbutus eius dignitatem loci dignius impleat. Hucuſque, mi Carducci, litteras haſce perduxeram, rem paulo poſt additionis eaſque obſignaturus, ut quantocyus ad te dirigerem, cum variis occaſionibus diſtractae multum adhuc temporis haeſerunt in ſcrinio, donec aegritudo ſane non levis oppreſſit, me quae

Reliqua deſunt in apographo.

X.

Ioannes Baptista Donivs Roberto S. Lvtetiam

SErius aliqoanto, quam promiſeram fidem meam apud te ſolvo, Vir optime, ac eruditiſſime, & non ſine aliquo rubore, ac conſcientia pervicaciſſimae deſidiae. Ceterum Syllabum hunc Florentinorum Pontificum, ut ante aliquot menſes me tibi dixiſſe in Gallia memini, cum iniuria vetuſtatis, & veterum monumentorum amiſſione, oppido quam pauciſſimorum nomen ad memoriam noſtram devenerit; ac proinde utilitatis nihil

nihil ferme aut parum te ex eorum eognitione exeepturum divinarem ad ornamentum magni illius cperis; propterea ſane eius ad te mittendi moram, quam vides, feei. Verum cum ſecunda mea in Galliam profectione quum Syllabum non ingratum fore confirmaveris, omnia poſthabenda mihi eenſui potius, quam committendum, ut ea notitia te fraudarem. Auctarii loco brevem Indiculum adieei eorum, qui inter meos eives Seriptores rerum memoria dignarum clari perhibentut; quod, ni fallor, etiam a me requiſiveras. Aequi igitur boniqueconſule quantulumcumque hunc meum laborem; haud ambigens meas eſſe partes, ſi quid uſuveniet exequendi, quod mihi pro iure tuo demandaveris, tuas imperandi, ſi qua in re uſui me tibi eſſe poſſe iudicaveris; quod quum facies, exiſtimabo affectum me quam ampliſſimo munere & honore, praeſertim quum non modo paucorum admodum nomen exter, ſed etiam uſqua adeo ſint omnia tenebris veruſtaris involuta & obſepta, ut homo diligentiſſimus & doctiſſimus Vincentius Borghinius, ex euius libto, quem de noſtrae utbis Epiſcopis eonfecit, Catalogum hunc conſarcinavi; vix quidquam certi circa nonnullorum appellationes, & tempora, quibus vixerunt, & noſtram Eecleſiam adminiſtrarunt, eorumque feriem atque ordinem ſciri poſſe teſtatus ſit; quod ὡδῦ πάρεργον tibi iodieare volui, ut quid in rem tuam ſit, non ignorares.

Caeterum plures fortaſſe reperientur; ſed quoniam ii mihi noti non ſunt, ſilentio ſunt a me ea de cauſa praeteriti. Illuſtriſſimum Biturigum Archiepiſeopum, ac D. de Neuphaiſes veneror abſens, iiſque ſalutem meo nomine dieas velim verbis ampliſſimis, quae paene Donium tuum ad plures dies dimiſit; ſed tamen Dei Optimi Maximi ſingulari, ut opinor, beneficio, Beatiſſimaeque illius Matris interceſſione ſum ſervatus; deinde vero praeeipua quadam humanitate ac liberalitate Illuſtriſſimi Domini mei, per quem nihil mihi defuit, io priſtinam reſtitutus ſum valetudinem; ſic tamen ut nondum me penitus confirmaverim, quod per anni tempus tam cito fieri non poteſt. Ceterum binas tuas humaniſſimss Italice ſeriptas poſt ſcriptionem hsrum me recepiſſe non nego; quarum alterae ab . . . . . Panicio Iuvene Maceratenſi redditae mihi fuerunt, quem non minori humanitate, quam praedieas, eultum & ornatum cognovi: alteras aecepi nuper conſueto tramite tabellariorum. Vtriſque quas poſſum grarias ampiiſſimas reddo, quod memoriam mei ſuaviſſimia tuis colloquiis renovare volueris, meque rerum tuarum ſtatum non ignorare. Nuper autem magna rerum novarum copia proceſſit. Deſtinatus Legatus de latere ad Reges Galliae & Hiſpaniae Praetor tuus, omiſſa Piceni praefectura in Aemiliam deſtinatus magna eſſet differendi & confabulandi inter nos occaſio, ſi loeus tempuſque ſupperetent. Interea te ignorare nolui, me quoque in Galliam profecturum. Quoties, inquies ad Gallos tuos? neſcio ſane: illud pro eerto affirmare poſſum, me quotiea ex Gallia diſeeſſi, tanquam quod eventurum eſſet divioarem, nunquam amieis vale dieere potuiſse, perinde ac eos ut amplius eſſem viſurus: quidquid ſit, ſi fidem aſtris habemus, ſidus aliquod opinor natali meo praeeſſe inconſtans, & ambulatorium putarem, quod me perpetuo in peregrinationibus vagum & erraatem vitam exigere compellat; quandoquidem vix undeeimum annum compleveram. quum patriis laribus pedem efferre coepi, quod biennio ante faciendum mihi fuerat, niſi materna pietas ac miſeratio obſtitiſſet. Vides igitur, & primum fortaſſe rides hominem perpetuis itineribus mancipatum, quibus tamen ſolito alacrior & hilarior fieri ſoleo, ac in iis magna ex parte meliuſcule me habere. Hoc autem iter tale erit, ut a multis aceeſſus ad hunc comitatum ſummo ambitu expetatur: omnes enim praevideat iueundum & plenum oblectationis futurum, praeſertim, ſi ut ſperamus, confecta pace Romam triumphabundi redierimus, praeſtantiſſima Europae parte perluſtrata. Si quid vero occaſione huius profectionis a me impetratum vis, mi Carducei, oro te atque obſeero, ne qua ratione mihi pareandum dueas: quid enim mihi gratius facere potes, quam fidem facere imperando, ae mandando aliquid familiara, meum obſequium, veteri noſtra amicitia fundatum, in aliquo pratio a te haberi? Gratum item mihi erit, ſi, ut mihi pollicitus es, nomenclaturas locorum, quae in Pieeno uſurpantur, eolligeris, & mecum communicaveris. Vale. (1)

(1) Deeſt annus, qui forſitan eſt idem XXII.

Digitized by Google

XI.

Molto Illvstre Signor mio e Padron Colendissimo.

E' Paſſato quaſi che un meſe, che il Signor Canonico fratello di VS. mi domandò d' ordine di VS. alcune mie Poeſie ſtampate: Ci credetti equivocazione, e gli diedi un libro di Compoſizioni di Michelagnolo Buonarroti, per cui io porto il nome, raccolte da me, e indiritte all' Illuſtriſſimo Signor Cardinale Maffeo Borbarino, che oggi nella Sede di S. Pietro ſiede felice. Perchè io non ho mai ſtampate mie Poeſie, e confeſſo che non lo meritano. Bene è vero, che in occaſione di Feſte ſono talora aſcite fuora più anni ſono mie bagottelle. Dopo parecchi dì mi venne la Lettera di VS. che era ſcritta di molti giorni innanzi, che confermava il medeſimo, e mi domandava il diſegno di quella pietra, che fa già appreſſo il Signor Filippo Gherardi, ed altre sì fatte coſe, ſe ne avevo. Siccome quando mi parlò il Signor ſuo fratello io ſtavo di già parecchie ſettimane mal diſpoſto; così quando mi venne la Lettera, ero formalmente fermo in letto malato, e inabile a ſcrivere. Scriſſe per me Giſmondo Buonarroti mio nipote, ſoſcrivendo io. Diſſi quel che brevemente ridico, cioè quello che ho detto ſopra, circa le mie Compoſizioni, e che copia della figuretta, o per dir meglio eſempio glie ne avrei mandato, fatto ſano, e che di già era venuta nelle mie mani; e quando avrei altro (di che farei diligenza a ſuo tempo) pur gliel' avrei mandato. Non ſon ſano; ma fuor di letto sì; e la figuretta ho ritratta come ſta, e la mando a VS. accennativi quei colpi, da' quali è percoſſa o da vomeri, o da tali ferri. La caſacchetta dall' orlo non ſi vede come naſca, ma ſeguita lo ſteſſo collo; ben a fianchi ſi vede terminata. E goffiſſimo tutto il lavoro; le lettere ſe ſono Etruſche VS. ſe lo conſideri da ſe; ben ſi rilevano per greche, benchè l' E è a roveſcio, e l' ultima varia. Aſpetterò altri ſuoi comandamenti, dove io poſſa più eſercitare il deſiderio, che mi ſi conviene, e che ho di ſervirla. Con che baciondole le mani prego a Voſignoria da Dio felicità. Di Firenze li XXIV. Aprile MDCXXII.

Di VS. Molto Illuſtre

Devotiſſimo
Michelagnolo Buonarroti.

XII.

Ioannes Baptista Donivs Thomae Dempstero S.

LOngum, ita me Deus amet, inter nos, mi Dempſtere, ſilentium fuit. Ab eo enim tempore, quo in Bononienſem Academiam aecerſitus es, ſingulis tantum litteris, quantum memini, uterque noſtrum veteris amicitiae noſtrae munia recoluit. Neutri fortaſſe defuiſſet occaſio ſolemnis huius officii paulo crebrius uſurpandi; ſi quantum in te eſt humanitatis & conſtantiae in conſervanda erga veteres amicos benevolentia, & quantum in me eſſe ſentio amoris & obſervantiae erga virum aetatis noſtrae longe doctiſſimum, tantumdem otii ſcriptitandis epiſtolis habuiſſemus. Scilicet dum tu aſſiduam ſedulamque operam rei literariae navaſti, ex qua inſignes fructus non ipſa modo voce, ſed multis etiam editis libris orbi terrarum peperiſti; ego quotidianis fere occupatiunculis ſic diſtractus fui, ut magis dicere poſſim me non otioſum fuiſſe, quam ſerio & σπουδαίως negotioſum. Septimus autem nunc agitur menſis (ne ſtatum rerum mearum ignores) quum relicta patria, Romam me recepi, propterea quod inter familiares Cardinalis Barberini eſſem admiſſus; apud quem adeo libenter & hilariter conquieſco, ut nihil amplius expetere hoc quidem tempore mihi veniat in mentem. Efficit hoc Illuſtriſſimi Domini ac Patroni mei inſignis humanitas & virtus, quae niſi iam ubique vulgatiſſima eſſet, tibique, in primis notiſſima, pluribus a me celebraretur. Cuius praeſentia & dominatu qui familiariter fruuntur, haud ſane mihi videntur ſatis cauſae habere, cur ſortem ſuam non beatam putent. Quid dicam de convictu tot nobilium & ornatiſſimorum Iuvenum; quorum conſuetudine, cultam & elegantem vitam amantibus, nihil eſſe poteſt iucundius & amoenius? Horum e numero Georgius Gualtherius &c. (1)

Reliqua deſunt in autographo.

(1) Videtur ſcripta Romae circa annum MDCXXIII. Georgius Gualtherius is eſt, de quo nonnulla in mox ſequtura Epiſtola adnotamus.

XIII.

Ioannes Babtista Donius Hieronymo Petruccio e Soc. Iesu S. P. D.

PRaeſtantiſſima Inſularum, quae te ex omni coetu eruditorum in regiam Vrbem evocatum, unum potiſſimum delegit, per quem fieret humanior (quid enim aliud praeſtat qui humaniores literas docet?) non ignoravit, opinor, quam ſis humanitate praeditus, qui eam alteri conciliaturus eſſes. Sed quid ego Siciliam in teſtimonium advoco? nam cui quaeſo eximiae humanitatis tuae fama vulgatiſſima non eſt, imo cui notior eſt quam mihi, quem tam inſigniter amicitia, ac patrocinio tuo, quamdiu Florentiae moratus es, excepiſti, foviſti, ac tot collatis beneficiis tuis penitus me onerasti? Hanc talem & tam excellentem humanitatem nunc quidem certe teſtatiorem apud omnes Siculos facere poteris, ſi hominem, quo neminem ab omni memoria puto de iſta Inſula melius eſſe promeritum, humaniter & officioſe, ut ſoles, exceperis, & quibus poteris in rebus adiuvaveris. Is eſt Georgius Gualtherius, domo Germanus, qui has literas adfert; vir non minus eruditione, quam probitate praeſtans, qui quum (divino fortaſſe nutu ad hoc eum impellente) hanc curam ſibi ab aliquot annis delegerit veteres Inſcriptiones undique conquirendi ac deſcribendi, & quae iam editae ſunt, cum ipſis lapidibus conferendi, nulla ſpe lucri, nec cupidine laudis incenſus, ſed hoc unico flagrans deſiderio augendi rem literariam, & de ſtudioſis bene merendi & Antiquitatis pro virili illuſtrandae, nulla habita ratione periculi, impenſae, & laboris. Solo Deo duce fretus, immenſa terrarum ſpatia peragravit, atque totam iam ferme Italiam, & iſtam porro Inſulam quam ſemel perluſtravit, nunc etiam repetit, ut eas Inſcriptiones, quae ad res Sicilienſium pertinent ſtudioſe a ſe conquiſitas, coniunctas cum iis, quae iſtis in locis extant, iterum edat in lucem, in gratiam rei literariae amantium, atque adeo amoeniſſimae & nobiliſſimae Inſulae; quae quum multum illi ſe debere fateatur, multum quoque ſe debere tibi fatebitur, ſi benefactorem ſuum omni ſpe atque auxilio proſequeris. Huc accedit, quod optimo iure bene de ſocio mereri videberis, qui hanc veniat in partem (quamvis diverſa ſemita) pulcherrimae & honeſtiſſimae laudis; veteris nempe humanitatis in Siciliam revocandae, in qua cum paucis locis humanitas, & elegantia ſedem fixiſſe, atque indidem ortae fuiſſe videntur. Suſcipe igitur, mi Petrucci, obſecro te in fidem, atque amicitiam tuam advenam optimum, a quo honeſtiſſimus quiſque & doctiſſimus Siculus Patriae ſuae reconditiſſimas Antiquitates e ditionibus Saracenis erutas diſcere neceſſe habet. Rem dignam facies, mihi crede, generoſitatis tuae, & φιλοκαλίας; nec melius unquam beneficium collocare poteris, aut commodius inire gratiam Philologorum. Quod ad me attinet, ea omnia quae in hunc conferes, in me collata eſſe arbitrabor. Ego certe videor pro meo iure feciſſe, qui hominem ab Hieronymo Aleandro commendatum mihi, alteri Hieronymo, nec minus doctrina & probitate, quam nomine paene eidem remiſerim, & commendaverim: quae commendatio quantum ponderis apud te habuerit, fac quaeſo, ut in-

(1) In Doniano autographo exſtat alia ad Cl. Petruccium Romae morantem euſdem Donii Epiſtola, qua diuturnitatem ſilentii ſui excuſat, quod noluerit eius ſtudia retardare; nam ait adiunctam Romae ei fuiſſe praeter Graecarum literarum explanationem, Rhetoricae quoque extra ordinem docendae munus, atque in inſtruendis ſacris Spectaculis non minimum tunc eſſe eius laborem; quam epiſtolam dediſſem, niſi mutila, & imperfecta mihi occurriſſet. Habemus ex hac Donii Epiſtola egregium monumentum eruditionis, & laboris Clariſſimi Viri Georgii Gualtherii, qui in Siculis Antiquitatibus ſcriptiſque Marmoribus in lucem e tenebris eruendis primus palmam tulit; nam ſequenti anno MDCXXIV. Meſſanae apud Petrum Bream edidit volumen quartâ formâ ita inſcriptum: *SICILIAE, obiacentium Inſularum & Bruttiorum antiquae Tabulae, cum Animadverſionibus Georgii Gualtherii*. Primum locum obtinent Antiquitates *Meſſanenſes*, mox *Catanenſes*, *Syracuſanae*, *Agrigentinae*, *Thermenſes*, *Lilybaetenſes*, *Drepanenſes*, *Panhormitanae*, *Thermae Himeraeorum*, *Melitenſes*, *Liparenſes*, *Bruttiorum*, *Crotoniates*, *deinde & aliae*; *poſt quas Peregrinas quoque producit*, *& recentiores*. Illud opto, ut V. C. Ioſeph Pancratius, Clericus Teatinus, Socius Academiarum Etruſcae, Cortonenſis & Columbariae Florentinae eas omnes conferat, & in lucem proferat in ſuis Voluminibus, quibus Antiquitates Siculae explicantur, cuius primum volumen nuper edidit; & Celeberrimi Amici mei, nobiliſſimi Amſtelaedamenſis Iacobi Philippi D'ORVILLE vel egregius eius filius, vel aliquis ex eius amicis, inter quos Petrus Burmannus Iunior, & Franciſcus Oudendorpius Viri Praeſtantiſſimi, Bataviae praeclara duo lumina, in lucem emittant iam paene abſolutum Dorvillianum Opus, inſcriptum *Iter Siculum*; qui eximii labores immenſos antiquariae eruditionis theſauros ad Siculos ſpectantes nobis aperient, & antiquas Gualtherii tabulas locupletiore luce, & dignitate ornabunt. Dum haec excuduntur, accipio eximium Opus Excell. Principis Torremuzzae, item Socii Columbarii Florentini, qui Aleſae Antiquitates pereruditè integro volumine illuſtravit, vulgavitque hoc anno MDCCLIII.

telligam, ne ſuccenſuiſſe te dicam, quod veſtigatorem rui in ulrimam uſque Siciliam miſerim; quoniam ita evenit, ur eodem ferme tempore, quo Romam adveni, ru hinc celeriter aufugeres, ut fugiſſe videaris adventum meum. Quidquid ſit, ſcito huoc Germaoum non fungi munere fugitivarii, ac proinde nihil eſſe quod illi te celes (oiſi forte fugirivarius eſt, qui Antiquitatem iam refugam, ac tenebris obſitam iam retrahit in lucem, quod ſane naviter praeſtar) praeſerrim cum tu ſervus non ſis, niſi fortaſſe ea ratione qua Max. Pont. Servus Servorum Dei Chriſtianae modeſtiae cauſa ſe dicir; aur quatenus Religioſi homines ab Iuriſconſultis ſervis aequiparantur; quod ſi iure faciunt, oon modo tibi veoiam do (licet oon nihil ſubinvitus) quod hoc poriſſimum rempore, quo ſub Max. Principis tuique amiciſſimi auſpiciis Muſae revixiſſe videntur, Romam reliqueris; ſed etiam laudo proboque obſequentiſſimam Praefecti Ordinis tui voluntatem, qui non leviter fortaſſe deſiderium iſtius Inſulae indicantibus promptiſſime obſequutus eſt. Ceterum faxir Deus, ur ſi parens Rhetoricae proviocia tantum precibus valuir hoc rempore, quo ſic eſt eius indiga, ur hinc obtinuerit, qui ſe Rhetoricam doceat, deinceps mater & altrix omnium artium, & quod capur eſt, caput omnium genrium, qua valet polletque auctoritate, & imperio apud omnes populos, propediem repetar alumoum ſuum, cui ſane Romanos triumphos, quam lautitias Sieulas acceptiores eſſe docet. Vale Romae ex Quirinali XVI. Kal. Decembris MDCXXIII.

Verboſitarem Epiſtolae ne culpes oro, vel tibi imputa, cuius dulciſſimo colloquio diutiſſime frui, quatenus inter abſentes licet, concupivi. Io. Bapriſta Donius.

XIV.

Dionysio Petavio e Soc. Iesv v. c.

S. P. D.

Ioannes Babptista Donivs

QVum Florentiam perveniſſem, continuo mihi venir in mentem, quod de nonnullis quaeſtionibus, quae ad Kalendarium Iudaeorum & Arabum pertinerent, loquutus eſſes mecum, cum diceres cupere te eas velle proponere ei, quem tibi demonſtraſſem peririſſimum iſtarum rerum eſſe apud nos, qui linguam Hebraicam Piſis nunc docet. Deinde quum paulo ante meum ex iſta urbe diſceſſum enuntiaſſem ribi, hanc provinciam illi fore gratiſſimam, quod quidem ex litteris Hieronymi a Summaria Academiae Piſanae Curaroris, quicum mihi noonulla intercedit ſanguinis propinquitas, inrellexeram; qui a me de hoc rogatus, hominem illum ea de re ſollicitaverat; facere noo potui, quin te de eodem negorio rurſus admnoerem, denuoque pollicerer operam meam, ſi quaeſtiones illas perſcriptas ad me mittere velles. Quamvis enim Colmum (ſic enim appellatur oovitius ille Chriſtianus) nondum eum viderim, quippe qui adhuc Piſis non redierir; tamen quia ioſtare puto eius adveotum, quandocumque voles, iodicare mihi poteris quid facto opus ſir; non enim cedo, ut maior ſit tua cupiditas pangendi aliquid, quod litterarum ſtudiis & hominum utilitati proſit, quae maxima certe eſt (cum tam multa & tam elaborata iam dederis in vulgus) quam ſir meum ſtodium ac deſiderium ſerviendi tuis commodis, & quibuſcumque mandatis ooerate, immo honorare me ſtatueris, totis viribus gratoque affectu exequendi. Sic enim velim exiſtimes me univerſo Ordini veſtro ita eſſe ſummis beneficiis obſtrictum, ut eum plurimum amem. Viris autem eius Ordinis pietate & eruditione eximiis, inter quos omnium confeſſione primas tenes, ſic a me diligi, ab iis me deligi, cuius opera in ſuis glorioſis laboribus utaorur, ſummopere gaudeam atque exulrem. Vale. RR. PP. Frontoni Ducaeo, Iac. Sirmondo, ac Sigerio ſalutem meo nomine dicas velim verbis ampliſſimis. Vale. Florentiae[1]. . . .

XV.

Ioannes Baptista Donivs

S. P. D.

Peiirescio

BIeonium ſupra aliquot menſes excurrit, ex quo te, Vir Clariſſime, quem doctrinae ruae, & humanitatis fama cogni-

(1) Scripta videtur anno MDCXXIV.

cognitum habebam, de facie noſſe coepi. Id evenit cum ſecunda mea in Galliam profectione in contubernio eſſem Octavii Corſinii Nuntii Pontificii, cuius in aedibus, & is, qui nunc eſt in Flandria, Nuntius hoſpitatetur, bis aut ter memini te vidiſſe, atque audiſſe te de rebus eruditis docte, ut ſoles, & copioſe loquentem. Magna porro me tunc temporis inceſſit cupido, arcta familiaritate te complectendi, perpetuaeque obſervantiae atque obſequii erga te mei pignus aliquod & teſtimonium offerendi. Defuit occaſio, non defuit animus atque voluntas; quam eouſque propenſam habeo erga viros tui ſimiles, hoc eſt, eruditos & probos; ut hunc vel ſummum, vel praecipuum fructum illius meae peregrinationis fuiſſe exiſtimem, notitiam mihi comparare virorum aliquot eruditione praeſtantium; quo in numero recenſere poſſum Nicolaum Rigaltium, Claudium Salmaſium, Deſiderium Heraldum, Ludovicum Servilium, Iac. Gutherium, Henricum Spondanum, Petrum Berthium, Dionyſium Petavium, Iacobum Sirmondum, & alios nonnullos. Poſt meum ex Gallia reditum in dies augeſcere ſenſi deſiderium, quo iam tum flagrare coeperam, inſinuandi me quocunque modo poſſem in amicitiam tuam; praeſertim quum poſt Vrbani P. M. electionem, quem divino plane nutu ſublevando tei Chriſtianae ſtatui deſtinatum videmus, evocatus Florentia ad Aulam Illuſtriſs. Card. Franciſci Barberini Romam venerim, qua in Vrbe nimitum non paucos tui ſtudioſos in praeſentia eſſe non ignorarem, quorum ſuffragatione, & interventu propoſitum meum adiuvari poſſe confidebam. Sed quum in hoc numero Hieronymum Aleandrum conſpicetem, quem eruditionis copia, & motum ſuavitas, hoc eſt vitae, quae tecum illi intercedit ſimilitudo, tibi iam pridem conciliavit, quique adeo tuo merito in ſuorum neceſſariorum numerum me iam pridem habere coepit [1] .. .

Reliqua deſunt in Doniano autographo.

XVI.

Ioannes Baptista Donius Petro Strozio S. Florentiam

QVod tibi quum Romae eſſes, pollicitus nupet fui, nunc ut me bonae fidei eſſe ſcias, oblata occaſione ad te mitto, Vir Clariſſime, Edictum ſcilicet nuper conceptum adverſus eos, qui propria auctoritate cuiuſcumque generis ſcriptos Codices diſtrahunt, emunt; ac tametſi illud te non ignotare volo, eiuſmodi eſſe hoc Edictum, ut parum, uti, vel nihil utilitatis inde capere poſſis, in eo quod cupiebas. Nam quod ſummum & praecipuum erat cavere de libris membranaceis, qui ut diuturniores ſunt, ita maiore damno quotidie depereunt, id totum imprudenter eſt omiſſum; nec ulla mentio in eo fit bracteariorum, ſive quo alio nomine vocandi ſunt, qui aurum in folia malleando attenuant; apud quos potiſſimum membranae veteres naufragium faeiunt [2] Atque id propterea accidiſſe cognovi, quod qui Edictum ſcripſerunt non plane re perſpecta Illuſtriſſimi Cardinalis Barberini, qui non eo conſilio, quo illi ſuſpicabantur, ad hanc rem animum applicuit, adſenſum temere, & properanter extorſerunt; eo quod ipſorum non maturo iudicio delata res eſt; quod impedimento fuiſſe puto, quominus hactenus ſit publicatum. Itaque licet parum idoneum inde praciudicium deducere poſſis ſimilis cautionis a Sereniſſi-

(1) Eodem anno & haec Epiſtola a Donio Romae ſcripta videtur.

(2) Id ipſum ſummo litterarum bonarumque artium commodo, honore & gloria, ac praeſertim Florentinae, totiuſque Etruriae Hiſtoriae evenit, iuſſu Magni Ducis Etruriae, curante Celeberrimo Carolo Strozio, Antiquitatum omnium parente; nam Edicto cautum eſt anno MDCXXVII. ut nullae veteres Scripturae, libri, contractus, inſtrumenta, membranae, denique ſcripta omnia monumenta, & volumina, ſive Graeca, ſive Latina, vel Etruſco ſermone ſcripta, vendi, diſtrahi, & in alium uſum converti poſſent, ni antea inſpexiſſet idem vir peritiſſimus Carolus Strozius, Senator Florentinus, qui hoc conſilio Litterariae Reipublicae bono conſuluit, ne antiqua litteris mandata monumenta perirent, & proiicerentur; adeoque brevi inſignem Bibliothecam inſtruxit, & optimis ſcriptis eruditorum virorum, & Hiſtoricis libris tum ſuam, cum amicorum, ac praeſertim Em. Card Franciſci Barberini Bibliothecam locupletavit, ab interitu & oblivione pretioſa haec κειμήλια vindicavit; cuius rei memoriam, & laudes fuſius proſequitur V. C. Salvinus Salvinius, mox Canonicus Florentinus (cuius obitum nuper deflevi) in eiusdem Caroli Strozae Vita in Faſtis Conſularibus Sacrae Academiae Florentinae, Florentiae editis ann. MDCCXVII. *pag.* 456. Magnopere laudandus Celeberrimus I. B. Donius, qui primus omnium huiuſmodi beneficium ad optima ſtudia amplificanda, ac reparanda, excogitavit, & literato Orbi monſtravit.

piſſimis noſtris Principibus obtinendae; tamen ut rem totam diligentius perſpicias, eo haud te fraudandum putavi. Incumbe igitur, vir doctiſſime, in iſtam curam, ut tuis conſiliis tuaque induſtria, ſi qui iam reliqui ſunt in Etruria veteres pretioſi libri (nec enim iotra unius urbis muros tam ſalubri lege conſultum velim) ab interitu vindicentur. Rem dignam facies, mihi crede, te ipſo, dignam maioribus tuis, gratiſſimam maioribus noſtris, qoorum vigiliia, & labotibua per te conſervatis ad aeternitatem nominis illorum, ad ornamentum & otilitatem poſterorum, non modicam ab hia conſequeria mercedem praedicationia, & gloriae: negotium totum, ni fallor, nec arduum etit, & ſi eſſet, auctoritate, & gratia, qua plorimum valea & pollea, facile & proclive fiet. Ceterum quae ſint, quaeve oon ſint Conſtitutione, quae ſuper bac re te obtinere velle demonſtraſti comprehendenda, ſi una eſſemus, pluribus tecum fortaſſe agerem, dumtaxat, ut meae partes eſſent diſcendi. docendi tuae. Attamen non conſilii dandi, ſed meae ſententiae aperiendae cauſa, in praeſentia facere non poſſom, quin hoe dicam; me exiſtimare ea domtaxat, quae ad rem faciuot quam breviſſime eſſe cavenda; oec multia verborum ambagibus oblaqoeandos eſſe, quorum in manoa libri calamo exarati praeſertim antiquiores rato aut nunquam iocidere ſolent: atque adeo id in ſumma cavendum, ne opificum opera annoſa volumina peſſum eant, oeve potiua cum blattis ac tioeia conſeneſcant, quam manibua hominum ventilentut: quippe ſenectute orbis terrarum eo devenimus, ut non minus hodie remediia, quam olim morbia peccetur. Eidem Epiſcopo Samminiatenſi has literas dare decreveram multia ante diebua a me ſcriptas, ſic quamdiu incertum fuit quo die eſſet diſceſſurus, quod de improviſo fete ipſo accidit, ea occaſione vel ſum fruſtratus, vel certe non uſus.

Epiſcopo Samminiatenſi, a quo Edictum illud accipiea, haſce literas tradete cupiebam, ſed improviſua ipſius diſceſſus, poſtquam ſemel conſtituta die vehiculotum penutia diſcedere non potuit, fruſtra me habuit.

XVII.

Ioanni Baptistae Donio
Viro Ornatissimo
Petrus Stroza S. P.

LIbentiſſime meam tibi hactenus operam apud Sereniſſimoa noſtroa Priocipea praeſtitiſſem, ſi de quo tuia ad me ſcripſiſti humaniſſimis literis Edictum accepiſſem ab Epiſcopo Sammioiatenſi. Is negat ſe quidquam aliud accepiſſe a te, quam epiſtolam, & librum ad patrem tuum. Plane cautionem in Edicto rei literariac maxime utilem contineri mihi ſignificaſti; & propterea tanto magis obſequi deſiderio tuo cupio; qui tuis commodia ſemper paratus ſum. Si vero ab Epiſcopo, vel a te Edictom in poſterum accepero, mandatum tuum diligenter cutabo. Maxime velim eruditiſſimum pariter ac humaniſſimum Caſſianum Puteum plurima ſalote meo nomine impertias. Vale Florentiae III. Kal. Iulii MDCXXIIII.

XVIII.

Ioanni Baptistae Donio
Viro Ornatissimo
David Colvillus Scotus

ORnatiſſime mi Domine Doni, plurimi ſacio amicitiam, quam facundiſſimia literia tuia oſtendiſti, & ſancte polliceor me ſemper rite culturum, quae modo coepta eſt, neceſſitudinem; ſic enim meretur ſingularis tua eruditio & ingenuitaa, qoam ſatis ſuperque mihi perſpicere videor. Romam certum eſt nunc tertio reviſere: res meas, hoc eſt ſchedas compono, cum patribus iſtia dextre ago, ut cum bona venia relinquam, qui me amant, & ego illos; quia cum bonis bene agier oportet. Multum impreſſit maieſtas Legati, tanquam via humana maior: qoid enim Heroes hominibua, qoam Dii quidam? Ego hic ut ab omni ambitione me liberum praeſervavi, illic multo magis ſervabo, ſi Deus mihi mentem ſanam inſpiraverit, intra pelliculam meam, quia ſupellex curta miſero, te inprimia cum amicia colam & amabo ubi ſuero, & quocumque ſtatu.

De

De iis vero, quae ad me ſcripſiſti, ſic accipe. Quaeſivi qua potui diligentia Inſcriptiones illas Hiſpaniae, & quas reperi, ſubiiciam.

I. Primo ſunt quaedam ab Aoretano (ſic enim ſcriptum eſt nomen viri) collectae, mandato Caroli quondam Principis Hiſpaniae & filii Philippi II. In folio, craſſitudine trium digitorum cum ipſis figuris & magnitudinibus marmorum, cipporum & ruderum; ſed multa ſunt vacua in Codice, ut vix unicum digitum exaequent.

II. Sunt aliae Inſcriptiones Hiſpaniae perinde in folio digitali craſſitudine cum ſuis figuris; ſed nondum relatae in indicem Bibliothecae, ſicut neque quae ſequuntur, diverſae ſunt a praecedentibus.

III. Sunt aliae in 8. digitali plus minus craſſitudine, & in primis ſchedis authoris cum ſuis lituris & characteribus minuſculis, ſine figuris ipſorum marmorum & monumentorum; ſed quae mihi placuerunt, quia curſim vidi multa minutiora, quam in aliis, praecipue ex Corduba & circumvicino agro; ſed quae aegre legi poſſunt propter lituras &c.

Excerpere ex his & ſeligere anecdotas non eſt in praeſentia datum; quia hic non ſuppetit Gruterus, quod equidem doleo: libenter enim id praeſtarem tui cauſa; quamvis adeo non premor, ſed vere enecor ſcribendo, ut ſancte dixerim, me nihil agere niſi animam ſcripturiendo. Niſi ipſemet hic adeſſes, aut alius, cui otium eſſet, illa integre deſcribere, nihil operae pretium fiet meo iudicio, ſi antequam diſceſſero dabitur otium, ut quae prae manibus accepta habeo, ſi vel tantillum reſpirare ſiverint, ſancte polliceor me daturum operam deſideriis tuis quam maxime ſatisfaciendi, & conſilio quod a literis iſtis initurus es.

Deinde quod ſpectat ad illa de Bibliothecis; vidi illa quae ſunt ſub nomine Ambroſii Morales cum titulo iſto Hiſpanice: *La razon de la emienda q. agora a hecho Ambroſio de Morales en el aſſiento de los libros que avia hecho para S. Lorenço*. Eſtque tantum brevis ſchedula cum ſuis lituris & obeliſcis, & quam legi, nec videtur ulli uſui futura; quia agit de pluteis cum ſuis cancellis, quos non potui capere quid ſibi vellent, niſi alicubi in rerum natura exiſterent. Deinde eſt inſtructio Ioannis Baptiſtae Cardonae perinde Hiſpanico idiomate pro eadem Bibliotheca in 8. viginti plus minus foliorum; ſed ſcriptura & lineis diſſitis, quae ad pauciora reduci poſſunt; ſi iſtam animus eſt ut tranſcribam, certiorem me redde, & cum venia Patris Bibliothecarii tranſcribendum curabo, nec quidpiam omiſſum relinquam, quod tuae dignitati, ſtudiis, aut voluntati quadrare poterit. Vale, mi cariſſime Domine, & incolumem te reddat Deus laribus cum reliquo comitatu. III. Kalend. Auguſti MDCXXVI. ab aede S. Laurentii ad Eſcuriacum.

XIX.

IOANNI BAPTISTAE DONIO V. N.
IO. BOVVDSLOTIVS

FAteor, ac prae me fero, V. N. & C. a me nimium Deae Vacunae litatum eſt, ac diutius adhuc fortaſſe ſiluiſſem, niſi obſequium & amor in te meus pernox & perdies ab aliquot menſibus fatigaſſet. Hic ipſe eſt, qui ſtudiis quotidianis invigilantem ſuſcitat, rebus domeſticis inhaerentem diſtrahit, muſicis delinimentis, ut noſti, diutinae lectionis taedium ſublevantem

Sevocat a caſtis, Donie, Virginibus;

& eorum memoriam renovat, quae per familiaritatis noſtrae gratiſſimae tempus decurſa & tranſacta ſunt. Itaque non ulterius ſegnitiem promovebo, non amplius ſtimulos veterni mei ac ignaviae violentiſſimos excuſſores feram. Abſit a me tantum negligentiae dedecus, ut dum in literis, ſi poſſidere geſtis, voluptatem, deſiderii tempore torporeque conſumam. Hoc nomine me peccaſſe declarat ipſa confeſſio. Verum ſi Iudices quamvis implacabiles reorum poenitentia mitigar; fac gratiam redditurо, ſi culpam emendare permiſeris. De ſtudiis & meditationibus ad virum eruditiſſimum Lucam Holſtenium ſcribo, quae rogo videas, ſymbolamque ſi vacat, conferas. Vis ne inſuper narrationem totam exactiſſimam, quae in Gallia geſta ſunt a VII. menſibus? Faciam intra paucos dies lubens, quum Epiſtolium iſtud placuiſſet co-

cognovero. Vale Vir Nobiliſſime. Datum Lutetiae I. die Novemb. MDCXXVII. (1)

XX.

Molto Illustre Signore mio Singolarissimo

Motore del preſente inviatomi è ſtato l'animo ſuo in ogni virtù nobiliſſimo. E certamente col ſuo cognome non pure correlativa, ma individuale ſi conoſce eſſere la natura ſua donatrice. Il dono per ſuo merito aſſai mi diletta, e per il favore che mi fa VS. ſopra modo mi onora. La preſente occaſione mi fa non dirò emulo, ma imitatore della ſua corteſiſſima benevolenza; però al Signor Canonico ſuo fratello ſi è conſegnato il terzo Volume de' miei Proginnaſmi per indirizzarlo a VS. La prego a gratificarmi della ſua lettura, e della ſua lima; la quale tò quanto ſia fine, e degna di ripulire i diamanti, non che il ferro rugginoſo, qual'è l'opera mia. Il mio Ditirambo eſtratto dalle antichiſſime rovine di Grecia, non ha in Roma conſeguita niuna ammirazione, o per la ſua malagevolezza, o per la ſtravaganza, o per il demerito ſuo. La novità della Poeſia, e l'ardimento dell'impreſa, e la curioſità degli uomini mi perſuadevano alcuno acquiſto di lode. Ma ciaſcuno teneramente diviene adulatore delle proprie azioni, e temerariamente ſi fa ſempre felice augure del ſuo intereſſe. Ma Roma nata, e avvezza continuamente alle grandezze, ſdegna di mirar sì baſſo con la mente altiera. Ma non conviene, che la mia loquace lettera diſturbi l'occhio de' ſuoi ſtudi, e aggravi le fatiche delle mie occupazioni. Prego dunque ogni eſultazione alla perſona ſua; alla quale fo umil reverenza, e mi profeſſo perpetuo Servitore.

Di Firenze il dì XX. di Febbraio MDCXXVIII.

Di VS. Molto Illuſtre

Devotiſſimo Servitore
Benedetto Fioretti.

XXI.

Molto Illustre Signore e Padron Singolarissimo

Tanto ſi è ampliato il diletto della ſua Ode nell'animo mio, che non potendo tutto capire nella mente, ſi è diffuſo per queſta lettera. Rinnuovo la congratulazione con VS. della ſua forma Oraziana, tutta dipinta di ſtile fiorito, magnifico, e ſplendido. Reſta incapace di ſe ſteſſa l'ammirazione in me, come la ſua Muſa fra i laberinti della Corte ſappia ritrovar la via di condurſi con tanta grandezza in Parnaſo. Mi contriſta dall'altra parte la fortuna ſcompagnata dalla Virtù. Mi accreſce il ſiniſtro augurio la ſua modeſtia, la quale ſe non rimuta ſtile, ſortirà poco bene. Coteſte ſervitù richieggono audacia, importunità, ſollecitudine; là dove la ſua natura confidata ne' propri meriti, ſpera, e aſpetta quel che l'altrui malizia, e inſtanza potrebbe uſurparle. Queſto non è mio diſcorſo intero; ma è una dettatura di alcuni ſpiriti elevati, e benevoli. Rendo le debite grazie a VS. di tanti donativi, che in ſuo nome ſpeſſo mi onorano. Prego Dio, che le retribuiſca per me ogni conſeguimento di bene.

Di Firenze, Il dì III. di Marzo MDCXXVIII.

Di VS. Molto Illuſtre

Obbligatiſſimo Servitore
Benedetto Fioretti.

XXII.

Molto Illustre Signore mio Carissimo

Il dì XXVII. del paſſato mi venne a trovare il Signor Canonico Fratello di VS. e per parte ſua mi domandò un libro di mie Compoſizioni ſtampate, e appreſſo mi preſentò un Epitalamio di VS. intitolato Corona Myrtea, *fatto per le Nozze dell' Eccellentiſſimo Signor Don Taddeo Barberini; onde io venni favorito da ſpecial favore della ſua corteſia. Ero in non buono ſtato di ſanità di più, e più giorni; talchè la ſera ſteſſa mi conveane fermare*

(1) Io. Bourdelotius tunc erat a libellis ſupplicibus Reginae Matris.

mare in letto, dove ſono tuttavia travagliatiſſimo, però non ho potuto godere del ſuo favore con la lettura di tale Epitalamio. Ma ſi bene l' ho ſentito celebrare a chi l' ha veduto. Io diedi allora al Signor Canonico le Compoſizioni di Michelagnolo Buonarroti mio antico raccolte da me, e dedicate agl' anni paſſati a Sua Santità mentre era ancor Cardinale. Che Compoſizioni mie, per me non ho date alla ſtampa, ſalvo che alcune coſe ſpicciolatamente, che la neceſſità di feſte, e nozze di Padroni ne ha dato materia, e credetti che ci foſſe nota queſta equivocazione di Compoſizioni di Michelagnolo Buonarroti. Diſſemi allora il Signor Canonico aver da preſentarmi una lettera di VS. ma non l' aveva ſeco: Ricevettila poi in tempo, che prima che ora non ho potuto riſpondere, ed è de' 12. del paſſato; egl' è ben vero, che ſe non foſſe, che me l' ha preſentata il Signor ſuo Fratello, che dice che l' è ſua, io non ſaprei, a dire il vero, a chi io m' aveſſi a indirizzar queſta; giacchè VS. vi ſi dimenticò il ſuo nome. Per la ſteſſa lettera trovomi domandate da VS. con particolare onore le medeſime Compoſizioni, e bene aveva cagione VS. e la perſona per chi ella ſcrive, a credere che io gliel' arei mandate più che volentieri, ed avrei dovuto renderne loro grazie particolari, ſiccome fo; Ma non ci ho che dire altro, che quello le ho detto di ſopra, cioè, che non ho ſtampato mie rime. Ho da render grazie a VS. che l' abbia meſſa fra le ſue gemme, memoria di mia teſtimonianza, ma che sì baſſo nome non le nocchi. Poſſo più che mai mandare a VS. diſegno della pietra che lei crede Etruſca, perchè oggi è nelle mie mani; farollo, come io ſia ſano, e farò ſimilmente diligenza di tutte l' altre coſe, e per ora farà teſtimonianza, come io non poſſo, Giſmondo Buonarroti mio nipote preſente Scrittore, che dice che io fermi, e non detti più, ed io volentieri cedo; e baciando le mani a VS. con lodare grandemente il ſuo concetto onorato, le fo reverenza, e le prego da Dio ſomma felicità. Di Firenze il dì primo di Aprile MDCXXVIII.

Di VS. Molto Illuſtre

Affezionatiſſimo Servitore
Michelagnolo Buonarroti.

XXIII.

Molto Illustre Signore mio Singolarissimo

Sommo diletto, e incredibile ammirazione mi ha data la Ode Pindarica di VS. concetti maeſtevoli, verſi numeroſi, parole ſcelte, locuzion graviſſima. Le altre Compoſizioni latine da lei per altrò tempi moſtrate a me; ſenza fallo in paragon di queſta riuſcirebbero aborti poetici. Al mio intelletto pareva di meditar leggendo i Cori di Sofocle, e di Seneca, per l' altezza, e la ritiratezza elocutoria. Niuna dimoſtrazione vi manca di Pindareggiare, ſalvo che la privazione degl' epiſodi. Con tutto ciò la ragion critica può a favor voſtro ſentenziare, che quel ſublimiſſimo Lirico introduceva le digreſſioni delle Città, degli Eroi, degli Iddei, per aggiugner maeſtà alla ſua Poeſia, la quale per lo ſubbietto, e per l' obbietto, frequentiſſime volte ne rimaneva povera, e oſcura; qui l' eccelſitudine de' perſonaggi, ſontuoſa, e illuſtre, rende quella materia ſenz' altro biſogno d' impiego encomiaſtico. Non è ditirambica, ma sì bene magnificentiſſima la voſtra Lira; perocchè la eſſenza del Ditirambo è fondata ſopra coſe relative a Bacco: lo inſtrumento coeſſenziale ſi è il parlar ſeſquipedale, e il numero ampolleggiante: altrimenti ogni Scrittura graviſſima potrebbe nominarſi ditirambica; il che non può regolarmente avvenire. Mi offende l' orecchie il ſenſo imperfetto nella fine delle ſtrofi, ripigliato nel principio della ſuſſeguente ſtrofe; non oſtante l' eſempio de' Greci, e de' Romani. Se le Strofe, l' Antiſtrofe, e l' Epodo erano realmente diverſificati di moto, di ſtato, e forſe di canto, e di ballo fra loro; quale aſſurdo è queſto, che il ſentimento del parlare ſi rimanga indiſtinto là dove s' intromette la diſtinzione di tanti requiſiti? Pervertimento dell' arte ancora iniquiſſimo è preſſo gli antichi Lirici lo ſtorpiamento della dizion finale nel verſo; come in que' ſaffici V-xorius: e inter-lunia. Verſi perverſi; perocchè ſe il verſo è una miſura artificiale del parlar volgare, mentre s' interrompe, rompe le ſue leggi, perchè non ſerrà la ſua eſſen-

eſtenſione fra i ſuoi proporzionati termini. Scuſi VS. queſta mia libertà Apatiſtica, e non adulazion Cortigianeſca. Tardi riſpondo; perchè tardi ho ricevuta la Ode. N. S. la feliciti ne' ſuoi ſtudi, e la eſalti ne' ſuoi progreſſi. Di Firenze il dì XXIX. di Aprile MDCXXVIII.

Di VS. Molto Illuſtre

Cordialiſſ. Amico e Serv.
Benedetto Fioretti.

XXIV.

IOANNI BAPTISTAE DONIO
DAVID COLVILLVS SCOTVS
S. P. D.

QVamvis, Perilluſtris mi Domine Ioannes Baptiſta, non datum fuerit pro voto, iſtic amicitia tua frui: ea enim fuit calamitas animi, ut invito diſcedendum fuerit, cum minime id ſperarem, aut cuperem ab amicorum conſortio, atque adeo patronorum tutela ſeparari; memor tamen ſemper verae amicitiae, quae viros ingenuos decet, quum memoria tenerem praeclaros illos labores tuos in colligendis antiquorum monumentorum Epigrammatis, quos indicaveram ornatiſſimo Viro Domino Proſpero Balbo ex familia nobiliſſima Balborum, cum quo ſingularem amicitiam hic Auguſtae iniveram ob ſingularem illius humanitatem, tum omnimodam in omni literatura eruditionem, & inter cetera in Numiſmatum & Inſcriptionum notitia, iſtas duas, quas ex villa ſua hoc eodem fere tempore eruerat & pro re nata, animi gratia, commentatione illuſtrarat, in teſſeram amicitiae tibi tranſmittendas conceſſit. Poterit quidem ille pro ea, qua eſt humanitate, & ingenuitate, non parum rem tuam augere, cum multa hic ſint, ut putat, quae luci nondum ſint tradita; ego pararii partes agere ſtatui apud hinc inde amiciſſimos mihi viros, quos ſummo ſtudio perinde colo, nihilque mihi gratius accidere poterit, quam viros ingenuos videre inter ſe mutuo amore, & officiis in communem utilitatem literarum conſpirare. Ego principium a te reliquum praeſtandum, ſi animus eſt: poteris familiariter ad ipſum ſcribere: ego latine ſcripſi, quia nondum reſtitutus ſum Latio, quam ſatis olim noveram, ita cum Ibera commiſceo, ut nulla magis inter Maranos ipſos hibrida ſit, quam haec mea loquela; ex mera fateor incuria ortum, ut cum amicis, & notis eadem lingua pro voto agere ex animi ſententia nequeam. Ex toto corde ſaluto dominationem veſtram perilluſtrem, & Dominum Suarez, Phoebum vero veſtrum adoro, licet hic in mediis frigoribus, & motibus omnia ſuſque deque agitentur: ego tui in perpetuum. Auguſtae Taurin. ipſis idibus ni fallor Maii MDCXXVIII.

XXV.

IOANNES BAPTISTA DONIVS
GASPARI SCIOPPIO V. C.
S. P. D.

COgitaveram iam pridem, Vir eruditiſſime, dolorem, ac moeſtitiam, quam ex tuo diſceſſu conceperam, aliquid literarum ad te ſubinde miſſitando, lenire; qua ſola videlicet ratione id conſequi poſſe videbar, ut tui abſentis deſiderium aliquantulum conſolarer. Nam quum te ſemper benevolentia non vulgari ſim proſequutus, & officiis non perfunctoriis coluerim, ex quo inſignem tuam eruditionem deguſtare, atque adamare caepi, non potui, te Roma abeunte, non vehementer dolere, atque angi, cuius ſuaviſſima conſuetudine, doctiſſimiſque colloquiis mihi poſtmodum cariturum eſſe intelligebam. Verum, partim occupationibus meis, partim deſidia quadam ſcribendi (mire enim hac ex parte ſum μισόπονος) effectum eſt, ut dum diem ex die duco, plurimos mihi menſes otioſos effluxiſſe ſenſerim. Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν quandoquidem quod factum eſt infectum eſſe nequit. Humanitatis tuae erit, ſilentium meum in bonam partem accipere, conſtanterque credere, non ulla oblivione tui (de quo ſaepiſſime meminiſſe me, Pappus tuus, immo noſter, ſidem facere poterit) ſed ob eas, quas dixi cauſas tamdiu me ſiluiſſe. Interim faciam id, quod litigantes nonnumquam ſolent, qui ubi cauſae ſuae minus ſidunt,

dunt, muneribus graſſantur; ac proinde ſi forte mihi ſubiratus es, aliquo munuſculo te placare conabor. Accipe igitur nuperrimum iſtum ingenioli mei foetum, ideſt, Carmen Epitalamicum, quo Principis Iuventutis noſtrae feliciſſimas nuptiss, aliorum exemplo accenſus, maiore aliqusnto impetu, & obſequendi voluntate inſtructus, quam poetica facultate praeditus, praeterits hyeme celebravi. (1) Minime porro dignum donum, quod tibi tali tantoque Viro a cliente ruo (permitte quaeſo, Patrone amantiſſime, hunc mihi titulum arrogsre) quantumvis rerum talium egeno, mittatur. Sed quid faciam? nec meliores fructus fundus meus, cum per ſe ſterilis, & infsecundus, tum diutino ſitu ſquallidus & incultus, &, quod mirum in modum me torquet, aulicse vitae ſpinoſiſſimis curis, malo meo fato, per tot snnos obſitus, in praeſentia reddere poteſt: nec ſi aliud συνταγμάτιον luculenrius haberem, continuo huic antetuliſſem; nam, ne ſis neſcius, non ob eam tantum, quam dixi, cauſam, poematium iſtud in hunc faſciculum conieci; ſed multo magis, ur graviſſima iudicii tui lima melius, ac politius evadar. Cenſoris igitur, & quidem moroſiſſimi in eo examen, ac libram deſidero: quam provinciam, ſi me amaa, meaeque exiſtimationi conſultum cupia, quaeſo ne detrectes: valde enim cupio primss haſce carminum meorum primitias, quae brevi cum aliis eiusdem argumenti poematis Latinis, vernaculiſque in lucem prodituræ dicuntur, ad exactiſſimam normam acerrimi iudicii tui, quo praerer caeteros polles, expendsntur: (2) ſpero enim aliis placitura, quae ribi non diſplicuiſſe cognovero, quem unus totius latinitatis peritiſſimum, ac longe in omnibus lireris, ac diſciplinis conſummatiſſimum Virum, aetss noſtra communi omnium ſuffragio cenſet. Sed antequam Carmina ipſs evolvss, ne pigeat, oro, epiſtolium illis praefixum curſim lectitare: ibi enim nonnulla de impedimentis, quae mihi ad recte ſcribendum obfuerunt, non ſine cauſa praefari volui, quorum tamen vix minimam partem attigi: ior enim curis; atque avocamentis ab hoc genere ſtudiorum, praecipue aliquot iam menſes, abſterreor, ut aliquando mirari ſubeat, qui potuerim in hoc genere vitae, ad quam minime natura me genuit, interque tot moleſtiſſimas ſollicitudines, multipliceſque cogitationes, homo pigerrimus, fatebor enim quod verum eſt, nullaque memoria praeditus (neminem enim uſque adeo obliviosum me noſſe perſancte iuraverim) & nullo plane ſcribendi uſu exercitatus (rariſſime enim ſtylum arripio) qui potuerim, inqusm, a me impetrare, ut periculum mei facerem; in eo praeſertim genere Carminum, quae numquam hactenus tentaveram, eaque qualiacumque ſunt, ad exitum perducerem. Via tibi verum fatear? minus poſthac viribus meis diffidam; quandoquidem Carmen iſtud nullo calore animatum (qui praecipue ῥαθύμως, & impatienter, ur ego ſum, excitare ſolet) melius, quam putaveram, proceſſir. Miraberis fortaſſe quorſum a me haec dicantur: deſines mirari, ſi ab eo tempore, quo exorſus ſum pangere, uſque ad finem, ter, vel qnater habitationem me mutaſſe cognoveris: huc enim illae migratiunes, de quibus in Epiſtola, pertinent: ſemel ex domo Quirinali Illuſtriſſimi Domini mei in alias aedes; deinde in Albsnum, cum nuptiae celebratae ſunt, mox iterum in aedes illas Quirinales, ac demum in Pslatium Vaticanum, quae migrationes, Deus bone, quot, qualeſve moleſtiss habent! Quidve validius eſt ad calorem illum poeticum, & alacritatem omnem penitus extinguendam, ſine qua nec ulla voluptas eſſe poteſt pangendi carminis, nec, ea dempta, quidquam quod aetatem ferat, aut ſaltem quod placeat, excudi poteſt? Quin etiam vens ipſa ram longo ſpatio delaſſatur, rotque interceptionibus omnino evaneſcit, ut esm toties reſumere, quamvis permultum enitaria, vix poſſis. Mitto habitationis incommoda, quae nemini fere quotannis peior a noſtris deſignatoribus (propter nimiam ſcilicet modeſtiam mesm, atque

(1) Vt puto indicatur a Donio *Corona Myrthea in nuptiis D. D. Thadaei Barberini, & Annae Columnae. Romae apud Impreſſores Camerales anno MDCXX. in forma 8.*

(2) I. B Doni *Carmina ad diverſos* Romae prodire ex iisdem typis anno MDCXXVIII. in 8. & anno MDCXXIX. in 4 quae a Leone Allatio in Apibus Vrbanis laudantur.

δυσωπίαν) quam mihi aſſignatur; adeo ut ſi qua ſunt cubicula, ob aſſiduum ſolem aeſtuoſa, vel ob vicinum ſtrepitum inquieta, ea potiſſimum mihi contingant. Mitto me prorſus deſtitutum libris omnibus, ut, ſi quos adhibere in exilium, ſcribenti ſit neceſſe, hinc, & inde ab amicis ſint emendicandi. Quid? an non etiam plurimum obeſt pingentibus carmen, multiplex, & confuſa rerum congeries, ſtudiorumque diverſorum tractatio, quae, ut memoriam onerat, ita *διάνοιαν*, ac vim ingenii hebetat, & confundit; ut quemadmodum in fluviis, procidentibus in eos undique ripis, evenire ſolet, vena poetica minus libere, placideque fluere poſſit, ubi eam multiplex, ac turbulenta cogitationum moles obruerit. Hoc genus impedimenti, ut mihi quam maxime obeſſe poſſit, nimia fortaſse curioſitas, reſque longe diverſas diſcendi ſtudium in adoleſcentia praeſtitit; mox confirmata iam aetate easdem res accuratius tractandi in communem hominum utilitatem, ingens quoddam deſiderium effecit. Sed hiſce de rebus plura fortaſſe tecum alias confabulabor (rem gratam enim tibi me facturum puto, ſi quae rei literariae augendae, atque illuſtrandae, iam pridem molior, indicavero) ne te tam inſulſa epiſtola diutius retineam. Haec enim ideirco fuſius a me dicta ſcias, ne poematium iſtud ab homine occupatiſſimo profectum, adeoque tumultuoſe, & (ut Siſennae verbis utar) ſaltuatim, & quaſi vellicatim compoſitum ne ignores, quo libentius ſi quae in illo erunt, ut certo eſſe ſcio, frigida, diſſipata, & male cohaerentia, pro tua humanitate ignoſcas, memineriſque, & ſi non cito, attamen raptim, ac properanter, invitiſque (ut aiunt) Muſis non tam effectum, quam extortum.

Nunc de ratione ipſa carminis pauca. Conſtitueram ab initio Ideam illam, quam Sanctiſſimus Dominus noſter, & Muſageta Sapientiſſimus ex Pindarica libertate, Horatianaque caſtitate compoſitam, admirabili ſucceſſu exequitur, attentare: ſed cum memet ipſe circumſpexiſſem, tam parum ab ingenio, exercitatione, atque otio inſtructum animadverti, ut huius laureolae ſpem minime in praeſens ambiendam putaverim. Tranſtuli me igitur ad hanc, quam vides ideam, liberiorem quidem illa, nec omnino cum Pindarica conſentientem, ſed ut poſtea apud Hephaeſtionem obſervaſſe videor, nec Graecis quidem ipſis incognitam: huius enim ſunt fortaſſe generis poemata, quae in eo Enchiridio, multis in locis lucem deſiderante, *κοινά*. Scilicet potius *μικτὰ συστηματικὰ* appellantur; quod maiori diſquiſitione indiget, nam (ut verum fatear) nondum plane conſtitutum habeo, an quae Hephaeſtion de duabus Alcaei Odis commiſcendis, ſive coniungendis (hoc enim exemplo utitur) ediſſerit, de huiuſmodi Odarum ſpecie, intelligere debeamus. Interea, ſi tibi videbitur tanti, locum attentius inſpicere poteris, quidve de tota re ſentias indicare. Sed hunc auctorem fortaſſe aliquando ſi Deus faverit, lacunis ſuppletis, additaque verſione, uberique commentario, illuſtrabimus; iam pridem enim in animo habemus nonnulla de ratione carminum, & rhythmo apud veteres Graecos commentari. Sed de his ſatis, aut etiam nimis pluſquam ſatis.

Gaudeo Paradoxa illa tua ſub praelo eſſe, quorum etiam titulos avidiſſime perlegi: quid quaeris? cum novitate ipſa, tum *μικροτεχνίᾳ*, placebunt; iis praeſertim, qui a Grammaticis ſtudiis, tamquam vilioribus, & obſcuris, ut ipſi dictitant, non abhorrent: quorum plebeium iudicium ſemper ego floccifaciendum exiſtimavi. (1) Gaudeo etiam te unum ex iis, ut audio, mihi inſcripſiſſe, (2) qua in re non modico me affici honore diffiteri non poſſum; cupio enim extare apud poſteros documentum aliquod, ex quo non modo amicitia tua me non indignum habitum appareat, ſed etiam dignum, quicum de ſtudiis ac philologicis rebus confabulareris. Quod vero ad eam partem pertinet, in qua multo plures diphthongos apud veteres Latinos fuiſſe doces, quam ſit hactenus creditum, ſubolfeciſſe videor, quorſum haec a te dicantur. V enim in his ſyllabis, *qua*, *que*, *qui*,

quo

(1) Scioppi (ſub nomine Paſcaſii Grosippi) *Paradoxa* Literaria in lucem prodiere Amſtelodami anno MDCLIX vel potius iterum hoc anno excuſa. Siquidem memini me vidiſſe Mediolani excuſa anno MDCXXVIII.

(2) In editione Amſtelod quam habeo Paradoxum Donio nuncupatum occurrit num. IX. pag 52.

quo, cum ſequentibus vocalibus diphthongum, ut puto, conficere probas; quod & mihi etiam videtur: Hoc etiam de vocali I. cum initio dictionis, alteri vocali praeponitur, dicendum exiſtimo: quibus in locis eam conſonam eſſe vulgo grammatici, falſo tamen, ut opinor, crediderunt. Torqueor igitur miro quodam deſiderio cognoſcendi quid in ea re ſentias, & an mentem tuam ex mea recte coniectaverim.

Συναγωγή veterum Inſcriptionum, quam iam diu prae manibus habeo, ſatis belle procedit, adeo ut nimia earum copia pene obruar: omni enim auxilio deſtituor; nam quamvis amanuenſem habeam, in quo non modicum ſumptum facio; tamen omnia, mea ipſius manu, in Codicem referenda ſunt, adnotatis etiam locorum titulis, ſculpturiſque, eruditionem aliquam continentibus, quae ipſiſmet Inſcriptionibus iunctae ſunt. (quamquam nonnullas etiam depictas exhibeo) in quo ingens omnino taedium, immenſuſque labor devorandus eſt, cum tanta temporis iactura, ut eius me vehementer poeniteat. Quid quod in libris MSS. unde earum maximam partem excerpo (quorum maiorem partem Bibliotheca Vaticana ſuppeditavit) eaedem Inſcriptiones ſaepiſſime occurrunt, & tamen ſingulae cum indicibus Gruterianis conferendae ſunt? (1) Quid quod minime mihi otium ſuppetit ad indicem mearum conficiendum, vel unicum ſaltem propriorum nominum, ex quo, ridiculum, vel, dolendum potius illud ſequitur, ut maiore deinde cum iactura temporis permultae paginae mihi volvendae ſint, dum deſcripſerimne ſingulas Inſcriptiones exploro: ac ne ſic quidem effugere poſſum, quin ſaepiſſime easdem bis, vel ter, ob nimiam feſtinationem, memoriaeque defectum deſcribam, ut neceſſe ſit ſchedulis agglutinatis, iis poſtmodum alias ſuperinducere. Quantum mihi temporis deinde effluxit in ipſis lapidibus hinc, & illinc inveſtigandis, atque exſcribendis! quos ſaepiſſime poſtea ab aliis deſcriptos offendi. Pudet dicere, me biduum integrum cum meo amanuenſi conſumpſiſſe, in epithaphiis Baſilicae D. Pauli colligendis: (2) adeo moleſte, & curioſe, ut omnia fere, vel minutiſſima fragmenta, ineptiſſimarum inſcriptionum (quales ferme ſunt illae Chriſtianorum) putide nimis, an ſuperſtitioſe ſublegerim: quorum maximam deinde partem (quod mihi praecipue ſtomachum movit) ab Aldo Manutio iuniori collectam deprehendi. Crede mihi, Scioppi humaniſſime, mirabuntur, qui ex habitu, & temperatura corporis me agnoverint, tantum ingrati, inſuavis, infructuoſique laboris me potuiſſe exhaurire: nam cum ſim conſtructione ipſa corporis valde gracilis, & delicatus, atque ob id, laborum impatientiſſimus; accedit praeterea flavae bilis exuberantia, quae impetum potius, quam ſtabilitatem, ac patientiam in ſtudiis conciliat: tum vero etiam pituitae non modica copia (quibus duobus potiſſimum humoribus abundo) quae vigorem illum, atque alacritatem bilis, frigore ſuo, ac craſſitie hebetat, hominemque lentum, ac deſidem reddit: valuit tamen in me tantum conſervandae Antiquitatis cura, iuvandaeque rei literariae cupido, ut quamquam minus ad huiuſmodi labores a natura me factum intelligebam; poſſemque, &, ſi compendii mei rationem haberem, omnino deberem, in aliis longe diverſis ſtudiis operam ponere, quae & ſplendoris plus, & in vulgus authoritatem maiorem

(1) Hinc docti Viri probe intelligent, quot ego exantlaverim labores, taedia devoraverim in conferendis octo millibus Donianarum Inſcriptionum antiquarum, ut ex Indicibus Gruterianis, & Reineſianis viderem, quae nam editae, vel ineditae eſſent; qua conlatione plures multo quam duo milla maxima ex parte ineditas, vel inemendatas reperi, quas in lucem protuli anno MDCCXXXI. Florentinis typis. Doleo in Muratoriano Theſauro typothetarum iniuria, paucis exceptis, omnes maculis foedatas iterum in lucem prodiiſſe, ac non parum me pudet. Adde, quod oportuit, ut ad Sponium, & Fabrettum Indices, quos ipſi non habent, *Nominum* omnium & *Cognominum*, conficerem. Nuper in variis ruſticationibus paravi LEXICON LAPIDARIUM, in quo voces omnes, & rariores phraſes, queis marmora antiqua inſcripta ſunt recenſentur, quas oportet alphabetico ordine diſponere (quod quidem in primoribus literis praeſtiti) & in Volumina aliquot iterum exſcribere, & ad ſingulas explicationes adferre; quod opus a nemine factum, ne dum excogitatum, utinam Deus Optimus Maximus diuturnam ac proſperam vitam praeſtet, ut proferam publico literarum bono!

(2) Prima palma Donio tribuenda eſt, qui marmora omnia antiqua literis inſculpta, quibus conſtratum eſt Baſilicae Paulinae pavimentum exſcripſit, multo antequam hanc curam ſuſciperet Cl. Cornelius Margarinus Monachus Caſſinenſis, qui librum ſuum in lucem protulit an. MDCLXIV. Donianas Schedas ipſe contuli; & nuper communicavi cum Celeb. Eduardo Corſinio, qui in Commentario ſuo *de Notis Graecorum* nonnullas Inſcriptiones ex his eruit, quas ipſe omiſeram, adeoque in lucem veluti ineditas protulit.

rem haberent, mihique ipſi proptcrea & honeſtiora, & utiliora forent; valuit, inquam, tantum apud me publica rei literariae cauſa, & haſce antiquitatis reliquias (maiore aliquanto culpa hominum, quam temporis, quotidie pereuntes) conſervandi ſtudium, ut omnibus aliis rebus poſtpoſitis, quidquid mihi a quotidianis aulae noſtrae ſtationibus, in ſubſecivis horis mihi per plures menſes ſuperfuit, pene totum id (nam hoc tempore multa alia, partim abſolvi, partim incepi) in colligendis Inſcriptionibus, iiſque ordinandis, meaque manu deſcribendis conſumpſerim; quo labore, ac diligentia in hunc uſque diem, ſex amplius millia collegi: in his multas prolixiores, minimeque vulgares; plurimas etiam ſingularibus plane rebus refertas: quae nec in Gruterianis quidem reperiuntur: nonnullas etiam literis barbaris, nec hactenus viſis conceptas; ut minime dubitandum ſit, quin longe utiliſſimum hoc opus ſit futurum, & ſumma cum voluptate a doctis excipiendum. Quid quaeris? mole ipſa, & copia iam opprimor; adeo ut iam mihi perſuaſerim fore, ut ſi quidem huius rei ſama pervulgetur, tot undique variis ex locis affluant Inſcriptiones, ut intra breve tempus non minus magnum Gruteriano volumen emittere poſſim: praeſertim cum, praeter Inſcriptiones, antiquiſſima quaedam Inſtrumenta, pleraque in veteri papyro (quam vulgo corticem arboris vocant) exarata, & ob nimiam antiquitatem nonnullis locis corroſa ſimul edere conſtituerim, ut una opera ſelectiſſima haec etiam Vetuſtatis cymelia (multo pluris ob tam fragilem materiam, exiguumque numerum eorum hodie extantium aeſtimanda) ab interitu vindicem, publicoque hominum uſui exponam. (1) In hanc claſſem nihil congeram, quod aetate noſtra mille, aut circiter annis non ſit vetuſtius: a tempore enim Caroli Magni permultae huiuſmodi Chartae ſuperſunt, quas lubens miſſas facio. Quocirca ſi quid huius generis apud te eſt, aut alibi exſtare compertum habes, ſummis a te precibus expoſco, ut mihi indicium facere velis; quod non tantum de veteribus Inſtrumentis (quae praecipuo quodam ſtudio conſector) ſed de ipſis etiam Inſcriptionibus dictum exiſtimabis. Opto enim & ſpero te, qui tam multa, & tam eximia in communem ſtudiorum utilitatem, uſque ad hoc tempus emiſeris, non invitum aliquas ſymbolas in meos etiam labores collaturum. Sed quaeſo, verum ne eſt, quod nuper inaudivi, prodiiſſe iſtic librum harum Inſcriptionum, a neſcio quo collectarum? Vt ut ſit, iam diu divinare coeperam alios etiam in hoc ſtudium deſcenſuros, nec defuturos, qui maiore celeritate adiuti, palmam mihi praeriperent, omneſque meos labores caſſos, & irritos relinquerent: quamquam pro certo habeo in tam ingenti earum numero plurimas mihi ſemper ſuperfuturas ab aliis nec exceptas, nec viſas; quae cogitatio ſola me nimirum retinet, ne hoc Σύνταγμα in totum abiiciam: quamvis magnas etiam difficultates aliunde praevideam, ob ingentes ſcilicet ſumptus, qui faciendi erunt in typis (quos vereor ut quiſquam ſubſtinere velit) non enim tantum maiuſculis literis hae Inſcriptiones conceptae ſunt, ſed iis longe inter ſe diverſis, ac pro temporum ſerie plerumque diſcrepantibus; quibus etiam nonnunquam ex anaglypticis ſculpturis expreſſae imagines additae ſunt, quas ubi paulo plus eruditionis continere animadvertebam, pictoriſque copia erat, fere deformandas curavi. Sed finge iam omnia rite adminiſtrata, atque adeo indices confectos, librumque ipſum abſolutum, & impreſſum in lucem prodire. Ecquid tandem erit pretii? Bene fortaſſe mecum actum putavero, ſi Principes, ac Domini mei, ſemel, vel bis, illum aſpicere dignati fuerint. Ita miſerabilis mihi videtur hodie eorum conditio, qui hiſce ſtudiis, tanto rei familiaris, ac valetudinis, multarumque aliarum rerum diſpendio ſe ſe manciparunt: quos ſane aequum erat, tanto magis Principum liberalitate ſublevari, quanto minori, vel potius nulla ſibi propoſita mercede, laborioſiſſimis, ac longiſſimis itineribus, merces oppido pre-

(1) Primus quoque omnium Donius Inſtrumenta papyracea antiquitus ſcripta maximo labore congeſſit, & publici iuris facere ſua aetate conſtituit; quod immaturo obitu interceptus praeſtare non potuit; qua gloria ne tantus Vir careret, ipſe ea protuli in poſtrema Claſſe Donianarum Inſcriptionum.

pretioſas, ſed a paucilſimis cognitas, in publicum, ut ita dicam, rei literariae mercatum convectant, atque exponunt. Sed tempus me deficeret, ſi inanibus, nec profecturis querelis habenas laxarem. Valde aveo ſcire, quid de egregio illo tuo Linguae Latinae Theſauro cogites, & an brevi e carceribus, ac pluteis in hominum lucem proditurus ſit.(1) Tale enim eſt, ut minime dubitem, ne, quod Inſcriptionibus meis metuo eventurum, illi contingat, ut bene nummatum aliquem Typographum non reperiat, qui illum ſumptu ſuo, atque etiam grandi aliquo honorario tibi conſtituto, curet excudi. Erit iſte liber, certo ſcio, tamquam aliquis Signifer, & Ductor, qui ad inſcitiam, & barbariem expugnandam ſtudioſis omnibus viam praeeat, ita ut quod hactenus longioribus amfractibus, nec tam certis itineribus pauci, nec ii ὁλοκλήρως, aſſequebantur, id in poſterum longe tutius, ac breviori compendio, quivis mediocris ingenii, conſequi liceat. Huic, ut ita dicam, veterano Duci librum meum novitium, ac potius tyrunculum ſuccenturiare decrevi; Onomaſticum videlicet, cuius ſpecimen ad te mitto: quamquam, ne tibi fucum facere videar, tam laborioſum opus, non modo abſolutum non eſt, ſed vix quibusdam ſuis partibus incaeptum: Et quid mirum, quum aliquot integris annis, nec uno quidem verbulo, auctionem effecerim? Scito tamen ea, quae ad rem Eſcariam pertinent, pene iam ad umbilicum deducta, ac praeterea libros Oeconomicum, Polytechnicum, Georgicum, Architectonicum, ac Srrategicum magna ex parte elaboratos. Vereur ne nimium tibi temerarius videar, qui rem aggreſſus ſim, cui vix hominis ſuffectura aetas videri poſſit, nedum ab eo perfici, qui non minus, quam, ut quivis e minimis, aſſiduis pene aulae ſtationibus, atque ut vocant procoetonibus, deſervit. Invitat me tamen horum ſtudiorum dulcedo, ut ſin minus aliis, mihi certe hoc Onomaſticum, adiuvandae ſaltem memoriae, in dies exaugeam; hac enim ratione paulatim, nec ſine aliqua voluptate excreſcet, praeſertim quum varietate ipſa quantumvis laxum ac fatigatum ſemper detinere poſſit, eiuſque generis ſit, quae inter aliud agendum quotidie incrementum capiunt; praeterea ſin minus totum opus perficere potero, fortaſſe aliquot ipſius membra, ſive libros, magis ſcilicet neceſſarios abſolvam, qui non idcirco utilitate ſua carebunt. Maioris audaciae me damnabis, opinor, ſi ideam aliam, ſeu ſpecimen aliorum aliquot operum, quae partim incaepta, partim cogitata habeo, aſpexeris: quaedam enim ex iis homini omnibus aliis curis libero, longiſſimo tempore negotium faceſſere poſſunt. Mittam tamen cum alteris literis hanc ideam, ut vel in ipſa audacia, ac temeritate, aliquid fortaſſe laude dignum invenias; ingens ſcilicet de literis benemerendi ſtudium, & conſilium praeclara, & profutura moliendi: quod etiamſi per memet ipſum praeſtare nequeam, aliis tamen digitum quod dicitur ad fontem intendam, unde faecundiſſimos eruditionis liquores corrivantes, ſi erarii ruris partem hanc, vel certe angulos quosdam retractiores, neglectos hactenus, & incultos, ideoque areſcentes, ſpiniſque obſitos irrigare, & depurgare, fertileſque efficere poſſint. Rogo interim te, Vir optime, & humaniſſime, atque adeo obteſtor per eum amorem, quo non literas ipſas modo, ſed literarum etiam ſtudioſos proſequi ſolitus es, ut, ſi tum in carmine, cum in ipſius Onomaſtici (quamquam de nomine nihil certi adhuc decrevi) deſignatione, vel Oeconomia, quidquam conſpexiſti, quod aliquem eruditorum favorem mereatur, de eo teſtimonium tuum (quod merito ab omnibus plurimi fit) proferre ne graveris, ac praecipue quum ad Illuſtriſſimum Dominum meum ſcribes, fidem ei facere velis, dignum eſſe me, ex quo utilia quaedam in publicum expectari debeant, quique aliquando publico alicui muneri, quod quidem cum hoc genere ſtudiorum conveniat (nec enim dignitates, aut honores praeter modum ambio, nec niſi quatenus huiuſmodi muneribus adiunctae ſunt) admoveri poſſit. Confido te ea voluntate

(1) Egregium huiuſmodi opus MSS. extat apud Cl. ac praeſtantiſſimum Io. Mich. Comitem Pieruccium una cum aliis omnibus Scioppii ſcriptis; atque hunc titulum praeſefert = Gaſparis Scioppii Patricii Romani Romanae eloquentiae Promptuarum Tom III. fol.

te erga me eſſe, ut noo invitus hanc anſam mihi benefaciendi ſis arrepturus, eaque dexteritate hac io re uſurum, qua opus eſt. Rem dignam facies, mihi crede, gravitate & humanitate tua, dignam homine Chriſtiano, & pio, qualis tu es; dignam viro docto, & ſapieote, qualem te omnes eſſe confiteotur: quocirca te pluribus ad hoc hortari ſuperſedebo, ne ſponrecurrenti, quod dicitur calcar, addere videar. De me autem tibi polliceor, quamquam antea ſic eram tui ſtudioſus, & amans, ut omnia plane tua cauſa me facturum facile crederem; in poſterum tanto libentius quaecumque ad te pertinebunt curaturum, ut non modicam acceſſionem ad obſervantiam, & amorem erga te meum, ex hoc beneficio factam, exiſtimes. Vale. Romae Kalendis Iulii MDCXXVIII.

Vides ex Epiſtola me feciſſe commentarium, nec moleſte feras: qui potuiſſem enim de tam diverſis rebus tecum niſi longiori ſermone συμφιλολογεῖν? Atqui eo tibi longior videbitur, quo minus erit elegans, & caſtigatus. Excuſabis igitur feſtinationem raro, praeſertim ſcribentis, & cogitabis, me tamquam ad magiſtrum ſcripſiſſe, hoc eſt liberius, & audacius: ac ſubiode illud reputantem, quo plura hic erunt animadverſione digna, maiorque caſtigationis neceſſitas, tanto liberius cenſoris partes te ſubiturum.

XXVI.

Ioanni Baptistae Donio v. c. Gaspar Scioppius

SAlve Vir Clariſſime. Nudius demum tertius reddita mihi fuit elegantiſſima epiſtola tua ipſis Kalendis Iuliis data, una cum Dithyrambo tuo vere grandiloquo, cumque exemplari Hermathenae tuae, quod eius norae operi nomen rectius te inditurum arbitror. Verba noo invenio, quibus te pro eo, ac virtus & eruditio tua meretur, praedicem. Hoc ſaltem habeto, digniſſimum te videri, quem velut parentem literarum hac aetate omnes colant amentque, cuique Principes omnes ſummo liberalitatis certamine opem ferant, ad tam praeclara, quae rei literariae molitis opera, minore negotio emolienda. Eam porro ad rem pertinere arbitror, ut iſta tua *Idea*, ſive *Adumbratio* operis una cum tua ad me epiſtola, typis deſcripta circumferatur (iis modo demtis, quae vel non oeminem poſſent offendere, vel me intemperantius laudatum aliis ludum iocumque facere) & literarum amantes deſiderio operis inflammet. Sic quippe facilius invenietur, quem ſive gloriae, ſive compendii ſpes, ad labores ruos impenſis ſuis levandos impellat. Ego quidem nihil umquam reliqui me facturum recipio, ut patronos tibi, & adiutores conficiam, ſi praeſertim, bellis in Italia & Germania compoſitis, pax arva rurſum colere incoeperit: nunc enim propter armorum ſtrepitum aures omnium ad literas, ſtudiaque Muſica obſurdeſcunt. Ego quoque plus in profligandis bellis, quam in volvendis libris nunc tempus contero, velut ex iis, quae ad Pappum noſtrum ſcribo, cognoſces. Atque ab eadem cauſa ſum hoc tempore brevior: alias autem ab id genus curis pluſculum laxamenti nactus, ea ad te ſcribam, quae mihi ſubinde de divinis iſtis operibus tuis in mentem venerint. Vale rei literariae columen, meque tui amantiſſimum obſervantiſſimum eſſe ac perpetuo fore perſuaſiſſimum habeto. Mediolano a d. XVII. Octobr. MDCXXVIII.

XXVII.

Ioanni Baptistae Donio Gaspar Scioppius

NOn dubito, quin legendis veteribus Grammaticis ſaepe eos longe aliter auctorum verba recitare deprehenderis, quam io ipſis eorum libris leguntur. Ego quidem ex facili non unum eius rei ſpecimen edere queam, ſi neceſſe ſit.

(1) De his quae Donium monuit Scioppius, nihil fecit. Exemplaria aliquot ſparſit Donius ſuae *Ideae*, ſive deſignationis ſuorum operum; ſed a typorum deſcriptione abſtinuit. Eam igitur habes in priore Volumine operum Donianorum ad muſicam pertinentium pag. 181. quam vide; neque etiam epiſtolam ſuam ad Scioppium paullo ante editam, in lucem miſit.

fit. Sed ea te apud te virum Graece & Latine doctiſſimum, omniſque antiquitatis cum primis peritum merito ſuperſedeo, iuſtam περιεργίας, ae ſupervacuae operoſitatis notam veritus. De cauſa tantum, qua id contigerit, quid mihi videatur, aperire liber. Saepe ergo uſu veniſſe comperi, ut in illis auctorum exemplaribus, quae compluribus poſt ſaeculis fuere deſcripta, ſive ſciolorum audacia, ſive librariorum imperitia, aut oſeitantia, ea, quae Grammatiei ex emendatae ſcripturae codicibus recitarant, depravarentur. Alias ipſorum quoque Grammaticorum libros vitioſe deſcriptos fuiſſe comperi, ut eorum verba ultro ex auctoribus emendari debeant. Sed non parum ſaepe memoriola vacillarunt, & hallucinati ſunt Grammatici, ut non inſpectis auctorum libris, verba eorum referreot, oon quomodo ea ibi legerant, ſed quomodo ſibi legiſſe videbantur. Hoc innumeris Donati, Servii, Nonii, aliorumque exemplis planum faeere poſſem. Sed duobus hoc tempore contentus ero. Priſciaous ceterum minime oſcitator Lib IX. ut doceat veteres a *Seneo* participium praeteritum *Senectus* formaſſe, quod ſignificaret ὁ γηράσας id eſt, is qui iam conſenuit, hec Catulli verba laudat: *Sed baec fuere non recondita ſenecta quiete*. φεῦ τῶ παροράματος. En unquam quemquam plus luſcitioſum, aut ſtultividum vidiſti? Io Catullo enim legitur: *Sed baec prias faere, nunc recondita Senet quiete*. Nec vero aliter legi res ſinit, quum puri ſint Iambi; quo maius Priſciani flagitium eſt, quod verſus retentu tam faciles effluere ſibi paſſus fuerit.

Nullo genere excuſabilior eſt Iunii Philargyrii perveteris & eruditi Virgiliani interpretis hallucinatio in laudando Plauti verſu. Haec enim Poetae verba Georg. II. explanans, quae malorum Medicorum uſum docent: *animas, & olentia Medi, Ora fovent illo, & ſenibus medicantur anbelis*, ita commentatur.

Olentia, ad animas eſt referendum, & ſabaudiendum Male olentia. Sic Plautus in Milite. Tum in Apulis non ſum natas, non ſum animata.

Vult docere *Animatus* a Plauto dictum pro malo animatus, ſive, qui malam aut faetidam habet animam, *plenior pata allii ulpicique; quam ſint Romani remiges* ut Plautus Paenulo loquitur, qualeſque veteres Romanos omnes fuiſſe Varro Bimargo ſic dixerat:

Avi, & atavi noſtri, qaum alium ac caepe eorum verba olerent, tamen optime animati erant.

Primum vero permira res videtur, non animadvertiſſe Grammaticum, ſe ſoloeciſmum in Plauti verſu admittere. Si enim prius recte legit, *In Apalis non ſum natus*, poſterius certe non *Animata*, ſed *Animatus* legere debuit. Deinde autem multo aliter in Plauto hodie legimus, hoc puta modo.

Poſt Ephesi ſum natus, non in Apulis, non ſum in Vmbria. Qui ergo factum purabimus, ut Grammaticus pro *Non ſum in Vmbria*, nobis repraeſentaverit *non ſam animata?* Hoc eſt nimirum, quod docere a primo inſtiteram, Grammatieum, vel oculis minus ſincere uſum, vel memoria falſum fuiſſe. Plautus enim ita ſcripſerat: *Non ſam Animula*, aut certe *Animulae*, id eſt, non ſum natus Animulae, aut non ſum ab Animula, ſive Animulas, quomodo apud eundem Plautum eſt, *Hoſpes Zacyntho*, pro a Zacyntho, apud Terentium *Anus Corintho* pro a Corintho, apud Lucillium *Sargas Aegypto* pro ab Aegypto. Iam Philargyrius, aut oculis hallucinatus pro *Animula*, *Animata* legerat, aut ſaltem quum diu locum non inſpexiſſet, ita ſibi legiſſe viſus fuerat, quando occaſione verbi *Olentia* Plautini verſus ei in mentem venit. Sed hoc loco, niſi me fallit, ſcire avebis, quo tandem divinationis genere uſus Plautum ita, ut dixi, ſeriptum reliquiſſe compererim, quum in omnibus eius editionibus nee minimum eiuſcemodi lectionis exſtet veſtigium. Accipe ergo, quae me veſtigia ad indagandam eruendamque veram lectionem tulerint. In membranis nonnullis, *Non ſum in imula*, ſeriptum conpereram, quemadmodum & alii ſibi in quibusdam libris inventum fatentur, quam lectionem cum illo Philargyriano *Animata* conteodeoti, venit in meotem, quod apud Feſtum legere memineram. *Animula, urbs parvarum opum in Apulia*. His argumentis fretus adeo nihil de lectionis, quam poſui, veritate dubito, ut oihil umquam Apollinem ex tripode verius

 cer-

certiuſque reſpondiſſe perſuaſum habeam, idemque ipſum tibi quoque viſum iri magnopere mihi pollicear. Vale.

XXVIII.

Io. Baptista Donivs
Sandero s. p. d.

GRatum ribi fuiſſe munuſculum meum vir eruditiſſime minus equidem dubito: ut quiſque enim eſt humanior, eo ſolet eſſe proclivior ad aliorum ineptias excuſandas: quippe ſubvereor, ne putidius fuerit poemarium iſtud, hoc eſt vulgaris ingenii exiguum foetum, tali tanroque viro in ram remotas horas traſmittere; niſi quod exſcuſar fortaſſe audaciam meam argumenti digniras, & pondus, quod catholico doctoque viro non potuit non eſſe iucundum: tum vero etiam donantis conſilium, non captandae gloriolae, ſed gratiae, atque amicitiae ruae ergo. quam magni a me fieri indicio eſt, quod eam ultro ambiverim. Id vero quoniam contigiſſe mihi ex literis tuis animadverto, vix poſſum dicere, quantum inde voluptatis perceperim. Nullum enim lucrum, nulla adquiſitio perinde mihi iucunda eſt, ac ſi quando praeclari alicuius in literis, atque omni genere humanitatis viri mutuam notitiam, ac benevolentiam conſequor. Graium eſt inſuper, quod & lucubrationum tuarum, & propinqui in hanc urbem adventus ſpem aliquam facis: quo cum perveneris (quod tibi Deus quam feliciſſime evenire ſinat) invenies me ad omnia fidelis ſincerique amici tibi praeſtanda officia paratiſſimum. Vale Romae .... [1]

XXIX.

Viro Doctissimo
Nicolao Rigaltio
Io. Baptista Donivs s.

LIteris iis, quas Dominatio rua Kalendis Decembr. ad me dedit, nihil politius, ac terſius; haud facile ergo dictu eſt, quantam voluptatem ex earum lectione perceperim, cuius vel praecipuam partem ſingularis in me humanitas tua ſibi iure vindicat; quae licet laudibus in me congerendis modum excedat, delectar tamen, quod hie ipſe exceſſus, in quo, nulla aſſentationis ſuſpicio, amoris eſt, veraeque benevolentiae. Librorum vero Tertulliani partem [2], quam veterum codicum ſubſidio, multoque magis iudicii ſolertia a mendis repurgaram, rebuſque ſcitu digniſſimis locupletatam, una cum literis ad nos rranſmiſiſti, libentiſſime omnino accepi, avidiſſimeque lectitavi, atque, ut verum fatear, opus deprehendi omnino eximium, accuratum, eruditioneque refertum, planeque Rigaltio dignum. Opto igitur, ac ſpero, ut quo ſucceſſu hanc partem expoliviſti, reliquam etiam communi Reip. bono propediem abſolvas; darurus operam praeterea, ut quaecumque ex Codicibus Tertulliani, qui in Vaticana Bibliotheca aſſervantur, (quos non ita magnae vetuſtatis eſſe ferunt, & huic inſtituto deſervire poterunt) accurate ribi exhibeantur. Gratia vero tibi de iſto tam feſtivo munere fuſius agerem, niſi difficile eſſet reperire verba, quibus pro eius dignitare, atque elegantia exornari poſſet, nec ſatius ducerem factis potius quam verbis gratiam referre. Deum Opt. Max. oro ut tibi vires, valetudinemque ad tam praeclara opera perficienda, ceteraque proſpera largiter ſuppeditet. Romae XXVIII. Aprilis MDCXXIX.

XXX.

Doctissimo et Clarissimo
Ioanni Basptistas Donio
Vincentivs Marinerivs Valentinvs
Εὐπράττειν

DOctiſſime Doni, qua me affeceris hilaritate ruis ſuaviſſimis literis nullo modo explicare poſſum; non ſolum quia me inſtruis *de ſcribenda Hiſtoria*; verum etiam quia te mei non

fuiſſe

(1) Scripta videtur anno MDCXXVII. vel IX. poſtquam Donius in lucem emiſit *Myrtheam Coronam* in Nuptiis DD. Thaddaei Barberini, & Annae Columnae.

(2) Tertulliani Opera ad vetuſtiſſimorum Exemplarium fidem ſedulo emendata, diligentia Celeberrimi Nicolai RIGALTII I. C cum eiuſdem Annotationibus integris, & Variorum Commentariis in lucem prodiere Pariſiis apud Antonium Dezallier, anno MDC. XCV. In Praefatione Rigaltianae curae laudantur, quas primum ab eo ſeorſim editas arbitror.

fuiſſe oblitum penitus manifeſtas. Hiſtoriam perraram *Tauxerii* iam abſolvi; quod opus vaſtum & immenſum eſt, & multa linguae latinae ſupellectile ornatum. Sed quia multis indiget obſervationibus ad typos, vereor ne poſſit aliquando in lucem prodire, niſi liberalitas alicuius Principis ſtudiis ſubveniat. (1) Sex mille Inſcriptionum *συνταγμα* te ſcribis iam collegiſſe: ipſa immortalitas ammitabitur. Ego Inſcriptionem, quam Dianii eſſe refers, quam cito potero, ad te mittam, & alias, quas ſcripſi amicis, ut ex Saguntinis ruinis ad me exſcribant. Si illi id facere ſatagent, ad te ſtatim mittere promitto. Tuas literas nudius tertius ad me pervenere, quas iam ſub anni ſpatio deſcripſeras, & incuria D. Didaci de Sylva diutius latuerunt; quod ſane in cauſa eſt, cur tam ſero ad te ſcribam, nec quae iubes impleverim. Sed omnem narrabo operam, ut quidquid mihi commiſeris promptiſſime exequar.

Scis Romae eſſe Comitem de Hermanes, quem forte noſti, quum erat Matriti. Hic quoddam meum opuſculum ſecum detulit; ut fortaſſe typis Romanis daret. Si tu potes adiumento eſſe noſtro commodo, tuo favore novum liber accipiet decus, & quidquid de illo actum fuerit, quum id tibi facile ſit, ſi literas ad aliquem ex Nuntii famulis detuleris.

Opera Graeca D. Ioannis Chryſoſtomi Londini excuſa, quae nondum ſunt Latio donata, mihi nuper commiſſa ſunt, ut ea Latine loqui faciam. Fortaſſe id aggrediar libentiſſime, ſi abſolvero quae interim perago. (2) Multa enim varia & egregia opera, & praeſertim erunt Graeca Scholia Poetarum, & Hiſtoriographorum Graecorum, latinitate donavi, aliaque quamplurima; ſed in pulvere deliteſcunt omnia: expectant enim, ut Illuſtriſſimus Cardinalis Barberinus ſuis ſervitiis ſimul ea, & me ſublevet; ſi vis, id illi renuntia, me in ſumma eſſe egeſtate, ut me, ut me antiquo Valentino cumulet beneficio. Si vero mihi contigiſſet Vaticanam Bibliothecam explorare, fortaſſe multa in lucem dediſſem praeclara, & illuſtria opera. Sed ſcis quemadmodum etiam mihi adverſa ſemper imminet fortuna.

Carmina, quae ad me dicis mittere, non vidi; nam non mihi tradita ſunt, quod mihi non minimus dolor eſt; nam ſperabam ex illis multa addiſcere iucunda, & ſuaviſſima. Verum te precor, ut Illuſtriſſimo Cardinali Barberino, vel ſaltem meum exponas nomen; fortaſſe hoc anno Panegyricum, quem illi dicaram, typis mandabo, niſi me arcte premat ſors, quae ſemper me depreſſit infeliciter. Saluta meis verbis doctiſſimum Gaſparem Scioppium, & de his, quae modo edit, fac me certiorem; edit enim ſemper nova quaedam ingenii praeſtantiſſimi lumina. Me cum doctiſſimo Ciampolio amicitia coniunge, ac confirma, quem nimio ſemper ardore & amore colo, ob ingenii candorem, & Linguae Latinae peritiam. Vale, doctiſſime, meque ama, & perge ſcribere, & mei meminiſſe. Dab. Matriti VII. Kalendas Maii MDCXXIX.

XXXI.

DOCTISSIMO ET ORNATISSIMO
D. IOANNI BAPTISTAE DONIO
VINCENTIVS MARINERIVS VALENTINVS
Χαίρειν

Accepi tuas epiſtolas humanitate plenas, ſed mihi anni refertas beneficio; nam avidius eas expectabam. Quod in his mihi imperas, ſtatim ſum executus. Scripſi Dianium, ut Inſcriptionem illam mihi tranſcribant, quam ad te referam citius. Scripſi etiam Saguntum, ut multa, quae in illis vetuſtatis ruinis extabunt, ad me mittant amici. Vtinam voti compos fiam, ut vel meum in te animum oſtendam, & te magis meo obſtringam amori.

Carmina legi tua per ſtrophas, & antiſtrophas, & exodos diviſa: miratus, ſum eloquentiam, & rerum ſtupui ubertatem. Iam ego olim Pindarica opera latinitate donaram, cum Scholiis ipſorum doctiſſimis, quae tuis inferiora iudi-

(1) Deſunt mihi libri; nam cupiebam omnium Operum Cl. Vincentii Marinerii Valentini Catalogum adtexere. Hinc diſcimus eum Hiſtoriam ſcribere adgreſſum; quare de ratione eam ſcribendi conſuluit Io. B. Donium. *Tauxerii* perrara Hiſtoria mihi incognita eſt. Opera Graeca *S. Ioannis Chryſoſtomi* latinitate donavit. Theophylacti Epiſtolas Graecas, a Ioanne Meurſio editas Lugd. Bat. an. MDCXVII. in 4. idem Marinerius Latine reddidit, quae habentur in Bibliotheca Patrum Lugdunens. Tom. XVIII. *pag.* 532. Vir laboris & curarum patientiſſimus fuit. Alia ipſe in ſequenti Epiſtola indicat.

(2) De Saguntinis Antiquitatibus multa adnotantur ab Emmanuele Martinio Eccl. Alon. Decano in ſuis Epiſtolis editis Amſtelaed. A. MDCCXXXVIII. quas vide.

co. Contuli tua Carmina cum verſibus Summi Pontificis Vrbani VIII. & quibus primas dem, prorſus ignoro. Ego diſtentus ſum in vertendis Graecis Authoribus, qui maximam ingeniis adferunt utilitatem.

Romae modo agit Legatum illuſtriſſimus Comes de Humanes: Hic Apollonium a me latinitate donatum Romam adtulit, ut opportune dari typis poſſit. Si tu operam iuvare potes, ne negligas beneficium in tantum Authorem conferre. Illuſtriſſimum Cardinalem Barberinum fac mei eſſe memorem, cuius Panegyricum fortaſſe hoc anno edam, in quo tibi Epigramma dicatum habeo, & viro illuſtri N. de Poza aliud, quem meo nomine ſaluta, alioſque etiam amicos doctos, qui Romae ſunt plurimi, & in meam concilia amicitiam. D. Didacus de Sylva iam benevole cum literis tuum munuſculum mihi praebuit; quae omnia mihi gratiſſima fuerunt omnino. Sed tu interim vale, meque ama. Dab. Madriti IV. Nonas Maii MDCXXIX.

XXXII.

Ioanni Baptistae Donio Viro Reverendissimo Laurentius Pignorius Sal.

QVod Aleander noſter receperat ſe facturum, (1) hoc vero praeſtitit Vir Reverendiſs. Epinicium tuum, quod ego tempeſtive ſatis videram, ut ſane recens ab editione, Venetiis, apud Senatorem magni nominis, & quem nos Genium totius humanitatis, magno eius merito indigitamus. Ex illo ego tempore ſuſpexi te, & inter praecipua ſaeculi ornamenta connumeravi. At nunc, quod tu me foribus admoveas amicitiae tuae, illaſque ultro mihi patere velis, iubeaſque admiſſionalium officio fungi politiſſimos verſiculos tuos, regis plane auribus dignos, hoc ſane ſuperat omne exemplum humanitatis. Habeo ego tibi hinc gratias ingentes, quas teſtari non deſinam, qua factis, qua ſcriptis, apud ſeram etiam poſteritatem. Optimi ſenis Antonii Querengi conſuetudinem patere quaeſo, ut tibi invideam. Illum ſane ego pene veneror, qui meminerim ex illius ſermonibus, ut iſthic, & apud nos, hauriri me ſolitum uberem copiam, tum eloquii, cum doctrinae. Ipſi obſecro, ut Clariſſimo Viro Caſſiano Puteo multam, a me ſalutem, quam tibi, & ipſis apprecor ab optimo Deo ferventibus votis. Patavii die XXVII. Iulii MDCXXIX.

XXXIII.

Molto Illustre Signor mio Singolarissimo

LA impreſa dell'opere ſue mi ha ripieno di ammirazione per la varia dottrina, e di letizia per l'onor dello Autore. Vero è, che l'impiego del ſuo ſtudio non mi par degno di affaticarſi in alcuni opuſcoli triviali quivi ſegnati. Rimetto al ſuo critico giudizio la qualità, e la quantità di eſsi; però gli trapaſſo in ſilenzio. Dall'altra parte ſento amareggiarmi il preſente guſto della ſua virtù nel diſguſto della ſua ſervitù: perocchè in tanti ſuoi negozi ritrovare ozio ſufficiente a tanto biſogno, mi pare incredibile, come inveſtigare la quadratura del Circolo. Ma ſopra il Vocabolario della Cruſca mi piace di fermare alquanto il mio Ragionamento. In confidenza voglio teſtificare a VS. come nel mio Vocabolario, ſono aggiunzioni d'innumerabili voci; ſono Annotazioni di errori grammaticali, e ſcientifici a migliaia; e ſpezialmente circa la Grammatica Toſcana; dove il Vocaboliſta commette falli irremiſſibili, e contrariſſimi a i Canoni di eſſa Grammatica. Queſta oſſervazione forſe non potrà eſſer tanto viſibile agli occhi di VS. quanto a i miei (con ſua pace) perocchè io preſumo (e non credo che ſia vanto il vanto) di aver notate coſe importanti ſopra queſto idioma più ampiamente di alcun altro: e ci ho conſumato tempo, e pecunia, e ſtudio più che ordinario; ſiccome ſi potrebbe giuſtificar co' miei manoſcritti l'atteſtazion mia. Molti aſſalti mi ſono ſtati fatti da gran perſonaggi per ottener copia di tali fatiche; ma ſempre vana è ſtata la eſpugnazion della mia volontà: perocchè dove io poſſo forſe a molti eſſer maeſtro in queſt'arte; divulgato il predetto ſtudio, ſono eguale a tutti gl'altri. Prego VS.

di

(1) In Lib. I. Symbolarum Epiſtolicarum Laurentii Pignorii exſtat edita Epiſtola XLVIII. *pag.* 210. ad eundem Cl. Hieronymum Aleandrum, Franciſco Cardinali Barberino ab Epiſtolis Latinis, ſcripta Patavii menſe Aug. A. MDCXXVIII. qua Epheſiorum numum cum Apis imagine exhibet; item ſmyrnaeorum, & alterum Amaſtrianorum in honorem Homeri; ſed Pignorius de Donio nihil in eo opere ſcribit.

Digitized by Google

di conſervar nelle ſua grazia quell' amicizia, che lungo tempo già mi ha collegato con la ſua virtù. N. Signore le conceda ogni perfetto bene per gloria ſua, per onor voſtro, e per contento mio. Di Firenze il dì XVI. di Settembre MDCXXIX.

Di VS. Molto Illuſtre

Benedetto Fioretti.

XXXIV.

IOANNI BAPTISTAE DONIO

VDENVS NISIELIVS[1]

Χαίρειν

FOrtuna inclytis inuida viris, te per aerumnoſas Syrtes, per multivagas peregrinationes a tuo Muſeo abſtrahit? Quid mirum? Virtutis, ac fortunae retrogradi ſemper fuerunt invicem curſus: caeli praeterea templum, deſidioſis, quietiſque animis inaeceſſum ſancivit Lex Evangelica. Tu Chriſticola hoc monumento, cordis tui fluctus mulceas velim. Dithyrambus noſter, quaſi praeceps Bacchi quidam enthuſiaſmus, inauſpicato ex manibus erupit. Huiuſmodi carmen, ut inamaenum, atque illaudabile nullius Muſam ad emularionem evocare debet; id vero multis ingeniis inauſum, multis calamis invium, nequaquam paſſi ſumus intentatum relinquere: ſed poſthac ſtylum noſtrum per haec ſenticeta numquam deflexerit Phoebus. Adoleſcentis Florentini poematia qua inexculta, qua exultantia, retinaculis potius, quam ventis committenda videntur; niſi modo intellectus ophthalmia proſpectum criticum mihi obnubit. De Paganino tuo οὐδὲ γρῦ. Politiani Manibus te parentaſſe latino epitaphio, ubi Pietas animi, Chariteſque ingenii affabre ieſculptae ſunt, impenſe gratulor. Progymnaſmatum poeticorum molem ad extremum faſtigium perduxi: at ipſa iter ſuum ad Chalcographos ſupprimunt; quia pecuniarium viaticum non ſuppetit.[2] Interea morales declamationes aggreſſus, huic ſtudio totus inſiſto: centenas iam elucubratus ſum. Has quoque ineluctabile paupertatis fatum premit, ne modo excuſae prodeant. De Strophe, Antiſtrophe, ac Epodo mutua inter nos recurrit quaedam concordia diſcors. In hoc iudicio tu Graecorum uſum advocas tibi aſſeſſorem; ego vero rerum Naturam mihi arbitram aſciſco. Ita ne ipſe prorſus excors, ut uſum explodam? Nullo pacto. Verum natura diſpoſite omnia contexit, Locum nempe in dimenſiones, dimenſiones in ſpatia, ſpatia in lineas, & puncta: Tempus praeterea eſt menſura motus, temporis hora, horae minutum, minuti momentum. Strophes, atque Antiſtrophes progreſſus, aut rectus, aut circularis praefiniatur. Si rectus; neceſſario dum reflectitur, aliquantulum ſubſiſtit. Si circularis; non poteſt retrogradi, ſine aliquo temporis ſtatu, dum dextrorſum, ſiniſtrorſumve circumvoluitur. Haec ergo temporis diaſtemata intra Stropharum, & Antiſtropharum limites, verborum interpunctione abſolvi exoptarem ab Arte, quae Naturae imitatrix deſignatur. Apud te haec Philoſophia, ſi ſapis, alogiam ſapiat nolim, vir praeſtantiſſime. Perpende iudicium, matura ſententiam. Vale Florentiae in D. Matthaei ſolemniis MDCXXIX.

XXXV.

ILLVSTRE E MOLTO REVERENDO SIGNORE

DEl grado, col quale il Sacro Collegio ha onorata la perſona di VS. può eſſer certa ch' io ſento particolar guſto, per l' affezione, che le porto, e per il deſiderio che ho d' ogni ſua proſperità. Me ne rallegro però con lei con quell' animo, con che VS. ſi è moſſa a darmene parte. E come ella moſtra, che con le dignità vada creſcendo anche la volontà ſua verſo di me; così deve perſuaderſi di trovare in me corriſpondenza maggiore per le occorrenze di ſuo ſervizio. Di Milano a' X. di Novembre. MDCXXIX.

Di VS.

Cariſſimo Fratello Amorevole
Il Cardinal Borromeo.

XXXVI.

NICOLAO RIGALTIO V. C.
IOANNES BAPTISTA DONIVS S.

ETſi cum aliquo meo rubore videor literas ad te miſſurus, quod poſt reditum e Gallia noſtrum perpetuo tecum ſiluerim; ne tamen, uti fieri ſolet

(1) Is idem eſt Benedictus Florectus, qui Vdeni Niſieli in ſuis operibus evulgandis nomen adſumpſit.

(2) In lucem prodierunt haec progymnaſmata A. MDCXXX. & ſeq.

let, dum culpam minuo, eam in dies exaugeam, ſcribendi ad te occaſionem, quam Gul. Barclai profectio exhibuit, libenter arripui. Scito igitur, eruditiſſime Rigalti, quamquam, ut vides, hoc in genere officii, quod inter amicos magis conſuetum eſt, quam neceſſarium, tam negligens atque incurioſus fuerim; numquam mihi tamen ex animo effluxiſſe memoriam tui, eiuſque humanitatis, quam dum Lutetiae verſarer, [1] copioſe mihi ſemper praeſtitiſti; quin eam potius aſſidue fere mecum, & cum aliis communibus amicis recolui: cuius rei nobiliſſimum iuvenem Thuanum teſtem advocare poſſem, ſi opus eſſet. Sed mea unius conſcientia fretus, audacter confirmabo, neminem uſpiam eſſe, qui te, aut pluris faciat, aut conſtantius atque ardentius diligat; quique adeo libentius, quum uſus depoſcet, ſe, ſuaque omnia in rem tuam impendere ſit paratus. Interea, ut vel hinc experimentum ſumere poſſis, quanti aeſtimem humanitatem tuam, qui eam audeam provocare, quamvis adverſus humanitatis legem peccarim; en tibi indiculum variorum librorum, quos, ſi erit commodum, mihi quamprimum compares velim: adderem quam minimo, niſi ſcirem, te in negotiis amicorum curandis uſque adeo diligentem eſſe ac religioſum, ut putidum ſit haec monere. Illud vero ſtatutum habeas quaeſo, etſi pluſculos in hunc indicem conieci, iis tamen me fore contentum, qui iuſto pretio, aut etiam minori haberi poterunt: ceterorum vero deſiderium tolerabo, ne loculi mei intolerandam iacturam ferant. Nummos, qui erunt expenſi, quibuſve opus erit, Raphael Corbinellius vir probus ac ſplendidus mandatu meo tibi ſuppeditabit: cui etiam libros ipſos tradere poteris, cum brevi ſchedula, in qua quanti quiſque conſtiterit apponi velim. Ne grave igitur tibi ſit, Vir optime atque humaniſſime, Bibliopolarum pluteos per te, vel per alios excutere, ut ſi qui Codices inventu difficiles in iis fortaſſe latitaverint, eos opera tua conſequi poſſim, iiſque Bibliotheculam meam ditare; praeſertim cum tam opportuna occaſio reditus Illuſtriſſimi Cardinalis de Balneo ſeſe obtulerit, cuius inter ſarcinas, ut tutius advehi poſſint, locus iis fortaſſe erit. Proinde te etiam atque etiam rogo, ut quantocius rem expedias. Id erit mihi, ſupra quam credi poſſit gratum, & iucundum.

Inaudiviſſe te aliquid puto de novo officio Secretarii Sacri Collegii, quod mihi nuper demandatum fuit. Puto te ob eam rem non mediocre gaudium cepiſſe; novi enim quam ſis in me amando prolixus, teque non ignorare arbitror hoc munus, unum ex iis eſſe, quae mitiora ſtudia hac in Aula ſectantes plurimum expetere ſolent: revera enim perhonorificum eſt, magnaeque auctoritatis, praeſertim Sede Apoſtolica vacante, ut mirandum non ſit, nonnullos hinc ad Cardinalatus apicem gradum feciſſe. Sunt tamen nonnulla, quae huius boni ſucceſſus laetitiam inficiant: in primis exauroratio e familia Illuſtriſſimi Cardinalis Barberini, cui fidelem aſſiduamque operam navare videbar: vetant enim Sacri Collegii Decreta, eius Miniſtros in familia ullius Cardinalis privatim eſſe: ex quo & illud ſequitur, non amplius me Latinas epiſtolas eidem conſcripturum: qua in re nunc primum & facultatem aliquam adquirere ceperam, nonnullamque ex eo ſaepe delectationem. Qua in parte illud praecipue diſpendium mihi feciſſe videor, quod humaniſſimis atque eruditiſſimis literis tuis, quamquam ad alium miſſis, minime poſthac perfrui potero: quam iacturam, ut animo aequiore feram, in tua ſitum eſt manu. Nam ſi quid literularum ad me ſubinde miſſitaveris, multo plus me adeptum, quam amiſerim exiſtimabo. Vale, ac me ut hactenus feciſti, amare perge. Romae III. Non. Decembr. MDCXXIX.

XXXVII.

LUCAE TORRIO SUO
IOANNES BAPTISTA DONIUS

Miraberis fortaſſe cur tanto poſt tempore ad te ſcribendi munus uſurpem: mirandum tibi non eſſet ſi duas res

(1) Io. Baptiſta Donius, quod ex his Epiſtolis perſpicue eruitur, per Galliam, & Hiſpaniam eruditum iter ſuſcepit, atque in primariis urbibus, Pariſiis, & Matriti moratus eſt; qua occaſione ſummos doctrina viros novit, & cum iiſdem arctiſſime amicitiae vinculo iunctus eſt.

res commerciis literarum oppido adverſantes mihi quominus id praeſtiterim impedimento fuiſſe, cognoſceres. Nimirum varias multipliceſque occupationes meas, quae nimiopere diſtentum me habuerunt: alterum, inſitam mihi ad haec officia ῥαθυμίαν: quam nec cariſſimorum amicorum (quorum in numero mihi es) recordatio valeat expugnare. Sic enim velim exiſtimes deſidem me, ſed non prorſus immemorem eſſe, immo nihil mihi magis intimo in corde defixum haerere, quam eorum, quos mihi virtus literaeque conciliarunt, vegetam iucundamque memoriam. Qui poſſim igitur oblivisci tui, cuius mihi ſuaviſſima conſuetudo in Hiſpania verſanti; egregiamque doctrinam ac probitatem morum, quam Cl. V. Nicolai Peyreſii opera deguſtavi, ſupra modum etiam adamavi. Vtinam vero tanta fide noſtri memoriam conſervaveris, ut me feciſſe ſcio. Id ut facilius credam, quaeſo ſi vacabit, nonnihil literarum ad nos mitte, quibus & de ſtudiis tuis, & de toto rerum tuarum ſtatu, quem magnopere cognoſcere cupimus, nos facias certiores. Nihil mihi iucundius accidere poterit, quam ſi paulo meliuſcule mecum agi comperero. Primum quia te non vulgariter amo; deinde communi literatorum, ac ſtudioſorum cauſa, quibus ſive ob eorum modeſtiam, vel ob aliorum invidiam, tralatieium iam videtur, praeſertim in Aula verſantibus, parum indulgentem conatibus ſuis fortunam experiri.

Ad nos vero quod attinet, ſcito poſt exercitum ad ſex fere menſes Epiſtolarum Latinarum munus in familia Illuſtriſſimi Cardinalis Barberini nuper in defuncti Ioannis Baptiſtae Lauri locum Sacri Collegii Secretarium, ſubſtitutum me fuiſſe: quo munere pauca in hac Curia honeſtiora, ac ſplendidiora, praeſertim quae minoribus ſtudiis dediti conſectentur, reperiri ſcito. Id vero quoniam gaviſurum ſucceſſibus noſtris non dubito, caelandum te nequaquam aexiſtimavi.

Indiculum, quem his literis incluſum vides, ad te mitto, ut ſi eos libros, qui adſcripti ſunt, nanciſci aliunde poteris, coemendos, modo id tolerabili pretio fieri poſſit, mihi cures. Pecuniam, qua opus erit, ſcripſi ad Franciſcum Gualterium, Illuſtriſſimi Cardinalis Pamphilii ſororis filium, ut tibi ſolveret, ac libros coemptos reciperet, devehendos in Italiam cum ſupellectile, ac ſarcinis avunculi ſui; quod pro eius humanitate noſtraque benevolentia, ſpero me facile ab eo impetraturum. Exemplaria aliquot eius Odae, quam anno ſuperiore in Rupellenſem, Regis Chriſtianiſſimi victoriam ſcripſi, idcirco ad te miſi, quod minime dubito hoc Carmen, ſaltem ob argumentum, quod totum pietatis eſt apud gentem Orthodoxae Religionis apprime ſtudioſam, qualem eſſe Hiſpanicam in confeſſo eſt, gratum iucundumque fore. Singula meo nomine, ſi tibi videbitur, dare poteris Cl. V. Laurentio Ramirez de Prado, L. Tribaldo Toletano, P. M. la Cerda, Lopeſo de Vega, Franciſco Bravo, Vincentio Marinerio, quibus omnibus ſalutem meo nomine deferes, accurateque me commendabis (1) Vale ac me, ut facis, dilige. Romae III. Non. Decembr. MDCXXIX.

XXXVIII.

Illustrissimo Signore e Padron Singolarissimo

DEbbo *far continua ſtimazione delle virtù, del merito, della benignità di VS. Per la qualcoſa primieramente io le annunzio le Sante Feſte del Natale, e il feliciſſimo Capo d' Anno. Secondariamente mi congratulo di cuore perchè VS. è ſtata di nuovo aſſunta dal Signor Cardinale a nuovo onore. Terzo per ſignificarle come alla ſua Lettera Latina io feci riſpoſta Latina, l' accenno, affinchè ſe aveſſe patito naufragio, io reſti appreſſo di lei ſcolpato di negligenza. Queſto la ſupplico a favorirmi di qualche indirizzo per ritrovar co' mici danari queſti Autori; Marciano Eracleota, Latino per Fed. Morel. Le Orazioni di Liſia num. 34. latin. per Iodoco Vandereidio le Orazioni politiche di Licurgo. Dinarco, Leſbon.,*

(1) Praeſtantes Viri natione Hiſpani, quos novit Matriti Donius hoc recenſentur, quos familiariſſime coluit, & uti amicos optimos magnopere amavit. Singulorum laudes heic non vacat adtexere, quum editis ingenii monumentis clariſſimi ſint in Literario Orbe.

Lesbon. Erod. Demad. ec. in 8. latine. E le Orazioni di Antifonte, Andocide e Iſeo in 8. lat. Giorgio Ciprio gr lat. per Fed. Mor. Marcello Sidite, Halieuticon gr. lat. per Fed. Morel. Ariſtoſseno con tutti gli altri antichi Muſici riſtampati latini per Io. Meurs. Non ſaprei a qual perſona io poteſſi eſporre queſto mio biſogno più proporzionatamente, che a lei, la quale per l' opportunità, per l' ufizio, per la intelligenza, per la corteſia mi ſupererà di gratificazione in queſta ſpecialità. Aſſicuro VS. che per ſimil grazia rinnoverà in me verſo di lei obbligo di ſervitù, memoria di beneficenza, aumento di devozione; oltre alla remunerazione divina, che a lei ne riſulterà di sì caritevole ufizioſità. Quando mi faſſero inviati queſti libri, ſubito io conſegnerei la valuta loro in mano al Signor Canonico ſuo fratello, o vero a chi ella mi comandaſse. N. S. la feliciti, e la eſalti, e la conſervi. Di Firenze. Il dì primo di Dicembre MDCXXIX.

Di VS. Illuſtriſſima

Devotiſſimo Servitore
Benedetto Fioretti.

XXXIX.

V. Cl. Ioanni Baptistae Donio Lucas Holstenius s. p. d.

Quum nunquam mihi obſcurum fuerit quantum abs te amarer, maxime tamen tuam erga me voluntatem perſpexi, quum diſcedentem ex Vrbe, pleno humanitatis affectu nuper proſequereris; ideoque quum paria amando facere ſemper ſtuduerim, tibi amicorum optimo de ſecundis auſpiciis ſuſcepti itineris ſcribendum aexiſtimavi; quod & voluptatem aliquam ex eo te percepturum ſperem; tum ut certi quid de profectione mea percunctantibus amicis referre poſſis. Florentiam Idibus Decembris quinto die poſtquam a vobis diſceſſi, perveni; nec quemquam amicorum convenire licuit reliqua eius die parte, quam Illuſtriſſimo Nuntio Apoſtolico, & Archiepiſcopo Senenſi ſalutandis impendi. Heri Sereniſſimos Principes ſalutatum adii in Ambroſiano ſeceſſu ad XII lapidem via Piſana, inde Florentiam hodierno die reverſus, beneficio optimi, & humaniſſimi Domini Bonaroti [1] Laurentianam Bibliothecam inſpexi, verius quam perluſtravi. Multo enim illa locupletior eſt, quam ut paucis horis, & fugienti oculo, quis perſcrutari ſingula poſſit, tum vero haec quoque Bibliotheca commune illud cum aliis habet, quod in eorum cura ſit, qui nec nomina ipſa auctorum ſatis recte intelligunt: & meri ſunt librorum Cuſtodes. Vnde fit, ut praeſtantiſſima κειμήλια vel prorſus ignota, vel ſub falſis titulis latitent; nam indices pluteis praefixi nihil continent, praeter nomen opuſculi, quod prima fronte ſpectantium oculis ſeſe offert. Cetera quae receſſus interior recondit neſciunt. Singulas excutiendi copiam Cuſtodum humanitas fecit, ſed negavit temporis anguſtia, nam quatridui, ut minimum, labor eſſet; ſpero tamen me in reditu, amicorum benevolentia, maiori cum fructu uſurum. Dominum Guadagnum, & Canonicum Bottigarum obiter tantum ſalutavi. Fratrem tuum, & Dominum Gallaeum in praedio ſuburbano ruſticantem ne videre quidem licuit. Literas ad eosdem curabunt Dominus Bonarotus, & Bottigarus, qui & ſalutationis officio fungentur meo nomine: cras enim diſceſſurus ſum Bononiam; quo & Illuſtriſſimus Archiepiſcopus Senenſis, una cum fratre ſuo Octavio proficiſcetur. Dempſterianae Bibliothecae reliquias extare aiunt paenes D. Sumaium, Piſis nunc degentem: domious Bottigarus haud magni momenti libros eſſe affirmat, rogavi tamen ut data occaſione inſpiciat accuratius, & ſi quid Manuſcriptorum ſuperſit, certiorem te faciat. Vale vir amiciſſime, & amicos omnes officioſiſſime a me ſaluta, Domino Bunarroto, & pro

(1) Is eſt Michael Angelus Bonarrotius Iunior, de quo vide Vitam divini M A Bonarrotii a me editam, & Faſtos Conſulares Academiae Florentinae editos a Cl. Salvino Salvinio.

Eidem Io. Baptiſtae Donio demandatam Bibliothecae Medìceo-Laurentianae curam iam ex eius Adverſariis novi, atque etiam ex Catalogo rariorum Codicum, quem ſibi conſcripſit, ut arbitror, in lucem editurus. A Cl. Holſtenio Ambargenſi in hac Epiſtola aliquot Codices indicantur, qui optant publicam lucem. Opera ab Holſtenio edita laudantur & recenſentur a Leone Allatio in *Apibus Vrbanis* pag. 181. 182 & 183.

Digitized by Google

pro commendatitiis gratias diligenter age: nepos enim ipſius, patruo ſane quam ſimillimus omnem operam, & humanitatis officia promptiſſime, & abunde mihi praeſtitit. Vale Florentiae ad diem XV. Decembris MDCXXIX.

Ignoſce quod aliena manu in literarum officio utar: haſce enim ſub multam noctem ſamulo meo in lecto dictabam; interdiu enim ab aliis rebus tantum ocii non ſuit. In Laurentiana obſervavi inter alia, deſcriptionem Inſulae Cretae incerti Autoris CCCC. circiter annorum, ſatis accuratam, licet ſtylus omnia eius ſaeculi vitia referat. Cycladum deſcriptio, neſcio cuius Chriſtophori Enſenii ad Iordanum Cardinalem, recentior eſt, nec admodum magni precii. Inter Graecos Codices notavi Τοπογραφίαν χριστιανικὴν incerti Authoris, quae loca praecipua, aedificia, caſtra, templa, atque alia veteris & novi teſtamenti loca, aliquot libris deſcribit: nox ingruens accuratius excutere prohibuit; quantum ex leviter pervolvendo coniicere potui, ἀρχιτεκτονικὴν potius illuſtraret, quam Geographiam. Graecorum Lexicorum magna copia eſt, antiqua ferme omnia, ſed pleraque ſine certo Authoris nomine; in iis potiſſimum obſervavi Eudemi Rhetoris Lexicon, quo Suidas, etiam uſus fuit, & alterum Sancti Maximi, quod Gloſſarium S. Scripturae eſſe puto. Sed de his alias. Vale nam itineri me accingere cogor ad diem XVI. Decembris.

XL.

Benedicto Floretto s. Ioannes Baptista Donius

DElectatus ſum mirifice literis tuis, quas ad me pridie Kal. Maias dederas, non tam propter eas laudes, quibus Carmen meum *Epithalamicum* in coelum efferre voluiſti, (nec enim ἡδυπατείαν hanc Themiſtocleam in me agnoſco) quam propter expreſſa in iis benevolentiae in me tuae non vulgaris apertiſſima ſigna. Huic enim acceptum fero quidquid in illo Poëmate celebrando (quod certe tot praeconia non merebatur) tam effuſe congerere voluiſti. Quum dico benevolentiam, amicitiam loquor, non amorem, qui quum merito inter πάθη, atque haud ſcio, an inter omnia validiſſimum cenſeatur; neſcio an in veſtra Academia locum habere poſſit; certe nomen ipſum repugnat. Sed omiſſis iocis; quidquid ſit, ſive haec adeo honorifica commendatio ſcriptorum meorum adſcribenda ſit amori erga me tuo, ſive benevolentiae, amicitiaeque noſtrae, quod mallem (amor enim tum minus conſtans & ſtabilis eſt, tum iudicio plus officioſus, quam benevolentia) non poſſum non magnopere laetari, placuiſſe quidpiam mei viro longe eruditiſſimo, & in aeſtimandis aliorum ſcriptis perſpicaciſſimo; nam de te quum cogito, alterum mihi Ariſtophanem Grammaticum (Ariſtarchi enim odioſum eſt nomen) mihi videor intueri.

Delectavit me etiam mirifice libertas tua, atque eo magis, quo paucioribus ea hodie cordi eſt, in Aula praeſertim, quae quum praecipue inter amicos uſurpari debet; tum vero maxime in ſtudiis rei literariae, in quibus celare amicum quae ſentias, plane flagitioſum videtur. Cognovi igitur quid in illa Ode te offenderit, de qua candide, amiceque, ut ſoles, admonere me voluiſti. Aia igitur connexionem illam Odarum minime in fine ſingularum partium, interpunctam licet, & Antiquis uſitatam, abſurdam tibi videri; in quo certe aſſentire tibi non poſſum; nam etſi id in Elegia, & Latinis hoc eſt Horatianis Odis fortaſſe vitandum eſt, (quaeve breviores circuitus habent, & ſunt quodammodo adſtrictiores) in Pindaricis tamen, totoque hoc genere Graecanico, quod multo liberius, & ſolutius eſt, tolerari debet. Mihi quidem praeter auctoritatem Pindari (a quo minime diſcrepaſſe ceteros Graecos puto) ſufficere videtur, nullam afferri poſſe rationem, quae cuſtodiendam hanc legem, quam tu vis, manifeſte ſuadeat; nam ea quidem, quae obiicis, haud longe mihi negotium faceſſunt. Etſi enim Choros illos veteres, dum canebant circa aram, incedere, ſive etiam vis, ſaltare conſueviſſe, confiteor, ex quo nomina illa Strophes & Antiſtrophes a contrario ſcilicet motu pro-

 die-

dierunt; itemque Epodi ab eo quod ſtantes accinebant: tamen non uſque adeo perpetuum hunc morem fuiſſe opinor, ut quaecumque Odae, ut hodie membra partiebant, eas omnea eani & ſaltari fuerit neceſſe: immo has Pindari, Encomiaſticas, ſive Panegyricaa (alia enim res eſt Sacrarum, & Dramaticarum) omnimode ſaltari conſuevisse non puto, ac fortaſſe nec canebantur quidem. Dices, quorſum igitur hodie in Strophas, Antiſtrophas, Epodoſque partitio, ſi nulli erant uſui? ad artificium oſtentandum ſcilicet, quod in poëmatia Κατὰ σχέσιν longe maius eſſe cuivia apparet, quam in ſolutis, quae nulla habebant membra ſibi invicem reſpondentia. Sed quoniam licet admittamus has Odas non ſemper accini, nec deſaltari; tamen quia eo modo fiunt, ut cani, ſaltarique poſſent, videndum eſt, an ſi ita contexantur, ut ſine ullo interductu perpetua ſerie membra iungantur, impedimenti quidpiam ad ea omnia praeſtanda afferatur: quod non opinor; quid enim neceſſe eſt, abſoluto cantu inceſſuque Strophae ex. gr. ullum interſtitium poni, antequam ad Antiſtrophem tranſitus fiat? omnia enim unice, perpetuo quaſi ductu adminiſtrari poſſe, ita ut quum magia opus fuerit, interquieſcere in fine ſingularum partium, quam in ipſarum medio, ubi cola occurrunt, ſenſuſque terminatur.

Quum vero, inquis, huiuſnodi partes diverſas fuiſſe, vel eſſe potuiſſe motu, cantuque, quam diverſitatem intelligas, neſcio: quum enim in cantu duo ſint melos, & rhythmus, quorum illud flexiones vocis, hunc temporis ſpatia & modulos ſignificare non ignoras; an melos quidem in Strophe & Antiſtrophe diverſum fuerit ambigi poteſt.

Mihi vero non fit veriſimile, conſtituto ab initio quopiam μέλει, omnia deinceps membra ad illud adaptari conſueviſſe, ut in vulgaribus cantionibus fieri videmus; ſed non modo inter Strophem, & Antiſtrophem, & inter illas, atque Epodos, ſed etiam inter ſingulas Strophas, hanc diverſitatem conſtituendam, ita tamen, ut idem genus Muſicae, atque tonus perpetuo cuſtodiretur; nec ullae μεταβόλαι temere fierent; quod, ſi otium eſſet, pluribua indiciis confirmare poſſem. De rhythmo dubitari non poteſt, quin fuerit in Strophe, & Antiſtrophe idem, in Epodo diverſus; hoc enim metrica non docet, ac proinde quum inceſſus vel ſaltatio iiſdem intervallis progredi debuerit, ut quem rhythmum vox canentis ſervabat, eumdem tuerentur incedentis pedes; manifeſtum apparet, eumdem fuiſſe utrobique motum in iiſdem ſpatiis, moduliſque diſtinctum. In Epodo autem quemadmodum diſpar erat modulus carminis, ita etiam inceſſus, ac motus menſura, atque intervalla non eadem. Illud tamen ſine dubio credendum eſt, ubique eamdem atque uniformem ſaltandi ſpeciem (ut circa melos) ab initio uſque ad finem in tota Ode conſtitutum fuiſſe.

Reſpondi, ut potui, raptim, ac ſine libris ad ea, quae tibi ſcrupulum movebant; in quo libertatem meam, quam mihi exemplo tuo in diſſerendo propoſui, boni conſules.

De libro Progymnaſmatum, magnaa tibi gratias ego; in quo avide quaedam hic & illic, magnaque cum voluptate lectitavi; totum autem evolvere non potui. Deſunt in illo exemplari complures pagellae, eae videlicet, quae inter numeros 368. & 417. intercipi debuerunt; gratam mihi rem facies ſi eas Angelo fratri meo quamprimum dederis, ut librum integrum glutinari, & compingi curem.

Dithyrambum, quem ad calcem operis adpoſuiſti, libentiſſime legi. Quid quaeris? longe mihi viſus eſt commodior, quam nonnulli, qui poſt tuum nuper prodierunt: nec enim tantum ii ſpiritus caloriſque poëtici, nec compoſitionea verborum adeo feſtivas continent, &, ut uno verbo dicam, in hac linguae egeſtate multa tu feliciter pleraque illi ἀπροσδιονύσως excogitaſſe videntur; ſed toto hoc genere (nec minus de tota ratione carminum apud Antiquos) erit fortaſſe alias diſſerendi locus: nec enim anguſtiae temporis ſinunt, ut aperiam ſuper hac re ſententiam meam: illud vero ὁδῷ πάρεργον. Multo anguſtioribus finibus Dithyramborum ideam, atque naturam concludi puto, quam vulgo exiſtimetur, ac non modo

Digitized by Google

modo linguam noſtram, quae Latinae maieſtatem, atque ubertatem nullo modo aſſequitur, & in συμπλοκαῖς verborum ab omnibus fere ſuperatur; ſed vix ipſam Latinam huic generi carminis idoneam eſſe. Sed nimis multis occupationibus impedior, quam ut de his ſtudiis τεχνικῶς, & accurate in praeſentia confabulari tecum poſſim, ut ſane vellem. Impediunt me praeterea nonnullae lucubrationes, quarum aliquas eo usque deduxi, ut brevi ſperem in lucem prodituras; praecipueque erunt ex viginti Onomaſtici mei libris, quorum alter Μαγειρικὸς ſcilicet *Eſcarius*, alter Ὑποκεναυτικὸς dicitur; atque hos quidem intra menſium ſpatium, niſi alia obſtabunt, fortaſſe abſolvere, ac ſtatim de editione cogitabo; quorum exemplum ſi reliquos conficere potero, ſpondeo tibi, nihil ſimile hactenus hoc in genere viſum fuiſſe: quia iſti duo fortaſſe clamores excitabunt; operis enim faſtidioſiſſimi, ac laborioſiſſimi planeque & alia ἀπροσεπασματα eſſe facile cuivis apparebit, ut ſin minus ſucceſſus, certe conatus ipſe placiturus ſit.

Conſtitui etiam ſimul edere Ideam quamdam ſive Synopſim aliquot Operum, quae partim abſoluta, partim affecta, partim in animo concepta habeam, ut appareat ſaltem, ſin minus ob fatales meas in ſtudiis adverſitates, perficere potero; tamen praeclara moliendi conatum, atque voluntatem mihi non deeſſe. Eſt quod tu, & ego gaudeamus, civitatem noſtram tale huius iuvenis ingenium extuliſſe; nam profecto ſi adoleverit, ad plenamque maturitatem pervenerit, pauci omnino erunt, qui cum eo vel eruditione, vel venuſtate carminis conferri poſſint: nonnulla fortaſſe eorum ſunt iuvenilia, & redundantia; ſed haec ipſa, vel propter ubertatem ingenii, bonamque indolem, quam oſtendunt commendanda ſunt; condonandus enim eſt iuventuti teſtimonio Ariſtotelis, & Ciceronis laetior quidam & effuſior ſtylus, atque haud ſcio an preſſo caſtigatoque praeferendus: ſolet enim ille aetate ipſa matureſcere, intraque modum conſiſtere: hic ſenectutis vitio nimium quodammodo exareſcere, ac reſecari. Crede mihi non mediocriter laetor, quum iuvenes noſtros nobiles praeſertim gloriam & famam in ſtudiis aucupari video; quod ſine dubio Gaddius hic vel aſſequutus eſt iam, vel aſſequetur. Quid enim iucundius homini liberaliter educato accidere poteſt, poſtquam ſi patriam ſuam iiſdem artibus efflorescere videat, per quas maxime clara & illuſtris apud ceteras gentes habetur; quamquam haec laus ingeniorum, atque doctrinae, quae propria fere Florentinorum eſt, ſive deſidia noſtra, ſeu ſaeculi vitio, paene ad nihilum recidit; ut tanto magis amplecti atque exoſculari debeamus, ſi quos ex noſtris inhaerere maiorum veſtigiis propius aſpicimus, & hanc ſpartam graviter exornare.

Percurrebam nuper Adverſaria Barthii, librum ut ſcis, variae multipliciſque eruditionis: offendi forte in eum locum ubi certum propriumque caput Angeli Politiani laudibus dicat. Hunc non modo ſummis encomiis celebrat (nec ſane iniuria, vir enim revera fuit ad miraculum uſque prodigioſe doctus & ingenioſus) ſed etiam allatis ex innumeris paene auctoribus in eum elogiis ſedulo oſtendit, quae doctiſſimi cuiuſque ſuperiori aetate iudicia de illo extiterint. Non eram ignarus alioquin, Angelum noſtrum magni a literatis fieri, maximeque Germania; ſed tantum conſenſu ab excellentibus doctrina viris, quorum variae nonnumquam ſententiae ſolent, hunc hominem celebrari, non tam miratus ſum, quam ſupramodum laetatus. Coepit igitur me impetus ſtatim, tot, taleſque viros imitandi, ac proinde ſequens Epigramma in eum effudi; quod ſic velim legas, ut memineris αὐτοσχεδίως, ut & hanc epiſtolam, mihi excidiſſe.

Epitaphium Angeli Politiani.

Sed deeſt in Autographo.

Numquid aliud? etiam. Scito ſuperioribus diebus compoſitam a me fuiſſe Odem decem Stropharum, eo genere metri, quo illa admirabilis Sanctiſſimi Domini noſtri in S. Ludovicum, quae incipit: *Obiectu gemini maris* in Victoriam Rupellenſem Chriſtianiſſimi Regis, quam etiam publice in Aca-

demia Humoriſtarum, praeſentibus quinque Cardinalibus aliiſque permultis dignitate & doctrina illuſtribus viris, recitavi, pridie eius diei, quo Pontifex Maximus, templum eiuſdem D. Ludovici ſolemni pompa ad agendas deo gratias adivit: in qua, quod raro evenit, tum ſcriptione ipſa, tum actione, omnibus quotquot interfuerunt, ut plures dicentes audivi, videor ſatisfeciſſe: quidquid ſit non dubito quin ubi hoc Carmen aſpexeris tollerabilius eſſe dicas, quam illud alterum, quod tam effuſe laudaſti. Idem etiam profeſſus eſt omni exceptione maior Iudex Sanctiſſimus, ſcilicet Dominus noſter, qui me praeſente magnam eius partem lectitavit, ac me profeciſſe pronuntiavit. Sed quoniam brevi, ut ſpero, illius tibi copiam faciam (iam enim ſub praelo eſt cum Praefatione, & aliquot praeterea Epigrammatibus ad idem argumentum pertinentibus) plura de hac te non addam.

Sed dic quaeſo, inaudiſti ne quidpiam de Paganino Gaudentio Rhaeto, qui nunc Piſis humaniores literas profitetur? Nemo hic Romae inter eos, qui cum doctis verſantur, notior illo erat; quem ego, ut Tiberios Apionem Grammaticum, cymbalum mundi vocare ſolebam. Homo eſt non expers literarum; ſed aliquanto magis ingenioſus, quam doctus; audacia vero atque extemporali facultate inſignis; ut qui hominem D. Bulengero e diametro prorſus contrarium aſpicere volet, non alius ei quaerendus ſit. Haec ideo a me dicta ſunt, ut ſi forte Florentiam venerit, quid de illo homines iudicent, facilius animadvertere poſſis.

Is qui tibi has literas tradet, iuvenis eſt affinitate mihi coniunctus, tum ob nobilitatem generis, cum ob morum ſuavitatem, & non vulgarem doctrinam habendus in pretio, tuaeque praeterea amicitiae cupidiſſimus; utpote qui ex me ſaepius audierit honorificum eximiae tuae eruditionis teſtimonium. Filius eſt Bernardi Gaddii nuperrime defuncti, quem tibi notum fuiſſe non dubito, quem ob caſum in patriam reverti coactus eſt, ad res ſuas ordinandas; Romamque relinquere, ubi egregia probitatis, & φιλομαθείας documenta edidit. Supervacaneum igitur puto eum commendare tibi, quem ob haſce cauſas non dubito commendabilem in primis, & carum fore. Quo genere ſtudiorum nunc te oblectes (nec me fugit, nullas alias te noſſe delicias, atque oblectamenta) libenter audire cupio;(1) quocirca ſi quando tantum tibi ſuperfuerit curae, ut ad me ſcribendum exiſtimes, quaeſo ne id praeterire velis, literaſque Angelo fratri tradas. Vale, Vir doctiſſime, meque, ut facis, ama. Romae Regalibus MDCXXIX.

XLI.

Lucae Holstenio suo s. Ioannas Baptista Donius

Etſi perveniſſe iam te in Poloniam, quantum temporis atque itineris tui aeſtimatio mihi perſuadet, opinor; facere tamen non potui, quin literularum aliquid ad te mitterem, quibus deſiderium reditus tui, quo impatientiſſime teneor, aliquantulum levarem; ac tibi in remotiſſimas terras proficiſcenti, quoniam corpore non poſſem, animo ſaltem me adeſſe intelligeres. Incitamento mihi praeterea fuerunt literae tuae humaniſſimae, quibus de tuo itinere, antequam Florentia diſcederes, certiorem me facere voluiſti: tanti ſcilicet tibi fuit veterem amicum, fidumque ſodalem proſpero itineris tui ſucceſſu recreare, ut quamvis de itinere fatigatus eſſes, multaque potiora urgerent, elegantiſſimam ſuaviſſimamque epi-

(1) Benedicti Floretti Sacerdotis Florentini Vitam ſcripſit Franciſcus Cionaccius, in quo volumine eius quoque Imaginem praepoſuit, hac epigraphe eidem ſubpoſita: *Benedictus Florettus Sacerdos Florentinus, mutato nomine Udeno Niſieli: Academicus Apathiſta, Etruſcorum, Criticorum facile princeps.* Idem Cionaccius ibidem recenſuit, edito Catalogo, lucubrationes ab eo tam in lucem prolatas, quam MSS. illas, quas exaravit. Progymnaſmatum ſuorum primum & alterum Volumen vulgavit anno MDCXX. ſed cum additionibus ex recenſione Cl. Viri Antonii Mariae Salvinij demum Progymnaſmatum Volumina VI. in 4. Florentiae prodierunt anno MDCXCV. typis Petri Martinii, quae editio in pretio eſt, & propter multiplicem eruditionem commendatur. Laudatur Florettius a multis, quos citat Cl. P. Iulius Nigrius S. I. cuius Hiſtoriam a Cl. Salvino Salvinio Canonico Florentino accurate a mendis expurgatam, caſtigatam, mirifice auctam, adiectis quoque meis curis, quamprimum, Deo auxiliante, in lucem proferam, & Volumen fere ex integro reſtitutum atque luculenter amplificatum facile inſcribetur: *Palladium Florentinum*.

epiſtolam indicem veriſſimi amoris erga me tui, nihilominus miſeria. Quid quaeris? beaſti me tam eleganti, tam officioſa pagina, quam mirifico geſtiens gaudio ſtatim multis oſtendi; mirantibus omnibus genus ſcribendi tuum terſum ac ſolutum, inſignemque tuam eruditionem animique candorem ex occaſione perhonorifice recolentibus. Oſtendi etiam Illuſtriſſimo Cardinali noſtro, qui magna cum voluptate eam legiſſe viſus eſt, atque ut eſt harum rerum curioſus, de iis Libris, quos in Medicea Bibliotheca obſervaſti, nonnulla diſſeruit; ſed de his alias coram; atque utinam quamcitiſſime. Porphyrium a praelo liberatum, ſed nondum publicatum, in hunc faſciculum conieci, ut egregio iſto foetu ingenii tui, iam nunc cum eruditis, quibus eo, in reditu tuo innoteſces. oblectari incipias. (1) Epiſtolam quamdam dedicatoriam, a neſcio quo conceptam, apponere illi ſedulus typographus iam paraverat. Verum hanc nimiam eius diligentiam repreſſi, memor videlicet quid in mandatis a te haberem. Quare vel fidem tuam quamprimum libera, praeclaroque operi a temetipſo compoſitam Epiſtolam adiungendam mitte, quemadmodum te facturum oſtendiſti; quod & ego, tuique omnes amici praeoptamus, propera, ac redeundo nos ſolare.

Haec inter, literas quaſdam Germania, uti puto, ad te miſſas ſimul iſthuc remittere feſtinavi, ne quid fortaſſe, quod te ſcire oporteret, ſerius ad te perferretur. Neſcio enim num e Pollonia diſcedens, facultatem, voluntatemque excurrendi Francofurtum uſque ſis habiturus; quod ſi illo perveneris, tibique erit commodum, Tobiae Magiri *Polymnemonem* quaeſo mihi compara, una cum libris, quorum elenchum tecum detuliſti. In eo facies mihi rem ſupra modum gratam, ingentemque cumulum tuorum erga me meritorum iuſignites augebis. Deus Optimus Max. tibi perpetuo ſit comes, & in omnibus viarum periculis vindex, ac ſoſpitator, ut quamprimum te ſalvum atque incolumem intueri poſſimus. Vale. Romae VI. Idus Martius MDCXXX.

XLII.

NICOLAUS RIGALTIUS
IOANNI BAPTISTAE DONIO
V. CLARISSIMO

Redditae mihi fuerunt literae tuae, quas Barclaio tradideras: ipſum non vidi, neque ad vos redeuntem ſenſi. Non alias amiſſurus occaſionem traſmittendi, quae penes me iamdiu deſtinata ſunt vobis exemplaria Tertulliani. Interea vero, dum alia occaſio paratur, accipe novam editionem Phaedri: ſed una ſcito, eam non ſine multa indignatione mea prodire, tot mendis inquinatam, & literis nimia fatigatione diſtrictis ac paene morientibus deformem: ceterum non levibus gloſſarum maculis purgatam. Dignus certe cura etiam maiore Libertus, qui brutum genus animalium, tam lepide ſimul, ac ſapienter fabulari iuſſit, ut inde ſuppetant exempla moribus hominum caſtigandis. Nec ſine ſtomacho recordari unquam poſſum, quae Butavus ille ad Martialem de Pithoeana ſuper Antoria ipſius editione praefatiuncula notavit, deceptus impudentia Sipontini, poetam ſe fabulae de Palladis oliva mentientis; cuius Codices vidimus ſcriptos anno, priuſquam deſiperet Sipontinus, octingenteſimo. Veniet tempus cum impactam Phaedro, Pithoeoque contumeliam vindicabimus, & vindicanti, niſi plurimum fallor, adſavebis. Habe hoc igitur pro Epinicio tuo ἀντίδωρον. Nempe vos elegantiſſima de veſtro procuditis; nos aliena ſectamur adhuc, unde parari nobis aliqua poſſint, quae cum veſtris olim ſuſcipiant poſteri. Equidem novo te munere ornatum iam acceperam; & vero etiamnum gratulor, atque ad maiora gradum fore conicio. Vale feliciter, & me tui ſtudioſiſſimum amare perge. Lutetiae Pariſior. Idib. Martii MDCXXX.

FAAN-

(1) Meminit praeclari huius Operis Leo Allatius in libro, cui titulus *Apes Urbanae*, Romae edito anno MDCXXIII. in 8 excuſoque a Ludovico Grignano, & quidem pag 181. primo loco. I. *Porphyrii Philoſophi de Vita Pythagorae &c.* = Eiusdem *Sententiae ad Intelligibilia ducentes* = Eiusdem *de Antro Nympharum*, *quod in Odyſſea* deſcribitur. Haec Latine a ſe verſa cum Graeco textu edidit praeſtantiſſimus Holſtenius Amburgenſis. Adiecit etiam Diſſertationem *de Vita & ſcriptis Porphyrii*; *& ad Vitam Pythagorae Obſervationes ſuas*, quas propter longum iter in ultimam Sarmatiam, abſolvere non potuit. Prodiit Romae typis Vaticanis MDCXXX. in 8.

XLIII.

Francisco Rondinello
Ioannes Baptista Donius s.

NOllem, te Rondinelli humaniſſime, quia nihil ad te literarum poſt meum ex Hiſpania reditum dedi, me propterea tui vel oblitum eſſe, vel quod gravius eſt, in rebus, quae ad te pertinent procurandis minus eſſe diligentem; nam, ut primum in hanc Vrbem veni, ac Bibliothecam Patrum Oratorii per otium licuit inſpicere, nihil habui antiquis, quam ut Codicem illum, quem tibi deſcribi velle ſignificaveras, inquirerem; quo ſuſceptam hanc a me provinciam, ut oportebat, implerem. Verum ignorare te nolo, Menologium illud Graecorum a Cardinali Sirleto in Latinam linguam converſum iampridem, impreſſum fuiſſe opera & ſtudio Henrici Caniſii, in ſuis antiquarum Lectionum libris Ingolſtadii impreſſis (quod opus ſane peregregium, & tibi auctor eſſem, ut omni ratione comparares) hoc etiam opus edendum curavit, unique ex iis voluminibus ad calcem adiunxit. Itaque, ſi me audis, ſumptum, quem in unico hoc opere exſcribendo faceres, ad Lectiones illas Caniſianas coëmendas magno tuo compendio ac utilitate transferes: multos enim non contemnendos Auctores, quos fortaſſe nec fando unquam accepiſti, una opera collectos habebis, quorum te non poenitebit. &c.

Quaeris fortaſſe quid agam, aut quibus in ſtudiis me oblecter. Iam primum illud te tenere puto, hominem aulicae vitae, ut ego ſum, mancipatum, non ita otio abundare, ut gravioribus ſtudiis incumbere poſſit; leviora igitur, quod reliquum erat, conſectanda fuerunt. In iis fere quidquid temporis a quotidianis operis ſupereſt, non invitus impendo, ut ſi fieri poſſit, nonnullam utilitatem ſimul afferam rei literariae, mihique oblectationem; tum aliquid honeſtum & iucundum. In praeſentia prae manibus habeo veterum Inſcriptionum exiguam συναγωγὴν, quam ante aliquot annos colligere coepi, quotidieque adaugeo; nunc in ordinem redigo, & ex Schedis, atque Adverſariis in unum volumen ſub certa capita, ſervato ordine Gruteriano, tranſcribo: qui labor, quamquam per ſe moleſtus, & taedii plenus, totus mihi exantlandus eſt; nam amanuenſis, quem iſthinc mecum Romam adduxi, vix ullam operam mihi exhibere poteſt. Spero autem, quantum huiuſmodi. Inſcriptionum numerum hucuſque coegi, qui non mediocris formae libro ſufficiat, intra paucos menſes eas a me editum iri; quarum editioni properandae (alia enim non ſubeſt) ut rei antiquariae ſtudioſos invitem praeliminari epiſtola, quam ſtudioſe in veſtibulo operis ponam, ad quos vel liber ipſe, vel eius fama pervenerit, ad alias Inſcriptiones, quae illis ad manum erunt, mihi tranſmittendas; quas, ſi Deus coeptis adſpirabit, alteri editioni adiiciam. Interim rogo te, ut ſymbolam & ipſe huic convivio, ut virum φιλομαθῆ, & doctum decet, conferas, quod tamen commodo tuo facere poſſis. Res enim, ut puto expedita erit; nihil enim amplius a te deſidero, quam ut paucas quaſdam veteres Inſcriptiones, quae in villa Petraria Sereniſſimorum Principum noſtrorum ſunt, fideliter deſcribi cures, & ad me tranſmittas. Extat etiam in Domo Archidiaconi Nicolinii tabula quaedam lapidea parieti impluvii inſerta, quae incipit VERSINIA TYCHE, cuius quidem exemplar penes me habeo; ſed quoniam feſtinanter eam deſcripſi, iſtrumenta quaedam fabrilia, quae in imo lapide exculpta ſunt, omittere mihi fuit neceſſe. Eorum igitur formam mihi velim in charta depingi, itemque antiquam illam menſuram, quae pes, vel palmus eſt, adamuſſim in eadem ſcheda exprimi cures.

Habeo item exemplar inſcriptionis illius, quae ita incipit: HIC. EST. POSITVS. HERMES, & quae in Gaddiana Domo viſitur; quoniam raptim a me deſcripta fuit; in ea verſum integrum reliqui: hanc quoque rogo te ut mihi ſuppleas, quo eam ſine menda ſtudioſis communicare peſſim. Sufficiet igitur quidquid inter illa verba O DVLCE & haec SVI LVCTV PARENTES interpoſitum eſt, ſubnotare. Pudet me ſane tantum one-

oneris tibi in gravioribus negotiis occupato propter haſce quiſquilias, demandari: verum aeqoi te bonique facere oportet. Vale. Romae Kal. Maiis. MDCXXX.

XLIV.

Edmundo Merillio Ioannes Baptista Donius s.

Magnum piaeulum admiſſurus videbar, ſi redeuntem in Galliam Odinum, & Andegavos tuos repetentem, ſine meis literis ad te venire paterer; quocitca, tam belſa occaſione oblata, ut te de ſtatu meo poſt tam longum ſilentium certiorem facerem, ea mihi, utendum putavi. Scito igitur me abſoluto itinere Hiſpanienſi, in qoo ex comitatu noſtro tertiam fere partem amiſimus, ſingulari Dei beneficio ſalvum & incolumem Romam tediiſſe: ubi ſcilicet priſtina ſolitaque munia alacriter repetii: animum enim addunt mihi, quamquam ab aulica vita abhorrenti, cum incredibilis Domini mei benignitas & homanitas; tum eius maxima dignitas ac poteſtas. Humaniorum literarum ſtudia qoamvis otii non multum nobis ſuppetat, non propterea penitus dereliqui. Nam ut rem literatiam ego etiam pro virili promoveam, veterum Inſcriptionum non modicum numerum variis ex locia congeſſi, quas propediem edere cogito, ut ſint tamquam Appendix & Auctarium quoddam Theſauri Gruteriani. Iis nunc deſeribendis, & in certum ordinem dirigendis incumbo; quarum, ut tibi guſtom moveam, nonnullas hiſce literis adionxi, ut ex iis, tamquam ex ungue quod dicitur, coniecturam de reliquis faeias. Aequum erat, ot tibi, cui tot nominibus me debere profiteot, pulcrius aliquod μνημοσυνον mitterem; verum nec aliud in praeſens ad manus erat, quod tibi deſtinare poſſem, quod quidem mole eſſet exiguum; oam graviore aliqoa ſarcina virum mihi amiciſſimum, tantum itineris ſuſeipientem, onerare non ſum auſus. Boni igitur conſules, leviuſeulum hoc munus, dum aecipies, quo perpetuam meae erga te benevolentiae, & obſervantiam nihilominus teſtatam eſſe volui. Vale. Romae Id. Maiis MDCXXX.

XLV.

Lettera Ciacolare di Gio. Batista Doni scritta a' Vescovi per raccogliera le Inscrizioni anticha delle loro respsttive Diogesi

„ *Gio. Batiſta Doni, Segretario del*
„ *Sacro Collegio, riverentemente e-*
„ *ſpone a VS. Illuſtriſſima come fra le*
„ *altre fatiche conſiderabili, che ha per*
„ *le mani, una ve n'è grandemente de-*
„ *ſiderata dagli Eruditi, perchè da eſſa*
„ *molte coſe curioſe, ſingolari, e recon-*
„ *dite ſi poſſono imparare. Queſta è*
„ *una Raccolta di più di ſei mila In-*
„ *ſcrizioni antiche, la quale giornalmen-*
„ *te va accreſcendo con quelle, che*
„ *egli trova di nuovo, o dagli Amici*
„ *comunque ſia gli vengono comunicate.*
„ *In queſt' Opera non ammette ſe non*
„ *quelle, che non ſi vedono nell' ultima*
„ *Ractolta del Grutero, eccettuatene*
„ *quelle, che vi ſi trovano molto ſcorret-*
„ *te, e diverſe aſſai dalle originali*
„ *delle pietre.*

„ *Vi ſi ricevono poi non ſolo le*
„ *Pagane, ma anco le Criſtiane: per*
„ *eſempio quelle, che ſono dal mille*
„ *indietro; e non ſolamente le Latine,*
„ *ma parimente le Greche, e di lette-*
„ *re incognite; e non ſolo quelle de'*
„ *tumuli, are, & altre pietre; ma an-*
„ *co delle tavole, o tavolette di bron-*
„ *zo, e molti utenſili ſacri. Per ag-*
„ *giunta conterrà queſt' Opera alcuni In-*
„ *ſtrumenti antichiſſimi in ſcorza d'al-*
„ *bero, o cartapecore vecchiſſime, che*
„ *tutti quaſi ſono avanti al DCC. dalla*
„ *Natività di Criſto: e non ſaranno*
„ *meno utili, e curioſi delle Inſcrizioni;*
„ *poichè, oltre l'altre coſe notabili, vi*
„ *ſi apprendono molte formule dell' an-*
„ *tica pratica di pura Latinità, e ſin-*
„ *golari.*

„ *Però ſapendo il ſuddetto Doni*
„ *quanto VS. Illuſtriſſima ſia deſideroſa*
„ *di giovare al pubblico, la prega a*
„ *fargli pervenire in mano in qualche*
„ *maniera una copia eſatta degl' Iſtru-*
menti

„ *menti ed Inſcrizioni di detta qualità,*
„ *che ſi trovaſſero ne' luoghi della ſua*
„ *Diogeſi. E perchè l'Opera del Gru-*
„ *tero non ſi trova per tutto, e non*
„ *è facile il ſapere quali ſiano, o non*
„ *ſiana ſtampate; ſi potranno far cava-*
„ *re tutte quelle, che ſono ſtate ſcoper-*
„ *te da 25. o 26. anni in quà, o che ſi*
„ *trovano in Caſe particolari, o in luoghi*
„ *fuori di mano, come ne' pavimenti delle*
„ *Chieſa rurali ec. delle quali facil-*
„ *mente ſe ne può aver notizia dalli*
„ *ſteſſi Curati, o per via d'una lette-*
„ *ra circolare, o d'un Sinodo Dioceſano,*
„ *o ſimili altri modi, come è ſtato pra-*
„ *ticato da alcuni altri Veſcovi amici:*
„ *e ſe qualche Inſcrizione aveſſe con-*
„ *giunta qualche ſignra di baſſorilievo,*
„ *d'abito ſtravagante, o coſa ſimile, an-*
„ *co di eſſa ſe ne deſidererebbe copia,*
„ *potendoſi avere comodamente: & in ciò*
„ *VS. Illuſtriſſima farà coſa grata & al*
„ *ſecolo preſente, & alla poſterità, o-*
„ *norando anco i poſſeſſori di dette pie-*
„ *tre, & Antichità; i nomi de' quali*
„ *ſi regiſtrano fedelmente nell' Opera*
„ *iſteſſa dall' Autore, che a lei partico-*
„ *larmente ne reſterà obbligatiſſimo.* Quam
„ Deus &c.

XLVI.

CLARISSIMO VIRO
D. IOANNI BAPTISTAE DONIO
LVCAS TORRIVS S.

LIteras tuas, & iunctum literis munus ingentis beneficii loco habui. Quid enim mihi gratius potuit accidere, quam intelligere, vivere te mei memorem? tum etiam nova dignitate auctum, quam ego tibi deveniſſe ex animo gratulor. Ea praeclaris virtutibus tuis debebatur. Tu fruere, dum maiora praemia aetas, & tempora adferant. Odae exemplaria, inter quos iuſſiſti, fuere diviſa. Eam cuncti non minore laude celebravere, quam tu inclyti Regis victoriam proſequutus es, & pro ſingulari munere gratiam habent: ii ſunt, Laurentius Ramires de Prado, Ludovicus Tribaldus, P. Cerda, & Marinerius. Franciſcus autem Bravo iam antea, quam literae mihi tuae redderentur, a Minervae, ad Martis Caſtra tranſierat, & in Belgio diem obierat. Aliud exemplar Hiſpalim ad P. Ioan. Pinedam miſi, qui id magni ſe feciſſe literis ſuis teſtatus eſt. Alia duo ad Fanum S. Laurentii deſtinavi, unum quod Antiſtitis proprium eſſet; alterum Bibliothecae illic Regiae inſerendum. Ad res vero meas quod attinet, quoniam ſcire aves, nihil adhuc praeterquam ducentorum aureorum ſacram penſionem tuendis ſtudiis meis a Rege obtinui, ſed quae nondum Abbatiae, ex cuius reditibus ea ſolvi debet, apud noſtros impoſita ſit. Cetera antiquum obtinent; Librorum, quos cupis partem nactus ſum, partem vix reperturum me confido. Quos iam habeo, popularibus quibuſdam meis animus erat tradere, qui eos ad te deferrent. Sed quae per Italiam fertur graſſari peſtis, eos a ſuſcipiendo itinere deterruit: itaque mutavere propoſitum. Si tamen illa remiſerit, proximo vere iter agredientur, per eos, aut alios, ſi ſors obtulerit, quorum fidei credere tutum ſit, trasportandos curabo; addamque nonnullos, qui a diſceſſu hinc tuo in lucem prodiere, & quos gratos tibi fore aexiſtimo. Si alia in re obſequi potero, tuum erit iubere, ego mandata exequar. Vale. Madriti XII. Kal. Nov. MDCXXX.

XLVII.

ADMODVM ILLVSTRI AC GENEROSO V.
IOANNI BAPTISTAE DONIO
ANTONIVS SANDERVS CANONICVS &c. S.

ACcepi iam pridem a manu Clariſſimi Viri Baldaſſaris Moreti elegantiſſimos verſus tuos cum oratione adiuncta, pro quibus immortales grarias ago. Lubenter etiam honorem illum, quem ea ratione a te habuiſſe profiteor, amore et cultu nominis tui in poſterum compenſabo. Vbi aliqua a me compoſita in ſacris praeſertim literis, & nunc ſub praelum itura, in lucem venerint, ea pro adfectus in te mei ſinceritate, etiam in Vrbem ad te venient, vel per meipſum, quod futurum ſpero, vel per amicum alium. Interim longam tibi incolumitatem divina Bonitas praeſtet. Ipris Kal. Decembris MDCXXX.

CLA-

XLVIII.

CLARISSIMO VIRO
IOANNI BAPTISTAE DONIO
LVDOVICVS NONNIVS S. P.

Epinicium tuum lubens vidi, Vir Clariſſime, & affectum erga me tuum auro contra aeſtimavi, quod mihi ignoto, & nullius nominis aut famae, dignatus fueris tranſmittere. Vtinam tantum terrarum non diſſuaderet nos, ut coram alloquio tuo frui poſſem, & literarum ſtudia communicare; nemo me officio, vel obſequio vinceret; ſed quum Deo aliter viſum, epiſtola hac omnem animi affectum cultumque tibi offero, qui aeternum tibi conſecratus eſt. Sed ad munus tuum: ſumma cum voluptate non ſemel illud perlegi & amoeniſſimi tui ingenii foetum exoſculatus ſum, doctum Hercule, & Romano Caelo dignum: feliciſſime enim Pindari tumorem, & Flacci caſtitatem expreſſiſti. O perge nos frequentius beare talibus ſcitamentis! aetatem illam ferent

——— *Dum Capitolium*
Scandet cum tacita Virgine Pontifex.

Hygaea modo vos reſpiciat; nam peſtilentiae luem in vicinia graſſari rumor eſt; Deus illam ab Vrbe avertat, & te, Vir Clariſſime, multos in annos incolumem ſervet, & mihi amicum. Vale Antuerpiae XXIII. Decembris MDCXXX.

XLIX.

CLARISSIMO ATQVE ERVDITISSIMO D.
IOANNI BATISTAE DONIO
BALTHASAR MORETVS

Gratias ago de Epinicio, Chriſtianiſſimo Regi, ob feliciſſimam Victoriam, feliciter atque eleganter a te ſcripto. Alia, quibus inſcripta, erant diſtribui exempla, aut tranſmiſi, at non licuit, pro dolor! defunctis, Patribus doctiſſimis Roſſweydo & Hugoni; item Dominis Sweertio, & a Marca. Illorum vero ſociis, horum Fratribus donavi; ut quam proxime poſſem, virtuti tuae ſatisfacerem. Vnicus ſupereſt Gramaye, ad quem non miſerim, quia ubi terrarum deliteſcat, ignoro. A Reverendo D. Sandero literas adiungo, quas pro literario tuo munere reponit. Vale, Clariſſime Domine, & annum hunc inſtantem feliciter vive, tuo & publico Rei Literariae bono. Antuerpiae, in Officina Plantiniana XXVII. Decembr. MDCXXX.

L.

FRANCISCO MARIAE CARDVCCIO SVO
IOANNES BAPTISTA DONIVS S.

Video quam neceſſitatem mihi imponat officium nuper ab Illuſtriſſimo Domino meo demandatum ſcribendarum ſcilicet Epiſtolarum Latinarum; nec cum illius nomine ſcribendum eſt aliud uſurpari; licet ſed etiam, quum meae ipſius partes agendae ſunt cum amicis literatis atque eruditis: quare congruens eſſe arbitror, ut quantum licet, ſive potius quantum homini deſidioſo lubet, a vernacula lingua abſtineam, ſive ne inficiam ſtylum, ſive ne hoc ipſum quod praeſto, non ſponte ac lubenter, ſed gravate atque invitus, facere videar. Habes igitur, mi Carducci, cur ad te, quem eruditum iuxta atque humanum eſſe ſcio, Latinam epiſtolam mittam. Meminiſti, quum exemplaria illa Epinicii mei ad te nuper mitterem, quid ſcripſerim, quidve in eo munuſculo maxime cogitaverim; nempe habuiſſe me in animo hoc delinimento te placare, ſi forte mihi ſubiratus eſſes, quod ad tuas quaſdam literas, quas multis ante menſibus accepiſſem, minime reſpondiſſem. Cave enim credas quidquam mihi longo tempore accidiſſe iucundius literis tuis, quae nihil tale cogitanti laetiſſimum atque iucundiſſimum nuntium attulerunt; miro enim deſiderio hic tui viſendi, deque tuarum rerum ſtatu percontandi, ac demum ſuaviſſimis illis noſtris colloquiis perfruendi iampridem flagro. Eia age rumpe moras, ac te ſtatim cymbae committe, ut quantocyus te ſoſpitem ac benevalentem veteribus tuis amicis reddas. Minime tu quidem ſignificas Tiu ne, an ad breve dumtaxat tempus

Romae futurus ſis: animus tamen propenſiot eſt in id, quod maxime optat, teque aliquot ſaltem menſibus hic permanſurum ſibi perſuadet.

Scire debes. Franciſcum Vſeppium, qui nunc Hippolyto Bondelmontio Sereniſſimi noſtri Principis ad negotia iſthic operam ſuam epiſtolis conſcribendis praebet, viginti menſes apud me in contubernio fuiſſe; quo tempore habui eum a manu, & a ſtudiis; ſive, ut unico verbo, atque uſitato dicam, Amanuenſem, propter hoc enim ipſum Florentia iam eduxeram. Hunc igitur iuvenem. quoniam acris vegetique ingenii, & ad quidvis facile ſequaris, aptum cognoveram, rum in pingendis prope omnis generis literis mirum artificem, nec graphices ignarum, tum praeterea urbanis honeſtiſque moribus imbutum (niſi quod inſita. ut puto, domus ſuae vitio paulo cervicoſior eſt) vehementer diligere coeperam; adeo ut eum fratris loco ducerem, nec alioquin conditio repugnabat, quum nec obſcuro loco inter cives noſtros natus ſit, nec illiberaliter educatus. Etſi vero non una ſit cauſa, cur ſucceniſeri ei debeam, propterea quod quum potiſſimum eius opera mihi neceſſaria eſſet, me deſtituit, & quodammodo de mea fortuna deſperaſſe viſus ſit; tamen quoniam non odio mei id fecit; ſed quod ſibi viſus eſſet opimiorem conditionem reperiſſe (quanquam niſi alieniore fuiſſet a ſtudiis animo, nunquam me vel multo uberiore conditione propoſita deſeruiſſet) non modo infenſo in illum animo non ſum, ſed ut coepi, amare illum pergo, eique omnia bene, atque ex ſententia evenire cupio. Illud unum me ex praeteriti temporis recordatione ſupra quam credi poteſt, vehementer torquet, ac cruciat, quod, non ut oportebat, uſus eſt ea occaſione diſcendi, quam bona ipſius ſors. ſi quidem eam arripere voluiſſet, obtulerat. Si verum fateri vollet, neminem, niſi fallor, uſpiam reperire poterat, qui eas omnes facultates, quae maxime ad inſtitutum eius faciunt, hoc eſt ad praeparandam ei mentem ad munus Secretarii, ut vocant, recte obeundum, vel melius, ac libentius ipſum edoceret. In his ergo praecipue numera linguas, Latinam, Gallicam, & Hiſpanicam, quarum priores duae, abſit verbo invidia, ita calleo, ut vix nemini concedam, qui eas non cum lacte ſuxerit. Praeterea Geographiam, atque Hiſturiam, cum Sphaera, Geometriaque praecipuis maximeque neceſſariis principiis; ad haec Ethicen, atque Politicem; ad haec Dialecticae, atque Iuris Imperialis Inſtitutiones, quaeque alia maxime utilia ſunt ei, qui quacumque de re, quae in uſum venit, & appoſite ſcribere, & ſcienter tractare velit, quarum facultatum quaedam parce, & leviter in convictu meo delibaverat: reliqua, nec deguſtavit quidem.

In copia autem ac facultate literas ſcribendi, etſi minime unquam hanc ſcientiam ſim profeſſus, aut in ea me venditaverim; tamen videor ſine iactantia poſſe me dicere paulo plus hic etiam commendari potuiſſe: quod ut facilius tibi perſuadeas, mittere ad te propediem decrevi (niſi maturior diſceſſus tuus impedimento fuerit) exemplaria aliquor epiſtolarum eodem argumento tribus his linguis, latina, vernacula, Gallica conceptarum, quas ad varios Principes, Proceres, amicoſque eruditos, cum Epinicio meo tranſmiſi; ex quibus facile quivis intelliget quantum hic quoque praeſtare poſſim, ſi id unum agendum eſſet. Scire autem te volo, non inanis gloriae cauſa hunc ſuſceptum eſſe a me laborem; ſed partim ut exercitatione proficerem, partim etiam ut meam in Regem Chriſtianiſſimum, Gentemque Gallicam voluntatem, non ipſis modo Carminibus componendis, recitandis, edendis ſignificarem; ſed eorum exemplaribus etiam per omnes fere Europae provincias, atque ad maximos atque eruditiſſimos quoſque Principes miſſitandis, quod in ea Epiſtola, quam ad Regem Ludovicum Gallice miſi, palam profeſſus ſum: ad quam, ut eſt non minori humanitate, quam virtute praeſtans, quoniam comiter ac benigniſſime reſpondit, conieci in hunc faſciculum eamdem eius Epiſtolam Italice verſam, ut, quod ſoles, honore ac dignatione noſtra laeteris; praeſertim cum (ut periti harum rerum affirmant) Reges magni ad homunculos, qualis ego ſum, vel omnino non reſpondant,

vel

vel certe quam maxime breviter, & circumſcripte. His autem literis nihil fieri poteſt humanius, nihil benignius nihil prolixius; ut non levem exinde acceſſionem amoris atque obſervantiae in illum meae factam eſſe ſenſerim.

Sed ad Vſeppium noſtrum redeamus, quem, ut dicebam, tam modicum ex convictu meo eruditionis fructum retuliſſe acerbe moleſteque fero: ac vero vehementer timeo, ne iis praeſidiis deſtitutus unquam ad ea conſequenda, quae fortaſſe ſibi animo fingit, atque ad munus legitimi Secretarii recte implendum, aſpirare poſſit; ſed ipſe viderit: ad me quod attinet, non modicum illud mihi ſuppetit ſolatium, quod ei numquam defui, quo minus hortando, admonendo, increpando, omnique blanditiarum genere eum ad bonam frugem revocarem, atque ad eruditionis amplectendae deſiderium accenderem; quae ſi parum illum moverunt, uni ſibi imputet, ſcilicet quidquid inde damni rationibus ſuis obvenerit. Dum Romam veneris, ſi hoſpitio meo uti voles, rem mihi omnium facies gratiſſimam: quod ut facias per iura amicitiae noſtrae a te peto atque efflagito; hoſpitaberis amice & hilariter. Si quid etiam ad rem pertinet, ſcias quod plane in his Quirinalibus Aedibus habito, in primis loco ob propinquitatem Palatii Pontificii ſatis idoneo, hoc eſt ſupra ipſam cuſtodiam Equitum Stationariorum, in Domo, quae dicitur Cardinalis Vercellenſis. Vale. Inſulſitatem huius epiſtolae excuſabit eius prolixitas, prolixitatem amor in te meus eximius, qui voluptatem, quam ex colloquiis tuis hauſturus eſt, hac longiuſcula allocutione praeguſtare iam voluit. Vale.[1]

LI.

IOANNES BAPTISTA DONIVS
N. N.

ORNATISSIME VIR

COgnovi ex literis Petri Servii Clariſſimi Viri, mihique amiciſſimi, inſignem Tractatum te habere prae manibus, in quem Conſulum, Praefectorum Vrbis, aliorumque Magiſtratuum Romanorum nomina ac ſeriem publico Reipublicae literariae bono iam pridem congeras; ac proinde vehementer cupias, ſi quae habeam inter manus, veterum Inſcriptionum Collectanea, quae memoriam ac nomen alicuius exhibent, eas tecum primo quoque tempore communicare velim; quod deſiderium ſuaviſſimis atque humaniſſimis tuis V. Eid. Ianuar. ad me datis planius atque etiam plenius ſignificaſti. Quare quum nihil unquam ardentius expetiverim, quam doctorum virorum egregiis ſtudiis ſuffragare, atque etiam obſequi voluntati; praeſertim tam iuſta faciliaque poſcentium; committendum non putavi, ut ſpem expectationemque tuam deſtituerem. Delegi igitur nonnullas ex meis Inſcriptionibus, quae uberiores ac maioris pretii videbantur; plures etiam tranſmiſſurus, ſi amanuenſis alicuius copia adeſſet, aut latorem harum literarum ampliori faſciculo auderem onerare; quae denique reliquiae tanti eſſent, ut luculentum iſtud opus quod prae manibus habes, notabiliter illuſtrare aut locupletare poſſent. Verum poſt ingentem illam Gruteri meſſem, nonniſi exiguum ſpicilegium facere nobis licuit. Quamvis enim non exiguum numerum huiuſmodi Ἐπιγραμμάτων collegerimus; non multa tamen notabile aliquid ac ſingulare continent. Verum quidquid hic, aut aliis etiam in rebus, uti mea fert exiguitas, lucubrationibus tuis, Vir Clariſſime, commodare potero, numquam non libenter, amiceque praeſtabo; cui a Deo Opt. Max. proſperum vitae curſum, divinaeque ſuae gratiae incrementum precor. Florentiae . . . .[2]

(1) Scripta videtur anno MDCXXX.

(2) Deeſt annus, & nomen viri illius, quia Donio expetit antiqua marmora ſcripta ad ornandum Tractatum ſuum: Hunc eſſe fortaſſe arbitror *Cl. V.* Felicem *Contelorium*, qui ſcripſit *de Praefecto Vrbis*: quem egregium Tractatum, valde tamen mancum, hortabar paucis ab hinc annis, ut reſtitueret, & ampliore eruditionis & monumentorum copia locupletaret, amicum meum optimum P. Eduardum Corſinium, humaniorum Literarum in Piſano Athenaeo Profeſſorem doctiſſimum; quo labore plurimum lucis afferre poſſet & Martyrologio Romano, ceteriſque iam editis vetuſtiſſimis, in quibus Praefectorum Vrbi corrupta & interpolata nomina recenſentur in Actis Martyrum; quod quidem opus iamdiu ipſe meditabar, & aliis curis diſtentus praetermiſi

LII.

DAVIDI COLVILLO
IOANNES BAPTISTA DONIVS

MAlui tanto poſt tempore crimen meum agnoſcere, quam perpetuo ſilentio augere. Fateor igitur me non leviter deliquiſſe, qui ad tuas illas literas, praeſertim adeo humanas & officioſas, tamdiu reſpondere ſuperſederim. Nam etſi hoc qualecumque erratum non negligentiae aut oblivioni tui, cuius memoriam cum ſuaviſſimis iis literis quotidie ferme in mentem mihi incurriſſe (Deus teſtis eſt) proprie adſcribi debeat; ſed plurimis ac diverſiſſimis occupationibus, quae me aſſidue diſtrahunt atque interpellant; tamen in eo ipſo fortaſſe erravi, quod non haec omnia officio amicitiaeque tuae poſthabenda cenſui; ſed, ut ſpero, culpam minuet tua in me humanitas, & benevolentia ſingularis.

De Inſcriptionibus ago gratias: puſillae illae quidem, ſed non ingratae fuerunt; noſti enim Ἀρχαιολόγους omnia vel exigua, modo ſint antiqua, colligere. Coniecturas de iis tuas, ut verum fatear, eruditas potius, quam probabiles, exiſtimavi. Quid enim certi adfirmare poſſumus in tanta vetuſtatis caligine, de rebus adeo incertis, & a noſtra aetate remotis, ex tam exiguis reliquiis. Laudo igitur diligentiam tuam, quae maior ſine dubio eſt, quo minoribus & obſcurioribus in rebus exercetur; intepretationem, ut non reiicio, ita quoniam in praeſentis ſufficit mihi Inſcriptiones ipſas nudas colligere, de ea iudicium meum non interpono. Rogo etiam, ut ſi quae aliae in manus tuas inciderint, quae hactenus publicam lucem non viderint, eas mecum communicare ne graveris. De iis non tam ut cito, quam ut tuto perfetantur laboro: proinde quum erit occaſio amicorum huc proficiſcentium, opportune eas tranſmittere poteris.

Recitavi nuper, nec ſine aliquo plauſu, Odem a me de Regis Chriſtianiſſimi Rupellenſi victoria, ſuperioribus menſibus compoſitam, ad exemplar admirabilis illius, quae D. Ludovico a SS. D. N. ſcripta fuit. Eius igitur lectione fraudare te nolui; iniquiſſimum ratus, quum illius exemplaria in diverſa loca ad amicos ac patronos mittere coepiſſem, tibi etiam, qui eiuſmodi rerum arbiter es longe peritiſſimus, unum mitterem. Ceterum ad aequitatem tuam pertinet meminiſſe, inter aulicos ſtrepitus atque turbas Poëmatis genus adeo arduum atque operoſum ab homine, variis moleſtiſſimiſque curis diſtricto, nec alioquin ad modum exercitato, extructum verius, quam effuſum fuiſſe; qua cautione adhibita, ſi quid erit in eo frigidum, otioſum, male cohaerens, ſordidum, qualia ſane multa erunt, libentius ſcio excuſaveris.

Auſus etiam ſum alterum exemplar ad C. V. Proſperum Balbum huic faſciculo alligare; de quo ſummas ago tibi gratias, quod eum mihi amicum ac benevolum addideris: utique in eodem officio perſeveres, eique de inſigni mea in illum, tuique ſimiles obſervantia atque affectu fidem facias, vehementer te rogo atque obteſtor. Cum nobiliſſimo atque humaniſſimo viro Caſſiano Puteo ſaepius de te locutus ſum, atque avidiſſime de tua ſalute ſtatuque rerum tuarum, quotieſcumque a te accepiſſe literas indicabat.

Paucis ante diebus Sereniſſimis veſtris Principibus, Cardinali, Ducique Sabaudiae ſingula exemplaria huius Carminis cum meis ad utrumque literis ab Illuſtriſſimo Nuntio exhibendis iſthuc, tranſmiſi; in quibus veniam audaciae meae, quibus potui verbis humiliter atque officioſe praefatus, ob maieſtatem argumenti, quae tenuitatem operis commendatura videbatur, non plane indignum illo apice munus detuliſſe mo oſtendi.

Pergratum erit mihi audire, quibus te nunc ſtudiis oblectes, & an inſigne

ali·

te miſi; & ne Literaria Republica hoc beneficio careret eidem praeſtantiſſimo Corſino non ſemel in familiaribus colloquiis commendavi, & dignum eius ingenio, & diligentia opus, ut lubens id ampleſteretur, quod amice ſe aliquando facturum reſpondit, praedicavi. Prodiit Romae eius Tractatus ſingularis *de Praefecto Urbis* typis Camerae anno MDCXXXI. 4. quem vide editum in Tomo I. nov. Theſ. Antiq. Rom. Petrus Servius Vir Clariſſimus, qui a Donio laudatur, ſcripſit non pauca; nimirum *Antiquitatum Romanarum Miſcellanea* Romae edita an. MDCXL. Diſſertationem Philologicam *de odoribus*, quae habetur in Tomo IX. Theſauri Ant. Graec. Graevii.

aliquod opus prae manibus habeas; quandoquidem otioſum te nunc eſſe qui nunquam otiatus fueris, nec ſuſpicari quidem licet. Succeſſiſſe me in locum eruditiſſimi Viri Hieronymi Aleandri, vix equidem commemorare poſſum, quando & te id ab aliis accepiſſe puto; nec ſine magno animi moerore cariſſimo amico me orbatum eſſe recordor. Illud etiam praeter hanc acerbitatem doloris, magnopere me torquet, quod cum difficile ſit ſuccedentem placere, tum longe difficilius eſt eum, qui ob talem caſum ſuccedat, ſatisfacere: vivo enim Aleandro utcumque eſſet, tolerabilis iactura, quae non penitus eum eripuiſſet; nunc vero illo ſublato, intollerabilior iure cenſeatur amiſſio, qua quam difficile ſit dignum illo ſucceſſorem invenire eventus ipſe oſtenderit. Vale. (1)

LIII.

Laurentio Pignorio V. C.
Io. Baptista Donius s.

Hieronymum Aleandrum virum utrique noſtrum iuſtas ob cauſas amiciſſimum, qui nuper (heu triſti nimiſque importuno Reipublicae Literariae fato deceſſit) multo ante ipſius obitum rogaveram, ut me in amicitiam atque notitiam tuam, quam plurimi ſemper feceram, perducere vellet; quod ſe libenter cumulateque facturum, ut erat in omni genere officiorum comis ac perhumanus, ſaepius mihi confirmaverat. Verum cum alia multa, non exigua damna ex eius immaturo obitu ſenſi, tum hoc potiſſimum quod ante nobis praereptus eſt, quam huius exoptatiſſimi voti, opera eiuſdem, compos fierem. Quod igitur eius interventu ſperabam a te me conſecuturum, ut me ſcilicet eorum numero aſcriberes, qui tibi ob praeclaras animi tui dotes arctiſſimis amoris atque obſervantiae vinculis iuncti ſunt; ego humanitate tua fretus, quae mihi perſpectiſſima eſt, ultro depoſco. te in primis rogans, ut quemadmodum Aleandro in conſcribendis Illuſtriſſimo Cardinali Barberino Latinis Epiſtolis, quamquam diſpari ſorte ſucceſſi; ita me in amicitia & caritate tui ſuccedaneum pro illo fieri patereris. Accedit, quod cum uterque noſtrum coniunctiſſimus illi fuerit, merito inter nos mutuae benevolentiae nexu coaleſcere quoque debemus. Habes, optime Pignori, ſummam poſtulationis meae; quod ſi tibi aequum congruumque videtur, porrigo dexteram idem facienti, atque hanc epiſtolam teſſerae loco accipe. Libellum vero, quem his literis adiunxi, ob id potiſſimum mittere decrevi, ut iam hinc ſcias habiturum te cultorem, & amicum a Muſis non prorſus abhorrentem. Non erit iniucundum tibi, opinor, hoc Poëmatium, ſi minus propter operis venuſtatem, at certe propter argumenti maieſtatem; qua ſola fretus, auſus ſum eius exemplaria in omnes fere Europae provincias miſſitare, ad Viros praecipua dignitate praeſtantes atque amicos; tum vero ad doctiſſimum quemque atque eruditione celebrem, praeterea ad pleroſque Cardinales, qui extra Vrbem ſunt; demum ad multos Principes, magnoſque Praeſules; quod non mei oſtentandi cauſa, ſed ut Chriſtianiſſimi REGIS virtutem celebriorem efficerem, faciendum putavi. Ceterum ab eodem Rege ad Seguſium caſtra habente, tanta humanitate refertas literas accepi, quibus ad eas, quas illi Gallice ſcripſeram benigniſſime reſcripſit; ut ſatis magnum operae pretium ex hoc tam luculento teſtimonio conſequutus videar, duploque creviſſe quodammodo, ſenſerim inſitum mihi erga Maieſtatem ſuam devotiſſimae voluntatis affectum.

Quod reliquum eſt, ignorare te nolo, me ſaepiſſime agere cum optimo, & iucundiſſimo ſene Antonio Querengio, quem ego tanquam aetatis noſtrae Socratem, & mirari ſoleo, & libenter audire dicentem; noſti enim eius colloquiis nihil dulcius, nihil eruditius fieri poſſe. Is a me rogatus, fidem faciet verbis tuis, quanti aeſtimem familiarium tuorum numero adſcribi; quod tum poſtea re magis adeptum putavero, quam ſi iam nunc opera mea cum omni fiducia uti coeperis. Deum Optimum

(1) Scripta videtur paullo poſt annum MDCXXX.

Digitized by Google

mum Maximum rogo, ut te ſoſpitem hilaremque ſervet, & perennibus bonis afficiat. Vale. (1)

LIV.

Io. Baptista Donivs Paganino Gavdentio Sal. D.

Hilarsſti me munuſculi tui novitate, & gratia; quod una cum literis tuis iucundiſſimis accepi. Valde enim ſum gaviſus Sereniſſimi noſtri Principis veriſſimas laudes, quibus longe aetatem anteceſſit, tua potiſſimum voce, ac praeconio in nobili iſto Auditorio celebrari: praeſertim, quum intrepidus regit illius Iuvenis animus non alium Encomiaſtem flagitare videretur, quam te: quem canora quaedam, ac exultans, ac prope militaris facundia decet. Perge igitur, qua coepiſti, eruditiſſime Gaudenti, optimis noſtris Principibus lingua ſaltem, ac voce gratiam referre: tibi vero immortalitstem nominis, ac fsmam psrare, ac nos, ut fscis, diligere; in quo ſane me paria tecum facere certo ſcias. Quod me vero, amice hortaris, ut antiquarum Inſcriptionum collectanea, & Pandectarum opus a me incoeptum publico uſui tradam, aut quamprimum abſolvam, tu quidem currenri, quod dicitur, addis calcar: quis enim magis optare debeat his noſtris vigiliis aliquem conſtare fructum, quas tanto rationum noſtrarum diſpendio inter *τῶν συνδούλων* fucoſas illecebras atque aemulariones publicae tantum utilitatis cauſa, tam pertinaciter, ſeu, ut lucri cupidis videtur, inconſulte ſuſcepimus? Sed nimis magna eſt utriuſque operis molitio: nimium nos occupati ſumus, ac neceſſariis ſubſidiis deſtituti, ut nunc quidem de editione cogitare poſſimus: praeſertim quum aliud magni moliminis opus, SS. D. noſtro ita iubenre, aggreſſi ſimus; *Notitiam*, ſcilicet *omnium Epiſcopatuum* (2) olim a Lauro, qui nos in hoc munere praeceſſit, inchostam, quam multo copioſis, ac latioribus finibus, annuente Deo, perficere molimur. Verum ne ſeripturire potius, quam ſcribere, anr quod otioſi quidam literatores ſolent, magna quaedam polliceri, nihil praeſtare, nos malevolus quiſpiam dictitet, poſtremis his vacationibus Σύνταγμα quoddam abſolvimus, anno ſuperiore incoeptum, in quo *De reſtituenda Salubritate agri Romani* non φιλολογικῶς rantum, ſed τεχνικῶς quoque rractavimus; cui partim ex phyſica diſciplina non vulgaria quaedam adnotata admiſcentes, partim ex rei, Antiquariae penu curioſas nonnullas obſervationes, iuſtae magnitudinis volumen exegimus, ac nunc quidem in eo ſumus, ut SS. D. noſtro, cui dicatum eſt, offeramus; qui, ſi vulgari typis, atque edi probaverit, deſtinamus in eo non tam ἀκριβεςάτου iudicii tui libram, quam humanitatis favorem experiri. De cetero ignorare te nolo Hieronymi Aleandri exſequiss rsndem in Humoriſtarum Academia ſumma frequentia, ac dignitate habitss fuiſſe. Interfuere prseter innumeros alios doctrina, & ſplendore illuſtres Viros, undecim Cardinales, qui partim eximii, atque optimi amici noſtri memotiam colere, partim Eminentiſſimi Cardinalis Barberini (cuius nutu, atque impenſa perfecta haec funt) laudabilibus ſtudiis coram obſecundare voluerunt. Sane pro loci anguſtia, quam non ignoras, auditorium tabulis, aulaeis depictis msgnifice, atque eleganter obtectum erar. Deformatio operis conſtabat ex adumbratis epiſtyliis, ac paraſtatis, caeteriſque einſmodi ornamentis ex monocromate συμμέτρως elaboratis, cum quatuor ſtatuis pari modo depictis: quae totidem illuſtriores defuncti virtutes exprimebanr, additis variis titulis, ac lemmstibus, duabuſque praecipuis Inſcriptionibus, quas referre non vacat. Laudationem habuit funebrem Gaſpar de Simeonibus, in qua non ipſius tantum proprias dotes,

(1) Scripta videtur, vel in fine anni MDCXXX. vel initio anni XXXI. Leo Allatius in Apibus Vrbanis diem, menſem, & annum obitus Hieronymi Aleandri non adnotat. Adlata Epiſtola Bartholomaei Tortoletti, quam ſibi ſcripſit, memorat, pro roſtris Mancinianis eum in funere laudatum fuiſſe a diſertiſſimo Viro Gaſpare de Simeonibus, Tuſcanica Oratione. Inter primos Academicos *Humoriſtas* locum obtinuit; de quorum emblemate Academico diſſeruit anno MDCXI.

(2) Praeclarum hoc opus, non tamen abſolutum, ſervatur hodie apud Illuſtres Donii heredes; luce quidem dignum, ſi quis labore & patientia, ſupplementis; & opportunis adnotationibus illuſtrare voluerit.

tes; ſed maiorum quoque res geſtas ac familiae decora graviter, atque ornate perſecutus eſt. Itaque ex alienis laudibus non modicam ſibi quoque commendationem Orator acceſſivit. Varia dehinc a conſidentibus Academicis, ut mos eſt, in eiuſdem laudem carmina ſunt recitata; in quo meum κωφὸν πρόσωπον fuit, etſi ſuppetebat Epigrammatium, quod in amiciſſimi Viri memoriam pene αὐτοσχεδιασμῷ conceperam, quod eſt huiuſmodi:

IN TVMVLVM HIERONYMI ALEANDRI

Hoſpes Aleandri tumulum ſi forte requiris,
Hic brevis illius contegit oſſa lapis.
Cetera, ſi quaeris, Muſarum limen adito,
Liquit ubi ingenii tot monumenta ſui.
Maiora at priſcae probitatis fama ſuperſtes,
Doctorum gratis mentibus inſeruit.

En habes igitur munuſculum Saturnalitium, ſive, mavis, ineuntis anni ſtrenam, quem tibi laetum, ac proſperum a Deo Opt. Max. ex animo precor. Verum, optime Vir, ἀντιδώρου iſtius imparitatem, quaeſo, ne deſpicias, aut ad notum Poetarum privilegium provocabo, quibus quum omnia liceat, neceſſe eſt in remunerationibus quoque ut liberalem eſſe liceat. Querengus noſter, ut in extrema ſenectute, belliſſime valet, teque officioſe reſalutat. Vale. Romae Tertio Kal. Ian. MDCXXXI.

LV.

V. C. IOANNI BAPTISTAE DONIO
RENATVS MORAEVS S. P. D.

MAlo ſerius, Vir Clariſſime, in reddenda gratia peccare, quam penitus haberi ingratus beneficii a te mihi collati; ex quo enim cultiſſimum ingenii tui foetum, qui amicitiae pignus fuit, ſupremo anno accepi, nec a me par oſtimentum, nec ullam gratiarum actionem recepiſti. Iure tuo potuiſti accuſare inhumanitatem meam, & me ἀγροικίας poſtulare, qui provocatus officio, amicitia pellectus, ac invitatus, & odiſſe officium viſus ſim, quod non agnovi, & aſpernari amicitiam, quam obfirmato ſilentio declinavi. Dabis, opinor, veniam, ſi tam gratam munera tui apud me memoriam, & recordationem fuiſſe affirmem, quam iucundum fuit, & bonis omnibus exoptatum eius rei votum, quae te, & ad ſcribendum impulit, & excitavit ad offerendum. Neſcius non es, expugnationem Rupellae, ut univerſae Galliae fortunatam, ſic Gallis omnibus medullitus expetitam, cuius quidem occaſione, quum Epinicium illud Regi Victori, & triumphanti conſecraſſes, & conſcripſiſſes, iucundiſſimum certe fuit illius argumentum. At vero quum mei recordatio, & initum inter nos amoris & benevolentiae foedus, offerendi exemplaris Epinicii tui, deſiderium tibi expreſſiſſet, quid nam potuit mihi gratius, aut acceptius obvenire, quam agnoſcere nominis mei ſimulacrum in tanta locorum intercapedine, & poſt quinquennium ſilentii, plus quam Pythagorici, apud te non intercidiſſe? Excuſabis, ni fallor, Doni ornatiſſime, taciturnitatem meam, atque tarditatem in ſcribendo, cuius cauſa a perturbatione rerum noſtrarum potius, quam ab oblivionis, vel deſpicientiae crimine fuerit repetenda. Non enim oblviſci uſquam potero eorum ſermonum, quos olim nobiſcum habebas, neque non admirari πολυμάθειαν, & inſignes illas animi tui dotes, quas inter amicorum colloquia hic explicabas. Quocirca tarditatis quidem veniam deprecari debeo, oblivionis a me crimen amoliri exopto, atque hac Epiſtola cupio, & omiſſionis notam expungere, ſimulque beneficii a te accepti, gratiarum actionem referre. Vtinam vero participem liceret facere te laborum quoque noſtrorum, neque obſtaret ingenii noſtri tenuitas; aeſtuſue negotiorum, quae me angunt, & urgent, vixque reſpirare ſinunt, & ad favonios literarum humaniorum aſpirare. Haec ſumma eſſet votorum noſtrorum, quibus deficientibus affectum, & mentem probabis, nec ideo me inter mala nomina aſcribes. Salutem tibi plurimam meo nomine dicet D. Naudaeus, Vir rarae cum virtute eruditionis, ac literaturae, cui Romam proficiſcenti has literas commiſi, ut hac veluti teſſera, haberet ad tuam amicitiam liberiorem acceſſum. Hunc ſi comiter accipias, & pro tua humanitate amplexeris, numquam te huius officii poenitebit, & par

tuci

me cum eo vinculo in aeternum obſtringes. Vale Lutetiae Pariſiorum XIII. Kal. Februariis anni MDCXXXI.

LVI.

BALTHASARI MORETO S. P. D.
IOANNES BAPTISTA DONIVS

AGnoſco ſingularem humanitatem tuam, quamvis iampridem ex relatu multorum mihi bene notam, in eo quod tam comiter atque officioſe de tam levi munuſculo Epinicii mei gratias mihi agendas conſtituiſti: agnoſco diligentiam non minorem ac fidem eximiam, quod non modo exemplaria iis, quibus deſtinaveram, tradidiſti; ſed etiam, ut quam proxime voluntatem meam impleres, demortuorum fratribus, aut ſociis. Et ſane non modicam ex eo percepi voluptatem, quum perveniſſe me in notitiam, quod unum avebam, tantorum virorum, non tam Odae meae intuitu, quam intentu favoris tui intellexerim. Vtinam vero ſine ulla miſtura doloris, laeti nuntii compos fieri potuiſſem, nec tot funeribus doctorum Virorum Roſveidi, Hugonis, Suvertii, Iacobi a Maria (quorum poſtremum & Romae vidi, & rediens ex Gallia comitem habui) orbatam, non tam Belgicam provinciam, quam Rempublicam Literariam comperiſſem? Temperemus tamen maerori, ne eorum vicem iuſto gravius dolere videamur; quos, quum ram Chriſtianae, pieque vixerint, ſperare poſſumus longe beatiori nunc vita frui, ac victuros etiam in ore hominum, ac memoria ſaeculorum, propter inſignem doctrinae gloriam, quam apud poſteros reliquerunt. Belgarum nationem, ſive naturae meae inſtinctu, ſive aeſtimatione illarum virtutum, quas eorum quodammodo proprias eſſe ſcio, plurimum dilexi ſemper. Tibi vero, eruditiſſime Morete, non tam ob tua in patriam merita, quam ob peculiares virtutes tuas, valde me tibi deditum ac benevolum ſcito. Proinde ſi quid erit, quod tua cauſa facere poſſim, id ſedulo, ac perlibenter curaturum me ſpondeo. Vale. Romae Idib. Februar. MDCXXXI.

LVII.

ANTONIO SANDERO S. P. D.
IO. BAPTISTA DONIVS

GRatum tibi fuiſſe munuſculum meum, Vir eruditiſſime, minus equidem dubito: ut quiſque enim eſt humanior, eo ſolet eſſe proclivior ad aliorum ineptias excuſandas; quippe ſubuereor, ne putidius fuerit Poëmatium iſtud, hoc eſt vulgaris ingenii foetum, tali tantoque viro in tam remotas oras tranſmittere; niſi quod excuſat fortaſſe audaciam meam argumenti dignitas & pondus, quod Catholico doctoque viro non potuit non eſſe iucundum: tum vero etiam donantis conſilium, non captandae gloriolae, ſed gratiae atque amicitiae tuae ergo, quam magni a me fieri indicio eſt, quod eam ultro ambiverim. Id vero, quoniam contigiſſe mihi ex literis tuis animadverto, vix poſſum dicere, quantum inde voluptatis perceperim. Nullum enim lucrum, nulla adquiſitio perinde iucunda mihi eſt, ac ſi quando praeclari alicuius in literis atque omni genere humanitatis viri mutuam notitiam ac benevolentiam conſequar. Gratum eſt inſuper, quod & lucubrationum tuarum, & propinqui in hanc urbem adventus ſpem aliquam facis; quo cum perveneris (quod tibi Deus quam feliciſſime evenire ſinat) invenies me ad omnia fidelis ſincerique animi tibi praeſtanda officia paratiſſimum. Vale Romae Idibus Februar. MDCXXXI.[1]

LVIII.

IOANNI BOVRDELOTIO S.
IO. BAPTISTA DONIVS

BLande pupugerent me literae tuae, ſuaviſſime Bourdeloti, quas eruditiſſimus iuvenis Bourchardus mihi red-

(1) Heic locum dediſſem quinque Epiſtolis Ioannis Bourdeloti V. C. Lutetiae Pariſiorum ab eo ad Donium ſcriptis; ſed quia valde ieiunae ſunt, & mellitis verborum globulis abundant, praetermittendas cenſui. Prima data eſt Kal. Maii an. MDCXXXI qua Donii *Epinicium* commendat. Secunda exarata ibidem prid Kal Novembr. eodem anno, & Leonem Allatium multis laudibus celebrat. Tertia multis officiis amicitiam cum Donio inſtaurat. Quarta monet ſe imaginem ſuam ad eum perferendam miſiſſe. Altera ſcripta eſt Eid. April. MDCXXXII Altera vero Kal. Februar. ann. MDCXXXIV. Quint. aegrum & moerentem Donium ſolatur: ibidem ſcripta eſt III Kal. Decembr. anno ſequenti.

reddidit. De cetero quoniam tam gratum ribi fore commercium literarum mearum oſtendis, operam dabo, ne poſthac ſim adeo taciturnus, ac numquam, prout ſe ſe dabir occaſio, vel de publicis rebus, vel de noſtris ſtudiis, aliiſque nugis tecum confabulabor. Burchardi adventus periucundus mihi fuit, eumque iuvenem, inter paucos huius aetatis apprime doctum, ae bono publico natum, deprehendi; idque non ex literis modo ruis, & Clar. Viri Nicolai Fabricii, quam ex primo ſtarim congreſſu liquido agnovi. Quare quum eum arcte ac familiarirer complectar, tum vehementer adnitar, ne amieitia mea, quam expetivit, inutilis illi & otioſa ſir; ac praecipue illud efficiam, quod praecipue cordi illi eſſe video, ur eruditorum conſuetudine fruatur, atque inſigniores Bibliotheeas, non per rranſennam, ur apud nos ſoler, aſpiciar, ſed otioſe lenteque pervoluter. Quum ergo illum de rebus ruis ſtudioſe percontarer, eum magna mea voluptate didiei, complura re opera editioni parata habere, nec levia, nec vulgaria, quorum nonnulla propediem ſint proditura. Venir in mentem petiiſſe te in ea, quam dixi epiſtola a me, & ab eruditiſſimo Holſtenio, ut neſcio cuius auctoris ſit ille Codex antiquus in Bibliotheca Vaticana extarer, variantes lectiones adnotari curaremus; quod idcirco minus praeſtare nos ſcito, quod eiuſmodi Codex nullus extarer. Libenrer audirem ex te tanto poſt tempore (quoniam id incurioſius egi) quale veſtrum cum de Epinicio, tum de conſilio meo iudicium extiterir; & ſi minus dubito, ſi non ſcriprionem, at ſaltem ſcribentis animum placuiſſe, cum humaniſſimis literis ſuis (quas precioſi cimelii inſtar adſervo) id mihi Rex benigniſſime ſignificarir.

Quod ad res meas attinet, ſcito quindecim ab hinc menſibus Sacri Collegii Secrerariatus honeſtiſſimum munus mihi demandatum fuiſſe; quod erſi reditu modicum; artamen dignitate atque aeſtimatione in primis huius Aulae cenſetur; praeſerrim poſtquam, duo alia officia nuper eidem adiuncta fuere, nimirum Cuſtodis Archivi Sacri Collegii, & Segretarii Congregationis rerum Conſiſtorialium: quapropter neceſſe mihi fuir e familia Eminentiſs. Cardinalis Barberini exire, ut huius muneris capax eſſe poſſem. Si quando igirur in poſterum allocutione tua me dignaberis, nil opus erit *Familiaris Cardinalis Barberini* aſcribere.

De publicis rebus nec mihi ocium eſt, nec rua intereſſe puro, ut quid rerum geramus per me potiſſimum ſcias. Pacis enim Iraliae condiriones iam implendas ſperamus, quod non ignoras. Peſtilentia repreſſa verius hiberno frigore, quam depulſa viderur; immo in Veneta dirione, ac tractu Thuſciae Arnienſi denuo repullulare, ac ſerpere latius dicitur, ur metuendum ſit, ne vere incipiente magna rurſus ſtrage per Iraliam graſſetur. Deum Opt. Max. rogo, ur hunc metum vanum eſſe iubeat, ac te laetum atque incolumem propitio ſuo numine tuearur. Vale, elegantiſſime Bourdeloti, ac me ribi perpetuo amicum fore ne dubites. Iterum Vale. [1]

LIX.

Lucae Torrio ſuo S.
Io. Baptiſta Donius

REdditae mihi ſunt humaniſſimae literae tuae, quibus recepiſſe te meas, una cum adiunctis Epinicii exemplaribus ſignificaſti; quae uſque adeo iucundae mihi grataeque acciderunt, ut temperare mihi non poruerim, quin iterum ad te ſcriberem, quo re pariter ad reſcribendum invitarem. Nihil enim mihi gratius eſſe poteſt, quam colloquiis ruis, quatenus inrer abſentes licet, quam creberrime frui, teque, quem propter egregiam erudirionem, ac morum candorem eximie diligo, ſoſpitem ac bene valenrem, perſaepe audire; adderem bene nummatum, niſi moderationem animi tui, quam ex hiemer literis pronum eſt agnoſcere, facile intelligerem: inrerea grarum eſt mihi quod ducentorum aureorum ſacram penſionem a Rege obtinuiſſe te ſcribis:

 vel-

(1) Quamvis deſit dies, menſis, & annus, ſcripta tamen videtur haec Epiſtola a Donio poſt Idus Februarias anni MDCXXXI. quae etiam in autographo Doniano eam proxime ſequitur ſcriptam Cl. Antonio Sandero.

vellem iam tibi fuiſſe aſſignatam, ac reapſe ſacerdotio alicui impoſitam, quo maturins periculum augere poſſes: verum & id ſpero non differetur.

Sed dic ſodes; ecquando te hîc praeſentem intuebimur, ecquando tibi licebit Italiam coram, non in mappa luſtrare: ecquando nam *Terrarum Dea Gentiumque Roma*, ad aliquot ſaltem menſes te ſinu ſuo tenebit, ac ſovebit? Suaderem certe, ut quandocumque liceret, ſive in comitatu Legati alicuius, ſive alio modo huc venire poſſes, ne viſendae Italiae occaſionem omitteres. Quis ſcit, an dum hîc eſſes, opera Regii Oratoris, pinguem aliquem bolum ſive in Belgica, ſive in Hiſpania conſequi poſſes; praeſertim qunm eiuſmodi Principes habeamus, qui faveant viris doctis & probis. Iterum dico, ſi vel iſthic, vel in patria tua ſperas adepturum te aliquid, ſi huc ventites (modo id Maecenatis tui bona gratia facere poſſis) eius rei occaſionem ne praetermittas.

Sed ut ad Epiſtolam tuam redeam, vehementer tibi gratiss ago, quod exemplaria illa, pro quibus rogaveram, meo nomine tradideris, & quod nobili iuveni Franciſco Braccio deſtinaveram, Hiſpalim ad Ioannem Pinedam tranſmiſeris; quibns munuſculum hoc meum propter novitatem nun ingratum fuiſſe ſuſpicor: in eo enim operam dedi, ut quum laudanda mihi eſſet Gallia, Hiſpanorum animos minus offenderem: non ignarus ſcilicet, quum tanta ſit inter has duas nationes aemulatio, arduum eſſe alterum laudare, ut alteri non diſplicat,

Quod vero Bibliothecae Laurentianae bina exemplaria dedicaveris, agnoſco in eo amorem erga me tuum; ſed tanti non erst levem adeo opellam in conſortium tot inſignium atque edecumatorum ſcriptorum mittere.

Immaturum obitum Frsnciſci Braccii iam antea inaudiveram; maximumque dolorem inde perceperam, qno minns tum perturbatus tam infauſto triſtique nuntio. Magna erat in illo iuvene ingenii vis, magna diſcendi cupiditas, ut ſi longiorem illi vitam Deus annuiſſet, potniſſet ornamento, ac decori, patriae tuae eſſe: Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν ἀχνύμενοί περ &c.

De libris recenter impreſſis, quos ſponte ad me miſſurum polliceris, quaeſo, niſi perexigua mole fuerint, aut quidpiam valde eruditum ac ſepoſitum habuerint, hanc operam compendiſacias; quoſcumque vero ad me mittendos duxeris, ſcito, rogatum a me eſſe Dominicum Camerinum, ut eorum pretium tibi perſolvat; quod pro noſtra amicitia minime dubito eum lubenter eſſe facturum. Verum, quod commodo tuo facere poſſis, velim, ut ex Gloſſario quodam perveteri, quod vidiſſe me memini penes Cl. V. Ioannem Fonſecam. ſi eum alinnde nanciſci poteris, vocabula mihi excerpas, quae ad rem *Equeſtrem*, *Nauticam*, & *Eſcariam* pertinebunt, ſi modo ulla erunt ita ſingularia, nr nec apud Iſidori gloſſas (cuius forraſſe ſunt) nec apud alios Gloſſographos vulgo editos occurrant. Itemque ſi quid ad hanc ὑπόθεσιν pertinens obſervatum legeris ab Alvaro Cometio in ſuis illis Adverſariorum libris, qnos in Bibliotecha Excellentiſſimi Domini tui adnotavi. Ibidem extare ſcio (tu enim indicium feciſti) Narrationes Garſiae de Silva Legationis ſuae Perſicae, quae ſi forte nonnullas veterea Inſcriptiones continuerint, maxime Perſicas, rogo etiam, ut earnm mihi copiam facias. Si quando vero ad Laurentianam Bibliothecam excurreris, ne moleſtum qnaeſo tibi ſit ex Hieronymi Blancae quandam expoſitionem veterum Ditionum Aragonenſium excerpere, ſi quid minime erit obvium, & ad tria illa, quae dixi, meorum Pandectarum capita pertinebit.

In eiusdem Bibliothecae Indice meminì me legere tractatum quemdsm *De Diphthongis* cum aliis fragmentis. In eo igitur, ſi quid non vulgare occurret, quod ad veterem, ac germanam linguae Graecae & Latinae pronunciationem reſtituendam conducat, quoniam, opinor, non magni operis res erit, quaeſo mihi excerpito. Denique ſi ulla ratione δυσαναγνώστου illius, inſtrumenti papyracei exemplar nanciſci poteris, communicata prius re, ſi tibi videbitur, cum Bibliothecae Praefecto, ad me tranſmitti vellem: cogito enim, ne ſis ignarus, in calce Operis mei antiquarum Inſcriptionum nonnul-

nulla huiuſmodi inſtrumenta vetera, quae in manua meas venerunt, potiſſimum ex Biblioteca Vaticana, Auctarii loco adiicere. Obſervavi enim multa ex iis etui poſſe, potiſſimum ad rem forenſem, quae fruſtra alibi quaeras. Sed de ſtudiis meis, quum erit otium alias, fortaſſe nonnulla, quae tibi non iniucunda erunt, a me audies. Quod pertinet ad Inſtrumentum illud papyraceum, in mentem venit, facile hic repertum iri, qui legero atque interpretari poſſit; modo iſthic aliquis inveniatur, qui eius notas, atque omnes apices literarum, prout iacent, exacte atque ad amuſſim expingat.

Sed pene oblitus eram, ut ſi quas Inſcriptiones antiquas, poſt eas, quas mihi dediſti (quarum multas nondum impreſſas deprehendi) alicunde nanciſci poteris, recenter erutas, aut ab aliis non editas, ne grave tibi ſit, dum commodo tuo facere poſſis, earum exemplar mecum communicare.

Interim audi, quarum maxime deſiderio tenear. Malacae dicuntur eſſe nonnullis literis Saracenicis, ſive fortaſſe Phoeniciis. Dianii (nunc Denia) quaedam extare fertur, ut ex Eſcolani hiſtoriis didici, cuius ipſamet verba hic ſubieci: *Vua Inſcription an letras incognitas en marmol blanco pueſto en una pared entima de un portal vieio becho de piedras menudas*. Quum igitur in iſtam Regiam paſſim ex omnibus Hiſpaniae locis homines confluant, non difficile tibi erit reperire, cui deſcribendi munus imponas.

In eadem Bibliotheca obſervavi Incerti librum *de Muſica* Graece, cuius etiam aliquot periochas, vel certe initium ac finem velim mihi deſcribendum cures. Ceterum ſi quid erit in quo ego te vieiſſim, qua in re literaria, qua in aliis negotiis ullo pacto iuvare poſſim, eadem fiducia, qua tecum uſus ſum, quaeſo mecum utaris. Vale. Romae Kal. Mart. MDCXXXI.

LX.

MOLTO ILLUSTRE SIGNORE
MIO OSSERVANDISSIMO

oſtendis, nihil quod ad Muſicam quoquomodo pertineat, te omiſſurum. Itaque te vehementer hortor, ut eos quamprimum publici iuris facias, & cupiditatem meam, omniumque, qui mirifice hoc a Te opus expectant, explere ne cuncteris [1].

LXXIX.

JOANNES BAPTISTA DONIUS
THOMAE RIGELIO S. P. D.
LONDINUM

INcredibili laetitia compleverunt me literae tuae a Franciſco Troiano noſtro mihi nuper redditae; in quibus cum eximiam eruditionem tuam atque eloquentiam prodidiſti; tum vero inſignem quandam ac ſingularem humanitatem oſtendiſti, quum me nec de facie quidem notum tam comiter atque officioſe pene ex alio terrarum orbe ſalutare, affari, operamque tuam eidem offerre tam prompte largiterque dignatus es. Quid quaeris? Triumphare mihi videor, quum toto diſcluſos orbe Britannos cogitatione complector, atque indidem reputo tam officioſas literas praeter ſpem mihi redditas eſſe. Summas igitur humanitati tuae gratias ago, quae me nil tale merentem in exoptatiſſimae amicitiae conſortium ultro allegit. Atque utinam is eſſem, ut pleno, quod dicitur, modo remetiri ea poſſem: quod in me eſt certe, memoriam iſtius beneficii colam benevolentia ſempiterna, & quantus tenuitas mea feret, efficiam profecto, ut ſi qua in re deſiderium tuis ſubſervire me poſſe intellexeris, cumulate iis ſatisfaciam. Excerpta illa Boethiana pergrata mihi fuerunt. De Hogerii Abbatis Excerptis (ſiquidem exſtarent) brevia quaedam ſpecimina dumtaxat cuperem: quum enim autor ſit mihi plane ignotus, affirmare non auſim, an talia ſint eius ſcripta, ut totus exſcribi mereatur. Quoniam vero lucubrationes meae circa rem Muſicam valde tibi gratas fuiſſe ſignificas, ſedulo enitar, ut & reliquae, quas Deo dante in publicum deſtinavi, ad te perferantur. Magna enim, & ſupra vulgarem aeſtimationem iam pridem molior; & quamvis nec tempora, nec hominum ſtudia ſatis ad votum reſpondeant, efficiam tamen, ut ſpero, ne fruſtra praeclaram hanc provinciam aggreſſum me fuiſſe ingenui ſaltem cordatique homines fateantur. Id unum vero me angit, quod organorum, quae hucuſque efſecta ſunt, guſtum aliquem ſibi praebere non poſſint. Sed hac ſuper re cogitationem quandam meam Angelo inſinuavi: quod reliquum eſt Deum quaeſo, ut rei literariae bono, & nobiliſſimi iſtius Regni ornamento diutiſſime te ſervet incolumem. Vale Romae Pridie Kal. Ianuarias MDCXXXIX.

LXXX.

PERILLUSTRI DOMINO VIRO DOCTISSIMO
JOANNI BAPTISTAE DONIO
JOANNES ALBERTUS BANNIUS

PErilluſtris Domine, vir doctiſſime. Tui notitiam memoriamque P. Marinus Merſennus ante aliquot menſes mihi ſuggeſſit, commendans librum, *Il Compendio de' Generi, e de' Modi della Muſica, all' Eminentiſſimo Signor Cardinale Barberino*. Quem quum legiſſem, inveni profecto omnimoda eruditione refertiſſimum: ac iucundum omnino fuit intelligere praeſtantiſſimos Viros ad divinam Muſicae ſcientiam, artemque plurimis defectibus obnoxiam, reſtaurandam, manum admoviſſe. Ego qui Muſicae ſtudio ſubſecivis horis, dum a ſeriis occupationibus nonnihil licet deflectere, plane adductus ſum; plurimum laboravi, ut eam flexanimam (qualem nunquam vidi, ſed tantum temerarie laudatam legi) redderem. Rem illam totam demonſtrationibus expediendam; quibus inſudavi, ut opiniones hominum, quae hactenus eam falſa larva adornatam in publicum protruſerunt, ſevere caſtigarem & veriſſime confutarem, ac fortiſſime exploderem; abſit iactantia verbo ſincere dicto. Ea enim mihi mens eſt, ut in finem ultimum temporalem harmoniam, aeternae beatiſſimaeque ſubſequam, ſeu exemplarem, totis viribus dirigam. Et animavit me in hac palaeſtra Venerabilis Beda, qui in ſua Muſica ſic pronunciavit: „ Muſica inter alias huma-

(1) Deeſt adnotatio anni, qui forſitan eſſe poteſt MDCXXXVI, vel XXXVII.

humanas diſciplinas ſola limen Eccleſiae ſubire auſa eſt. Cui ſi liceat aliquid pie audendo addere, dico, & doleo, Muſicam tam importune, an magis inepte, tractari in Eccleſiis, ut potius miremur conſonum, quam articulata vox; potius chaos quoddam colloquentium vocum, quam pietatem inculcans oratio audiatur. Quid autem ad hunc finem valeant Modi, ſaepiſſime me Merſennus conſuluit: cui multoties reſpondi, Modos & Genera tantum pene conferre, quantum corpus exanime ad actionem vitalem. Merſennus ſiquidem copiam mihi fecit tecum liberius loquendi, ideoque magis audeo. Modoa, quos ego circulos harmonicos voco, nil amplius quam corpua ſine anima aeſtimo: Genera vero Muſica a Graecis potius ſomnio commenta eſſe, quam a natura diſtincte prodita, non ſolum arbitror, verum etiam ſcio, habeoque demonſtrationes ſolidiſſimas, quibus unum tantum genus Muſicae aſſero. Ideoque iam dudum mihi imaginor, te potius Muſicam Graecam imperfectiſſimam emendaturum, quam collapſam reſtituturum; nam licet intervalla Graecorum, naturae minime conformia, in conſonantiam ſeu concentum redigere coneris, profecto Aethiopem lavas. Graeci praeter διαπασῶν, διαπέντε, & διατεσσάρων, nullas ſimplices conſonantiaa agnoverunt. Et quomodo tam uber variuſque concentus ex eorum Muſica naſci poteſt? Ita Muſa in elephantem, non mutata natura, evaderet. Scripſi ea de re quinque libros diſquiſitionum Muſicarum propediem edendos, quibus rem demonſtrando rationibus, quaſi manibua palpabilem reddo. Poterit illud Merſennus ſuo tempore magis aperire, cui fere tantundem de tuo inſtituto laudatiſſimo inſinuavi. Verum ſingulari libro ad S. D. N. Vrbanum PP. VIII. ſpecialiter directo, brevi demonſtrando, cantum omnem hactenus in Eccleſiis uſurpatum, qua ratione intervallorum, qua ratione numeri, temporiſque intervalla metieris, inertem ineptiſſimumque eſſe ad pietatem ſacris verbia exprimendam; nedum mentibus ingerendam. Totum, quod conor divinae gloriae promovendae conſecraturus, operae pretium neutiquam arbitror aliquem fucum humani coloris addere, ſed rem nudam veramque S. R. E. iudicio ſubmittere. Tu vero Vir Perilluſtr. ac Eruditiſſime, animi mei candorem reſpice; ſi quid aliud mihi perſuadere placuerit p ratiſſimum agnoſce, & myſteria Muſices apud te recondita Chriſtianae Reipublice deinceps non denega. Vale Harlemi Kal. Martiis MDCXXXIX.

LXXXI.

IOANNES BAPTISTA DONIVS LVCAE TORRIO S. D.

ETſi ſaepiuſcule affinem tuum D. de la Flud percontari ſoleam de rebus tuis, tuaque valetudine, immo quotieſcumque eum video, memor videlicet mutuae amicitiae, quam occaſione itineris mei Hiſpanienſis optima fide inter nos coaluiſſe non ignoras; attamen pro ſingulari amoris affectu, quo te ab eo tempore ob eximiam eruditionem, ac probitatem conſtantiſſime ſum proſequutus, maiora aliquanto ſolatia longinquae iſtius abſentiae, iamque fere emortua ſpe, quam de profectione tua huc in Italiam feceras, percipere vellem. Quare, ſi per occupationes tuas licet, da operam quaeſo, vir optime, atque amiciſſime, ut intermiſſum inter noa iampridem literatum officium de integro repetamus. Oro etiam te, ut ſi ulla re idoneum me cenſueris, qui commodis tuia, amicorumque tuorum ſubſerviam, quam fidentiſſime auctoritate tua, quae in me tibi optimo iure competit, utaris. Quod ut libentius exemplo meo facias, accipe quid a te in praeſentia deſiderem. Antiquae Muſicae potiorem partem, eam praeſertim, quae ad Tonos, ſive Harmonias illas veteres, Doriam, Phrygiam &c. pertinet, non modo κατὰ θεωρίαν, ſed etiam κατὰ πρᾶξιν reſtauraſſe me ſcias; nam, & complura Inſtrumentorum genera magno ſumptu, ac labore fabricari curavi; & praeter alia multa opera, quae editioni parata habeo, librum ab hinc annis tribus vernacula lingua evulgavi, in quo multa maximi momenti ad hoc argumentum ſpectantia, quamquam in modicam Epitomem congeſſi; nec facti profecto poenitet; nam & nobili-

bus quibusdam viris conſilium meum mirifice placuiſſe agnovi, & novam hanc melodiarum cundendarum rationem (refragrantibus licet, atque obſtrepentibus vulgaribus quibusdam muſicaſtris) paulatim recipi, atque in actum deduci appatet. Quapropter primo quoque tempore deſtinavi, Ariſtoxeni pauca, quae ſuperſunt, ex innumeris eius operibus, Graece Latineque edere cum uberibus notis. Audio autem in Bibliotheca Laurentiana Eſcurialis fragmentum Ipſius extare περὶ μέλους; eius deſiderio flagrantiſſime torqueor: quare, ſi me amas, optime Torri, immo ſi Muſicam, eiuſque praeſides Muſas, atque elegantiores literas diligis, quaeſo te, ut illud quamprimum perquiras, ac mihi deſcribendum cures. Non deerit occaſio deinde, qua breve eiuſmodi ſcriptum, vel per affinem tuum, vel alium quemvis ad me Romam tranſmittas. In eiusdem Bibliothecae Elenchis adnotavi tractatum quemdam, qui inſcribitur, Mozarabes intonationes. Eius aliquod ſpecimen ſi, ut arbitror, ſacros cantus Liturgiae Mozarabum continet, pariter mihi compares velim. Peropportunum id erit illuſtrando operi, quod molimur, de Muſica Sacra, vel Eccleſiaſtica. Quod reliquum eſt, ſcito Inſcriptiones veteres a me hucuſque collectas, iuſſu Eminentiſſimi Principis Franciſci Cardinalis Barberini, nunc deſcribi, propediem videlicet eius ſumptibus in lucem edendas. Quare, ſi quarum mihi ſpem feceras, poſtremis tuis literis anno MDCXXXI. datis, libuerit, licueritque mecum communicare, iucundiſſimum id optimo Principi futurum ſpondeo, tibi privatim glorioſum, Hiſpaniarum lucis, ubi ea monumenta ſuperſunt, perhonorificum, Reipublicae literariae utile, ac proficuum, ac mihi praeſertim, ſupra quam credi poſſit, gratum. Deum Opt. Max. precor, ut proſperorum largus omnia tua vota caeleſti favore ſecundet. Vale XII. Kal. Maias MDCXXXIX.

LXXXII.

Illvstrissimo Domino
Io. Baptistae Donio
Ioannes Albertvs Bannivs s.

PLuribus benevolentiae tuae modis, nodiſque me obſtrinxiſti, quod Muſicam meam manibus Reverendiſſimi & Nobiliſſimi Domini, Dom. de la Torre Illuſtriſſimae D. T. nuper oblatam benigne acceperis; & inter alia praeclara excellentium ingeniorum opera, illam, licet exiguam, auſcultare dignatus fueris. Nec hoc ſolum, verum etiam (ut intellexi) alios omnimoda ſcientiarum, linguarumque eruditione excellentiſſimos viros μουσικωτάτους, ad eam auſcultandam invitaſti. Quorſum hoc? niſi ut me eorum notitia, (& quod voveo) amicitia donares, feliciioremque redderes. Tua eminentiſsima opera (quibus triſtes illas tot ſaeculorum tenebras, Muſicam non ſine ingenti Chriſtianae Reipublicae iactura obfuſcantes, depuliſti) ſaepius obſtupui, dum Catalogum ad me tranſmiſſum perſpexi: unumque illud vehementer indolui, & in dies adhuc deploro, me proprio marte ad Muſicae flexanimae virtutem eruendam aliquid conantem, tam ſero in tui notitiam devaniſſe. Mederis autem quam maxime malo meo, dum Illuſtriſsimum Virum Dominum Petrum della Valle, Muſicae ac linguarum omnium etiam exoticarum peritiſsimum, mihi tam liberaliter inſinuas: cuius modulationes Muſicas intellexi rara virtute, ac praeclara eloquentia, ſelectiorem non ſolum ſuperare concentum, verum etiam inter pretioſiſsima ſplendiſsimae Italiae cimelia haberi. Nec his limitibus tua clauditur in me munificentia; verum alterum adhuc excellentiſsimum Muſurgum, ac linguae graecae peritiſsimum D. Raphaelem N. Florentinum adiungis, cuius eruditionem, & famam, tuo ſapientiſsimo calculo commendatam, omnes in pretio habent. Hos exiguorum meorum conatuum doctiſsimos cenſores, & Patronos, me nactum glorior: quorum ſapientiam, eruditionem, gloriamque ex omnimoda variarum diſciplinarum ſcientiis, ac praeſertim rara Muſicae intelligentia fulgentem,

tem, etiam orbis nuſter adorat. Veſtrae exactiſaimae cenſurae has adiunctas cantiones Graeco, Italico, & Gallico idiomate loquentes, ſummo cum affectu ſubiicio: cum ut animi mei candorem in ſtudio muſico excolendo aperiam; tum ut admirabiles eminentiſſimae Muſicae veſtrae foetus, licet immeritua, attamen illiua ſtudioſiſſimus, quandoque recipiam. Tibi vero, Illuſtriſſime Domine. hoc Palladium Muſicae praeſidium acceptum refero; intimiſque votia rogo, ut quem hactenua tam liberaliter in me collocaſti affectum, maiori deinceps incremento confirmes. Vale, Harlemi, Kal. Quintilibua MDCXXXIX.

LXXXIII.

Claaissimo Viao
Io. Baptiatae Donio
Thomas Rigelivs
Medievs Londinensis.

Miraberia fortaſſe novum atque inſolens factum hominis exteri, tibique ignoti, qui ex longinqua hac ora terrarum, te per literaa ſuiua ſit compellare: atque idem tamen mirari deſines, ſimul eius conſilium intellexeris, quod paucis exponam. Venit in manus meas tua Synopſis, eiuſque legendae poteſtas mihi facta eſt ab Italo quodam Angelo Novario in hac urbe degente, quicum intercedit mihi diuturna neceſſitudo. Ille aliorum rogatu ad me venit, petitque ut librum quendam de arte Muſica Hogerii Abbatia, a te deſideratum, itemque exemplar quoddam MS. Muſicorum Boëthii, quod in Bibliotheca Cantabrigienſi aſſervari dicebatur, amicorum opera perquirerem, indeque curarem, quaedam excribenda, quae tibi eſſent uſui futura. Ego vero id recipio me facturum non gravate neque inſtrenue, dato negotio quibusdam meis, ut eos libros inveſtigarent. Ii nullum Hogerii ſcriptum in ea Bibliotheca inveniri, ac ne manuſcriptum quidem ullum exemplar Boëthii per literas ſignificant. Id quum narrarem Angelo, ſimulque dicerem penes me eſſe quendam manuſcriptum Boëthium, quem ab amico quodam meo utendum acceperam, ſi forte quud ille liber prodeſſe poſſit: rogat ut illa duo capita Boëthii, una cum notulia muſicis, tranſcriberem, ad teque mitterem. Quod nunc meapte manu, non optime quidem, ſed nec ineptiſſime factum, peto ut aequi bonique conſulaa. Quanti hoc ſit faciendum exemplar, non facile dexerim. Vetuſtum quidem ſatis videtur. Quidquid autem ſit, quae inde ſumpta ſunt, optima fide tibi repraeſento; maxime, quod characteres attinet, qui ut accurate expingerentur, intellexeram te vehementer cupere. Tua praeclara inſtituta, ſtudiumque augendae rei Muſicae, Deum Opt. Max. fortunare volo. Mea tametſi aliis curis occupata ſit vitae ratio, vix ut liceat iis aliquid temporis ſurripere, quod his ſtudiia tribuam, iamque diu deſuefactum me profitear ab omni ſeria rerum iſtarum contemplatione; tamen aliquis color haeſit in ſole ambulanti, neque Muſae ſiverint, ut omnem hanc curam abiiciam, niſi me prorſus e ſuo caetu volunt eiectum. Devexa mihi quidem in ſenectutem aetas, alia videtur ſuadere; non tamen deſpero me ſupervicturum, donec prodierint illa tua doctiſsima ſcripta, tum arti Muſicae, quae iam ad tenebras & ſordes recidit, lucem, decus, dignitatem allatura, tum diſiectura craſſam illam caliginem, quae inſedit omnium cogitationes quicumque hactenus iſtos modos ac genera explicanda ſuſceperunt. Interea ſi quid mea opera tibi inſervire poterit, crede ſactum quidquid imperaveris, meque non poſtremum ducito eorum, qui eximiam tuam eruditionem ſuſpiciunt ac venerantur. Bene vale, vir praeſtantiſsime. Londini III Septem. MDCXXXIX.

LXXXIV.

Io. Baptista Donivs
Io. Alberto Bannio
S. P. D.

Nactus occaſionem reditus D. Turrii in iſtas regionea, committendum non aexiſtimavi, ut ſine literia meis te viſeret: praeſertim quum nondum mihi compertum ſit, an eaa receperia, quibus ad tuaa humaniſaimaa ſuperioribus diebus reſcripſeram: quare ne me pa-

rum officioſum, aut immemorem quid humanitati tuae debeam, aexiſtimares, ſalutatione non vulgari te rurſus imperriri volui, ut amorem etiam in te meum minime vulgarem eſſe cognoſceres. Adiunxi his literulis Muſiei euiusdam noſtratis μελύδριον, ſequutus non tam pretium illius, quam brevitatem, quae eiuſmodi eſt, ut viatorem, quamvis expeditum, onerare non poſsit. Vale. Romae Idibus Octobris MDCXXXIX.

LXXXV.

Rectores Academiae Philharmonicae
Nobili, ac Docto Viro
Io. Baptistae Donio S. ac F.

OPus inſcriptum *Compendio del Trattato de' Generi, e Modi della Muſica* a Dominatione Veſtra compoſitum, & ad nos tranſmiſſum, libentiſſimo accepimus animo, avidiſſimeque perlegimus oculis, non ea ſane mente, ut aut de eo iudicium in utram partem ferremus; aut quo patrocinio noſtro, quod quam tenue ſit non ignoramus, illud egere putemus; ſed potius, quoniam, quum quiſque noſtrum pro virili adniratur, ut ad eam Harmoniam, quae a divino Platone optima appellatur, & eſt ipſa animi temperantia; eius quoque, quae ab eodem phtongon dicitur, cognitionem adiungat, merito adeo elegans, adeo eruditum, adeo recouditum, ac omnibus numeris abſolutum opus, ingentem in nobis excitavit voluptatem. Vt enim poſt tetram, ſaevamque tempeſtatem lux atque tranquillitas ſolet gratior mortalibus accidere; ita poſt tot tantaſque aerumnas, quibus ab anno huius ſaeculi trigeſimo, Regio tota iſthaec, ac in primis noſtra Academia, quae praecipuis orbata luminibus adhuc luget, haec de Harmonia tractatio, luce ipſa nobis iucundior evaſit. Agimus igitur D. V. maiores, quas poſſumus, gratias, hancque in Coetum noſtrum animi ſignificationem nobis pergratam fuiſſe teſtamur, ac Deum Opt. Max. ex corde precamur, ut generoſos conatus D. V. fortunet. Veronae V. Non. Novembr. MDCXXXIX.

LXXXVI.

Ioannes Baptista Donius
V. C. Gaspari Scioppio
S. P. D.

NIhil libentius facere amantes ſolent, quam ut amorem ſuum fateantur ac depraedicent, apud eos potiſsimum, qui ſimili ſtudio teneantur; quare quum propter ſingularem eruditionem cum ingenua quadam probitate coniunctam, eximia complectar benevolentia, hunc iuvenem Batavum, qui tibi has literas reddet; ultro mihi ambienda fuit ad te ſcribendi occaſio, ut intelligeres, Vir Clariſsime, qui egregiorum adoleſcentium praecocem virtutem atque doctrinam fovere ſemper, atque ei favere impenſiſsime ſoles, unum ex iis me eſſe, qui non vulgari benevolentia cum propter merita ipſius, tum etiam patris doctiſsimi atque humaniſsimi Viri, Voſſium proſequuntur. Non eſt pudoris mei hunc tibi commendare ſtudioſius, quum & ille tecum patria coniunctior ſit, quam ego; & tu multo melius, quantum quiſque valeat in penitioribus eiuſmodi ſtudiis iudicare poſſis. Verum & ſi non commendo, flagitat tamen amicitia noſtra vetus, ut eum tibi quam maxime commendatum cupiam. Quantum vero D. Bartolinus, qui me ſuperioribus diebus tuo nomine ſalutavit, charus mihi eſſe debeat, ac ſit, aeſtimare hinc potes, quod, & iudicium tuum ſcis quanti faciam, & eius quem ſummopere diligo, perſimilis ille eſt, atque amicus. Vale. (1)

LXXXVII.

Io. Albertus Bannius
Philomuso s. (2)

MVſicam noſtram eo modo conſtruximus, Philomuſe, ut flexanima foret: efficax nimirum, oratorio more ad docendum, delectandum, & movendum, eamque triplici ratione diſtinguimus. I. Nam vel ſolis vocibus fit, & ab ipſa Canoris energia, Melodiam appellamus. II. vel ſolis inſtrumentis

(1) Non adnotatur annus; ſed, ni fallor, ſcripta haec Epiſtola videtur anno MDCXXXIX.
(2) Eſt, ut videtur, Synopſis Muſicae operis MS. ad Donium traſmiſſa, ut iudicium ſuum ferret, quam nolui praetermittere.

mentis editur; ſive flatilibus, ſive pulſatilibus, manu ſcilicet, aut arcu, aliove modo; & hanc Harmoniam appellamus: in hac enim Concinnitas ſola, (quae Graecis proprie ἁρμονία dicitur,) ſola, inquam ſonituum ſeu vocum concinnitas, res eſt praecipua. III. Quae vero partim vocibus partimque Inſtrumentis conſtat, Symphoniam proprio vocabulo dicimus; eo quod ſonus naturalis & artificialis in unum corpus coïens, omnem Muſicae maieſtatem abſolvat.

Muſicae noſtrae virtus modulamento, & conceptu conſtat. Modulamentum anima eſt Muſicae flexaminae; eoque ſolo omnis eloquentia Muſica exigitur. Corpus illius circulus quilibet Harmonicus eſt, qui aliis Tropus, ſeu Modus, vulgo Tonus (vocabulo ex uſu cantus Eccleſiaſtici ſimplicis mutuato) appellatur.

Modulamentum intervallorum propria natura gignitur. Nam intervalla ſingula habent ſpecialem movendi efficaciam, ac proprietatem: quae motu, rempore, ac numero, determinatur. Huius exactiſſima ratio in qualibet voce requiritur: ſine qua Muſica flexanima eſſe non poteſt; quemadmodum & corpus ſine anima, aut vegetum, aut vigens eſſe nequit.

Motus, intervallorum acumen, & gravitatem, variat. Tempus durationem motus aeſtimat, Numerus vero, utpote pars temporis, cuiuſque intervalli, ac motus illius durationem, notularum varietate definit. Ex numero, ac tempore, menſura (ſeu tactus) conſtat: quam lentiorem plane Muſica noſtra requirit.

Concentus plurium vocum concordiam, vario ac proprio cuiuſque vocis modulamento annexam, complectitur; Muſicumque agmen, non ſecus ac aciem numeroſus miles, inſtruit. In quo hoc imprimis obſervandum eſt, ne voces aptiſſimo numero verba recitantes, & citra mutuam perturbationem diſtincte ſatis orationem pronunciantes, nimia Temporis ſeu Menſurae velocitate in chaos quoddam confuſum praecipitentur, Cautelam itaque Cantoribus adſcribam.

Ritus legendi ac pronuntiandi Muſicam.

I. Menſura temporis aut aequalis, aut inaequalis eſt. Ordinaria, aequalis temporis menſura (ad quam Muſica noſtra concinnata eſt.) conſtat nota ſemibrevi  . Et ex eius reſolutione veniunt duae minimae  ; quatuor ſemiminimae  ; octo fuſae, ac ſexdecim ſemifuſae. Quarum notularum una medietas in poſitione; altera vero in elevatione manus, recitanda eſt. Ceterae veterum Muſicorum nugae, ſcilicet modus, prolatio, tempus &c. a Muſica noſtra (tamquam res confuſa & miſera) exſunto.


II. Lenta admodum conſtituenda eſt temporis aequalis menſura; ad eam nimirum tarditatem producta, ut quatuor, fuſae ſingulis ſyllabis aptatae, nullo negotio, hoc eſt, clare, diſtincte, faciliterque, ſine confuſione pronunciari, & intelligibiliter audiri queant. Nulla unquam in tota cantilena fiat menſurae mutatio, niſi ea propriis ſignis & characteribus fuerit praenotata. Semicirculus, ſine tranſverſa virgula, ſyſtemati, ſeu ſcalae quinque linearum inſcriptus hoc modo  lentam ſemper menſuram deſignat: at ſi ſemicirculus virgula tranſverſa ſecetur  duplo propemodum velocior menſura exigitur; poſcente nimirum verborum contextu; ut impetu quodam feratur oratio Muſica. Alia ſigna priſcorum a Muſica noſtra exſunto.


De Menſura inaequalis Temporis.


III. Menſura Temporis inaequalis variam durationem habet ex diverſa numeris Muſicalis, hoc eſt, Notularum proportione conſtitutam: quae aut tripla, aut ſeſquialtera, aut hemiolia eſt. In qualibet proportione, duae ſemper notulae primigeniae cuiuſque ſpeciei, in poſitione; tertia vero in elevatione

manus

manus recitandae ſunt. Singulas ſpecies propriis characteribus notatas, diſtincte explicavimus, ut Muſica a confuſione vindicetur, cui hactenus, ob parum diſtincta, nec ſatis propria ſigna, adeoque ob notularum valorem dubium, ſubiecta fuit. Proportio enim non paſſim, ſed cum delectu ingerenda eſt; exigente id nimirum orationis energia, ac ſyllabarum proprietate.

IV. Tripla proportio menſurae inaequalis ſignatur hoc proprio charactere . Suprapoſitus numerus 3. ſignificat, tres notulas ſemibreves, unam menſuram abſolvere, quarum unica menſuram ordinariam temporis aequalis implebat. Haec proportio ſervat eamdem temporis durationem, quam menſura temporis aequalis ſortitur, ut ſupra diximus. Tota autem varietas, partium inaequali motu conſtat, ut paulo ante inſinuavimus num. IV.

V. Seſquialtera proportio hoc ſigno notatur . Numerus 3. ſuprascriptus, oſtendit, tres notulas ſemiminimas, menſuram facere, quarum duae tempori aequali ſerviunt. Haec proportio fere duplicat velocitatem triplae, quoad durationem menſurae: hoc eſt, una tertia parte velociorem exigit menſuram.

VI. Hemiolia proportio ſemitota eſt ſeſquialterae, eiuſque medietatem valet. Quae quidem notarum nigredine neceſſario ſcribenda eſt, ſed & inſuper proprio charactere, (qui paſſim hactenus fuit ternarius,) delineanda, hoc modo.  Ternarius, ſuperſcriptus quaternario, indicat tres quartas partes menſurae aequalis temporis ſub hoc ſigno menſuram implere. Haec proportio duplicat velocitatem ſeſquialterae; eiuſque duratio tertia parta temporis aequalis aeſtimatur.

VII. Singularum menſurarum ac proportionum propria duratio obſervanda quotieſcunque in qualibet cantilena occurrit.

VIII. Lenta admodum ſemper ſervanda eſt menſura. Et quamvis velocior interdum deſignetur, ea ſemper accelerationi cautela adhibenda eſt, ne verborum aut ſyllabarum iuſta pronunciatio, perceptione quoquo modo impediantur.

IX. Diminutiones vocales, parce, nitide, ſine verborum confuſione indefuturâ; & ſuis locis, hoc eſt, abſoluta periodo, ſeu in cadentiam deducta, fiant.

X. Semitonia propriis locis adſcripta, quia venuſtatem maximam, ſuo neceſſario intervallo, chromatice, hoc eſt, colorate, ſeu alio quaſi colore inducunt, rite pronunciantor.

XI. Vna vox aliam auſcultando obſervet, ne aut iuſto intenſior, aut remiſſior, vel clarior, aut ſubmiſſior evadens, eloquentiae oratoriae officiat.

XII. Inſtrumenta, ſymphoniae inſerta, ſi iungantur paucis vocibus, quae paſſus Muſicos formant, certam periodi partem pronunciando; ſuaviter ac modeſte & tremule ſuccinendo pulſentur; ut inde ornatus potius ac dulcedo melodiae accedat, quam aliqua vehementia. Caveant itaque a multis notarum fractionibus, quibus numeri Muſicalis valor decorque perditur, ac mera confuſio orationis non intelligendas generatur.

XIII. Inſtrumenta promiſcue obſervent numerum Muſicalem, dum vocibus iuncta pulſantur; tremuloque tactu numerum intervallorum feriant, abſque ulla evagatione; ut eodem numero, ac tempore verba, ac paſſum Muſicum, abſolvat. Fractionem notarum in ſolia fere cadentiis, & cum grano ſalis, aureque attenta, faciendae ſunt.

XIV. Baſis continua, pro multitudine & qualitate vocum, raris vel crebris intervallis, iiſque gravibus, vel acutis modulanda eſt.

Diſſonantiae intermixtae, ut ſuis locis in partitura notantur, uno alterove intervallo, pro vocum multitudine, exprimuntur.

Dum vox una atque altera paſſus Muſicos ad certam periodum format, Organoedus aurea arrigat, caveatque, ne earum modulamentum turbet. Sed decli-

declinando earum vocum intervalla, ſuper baſi ſua aliud modulamentum, vocibus vicinum, ex tempore addat; eaſque tali modo venuſtiores expeditioreſque reddat.

Iſtud autem dexteritate auris adhibita, dum voces canunt, manuumque habilitate, vel uſu, ac exercitatione, obtinebitur. Ideoque expedit prius cantionem perluſtrare, ut paſſus obſerventur; & Organoedus, oratorio more, Muſicae eloquentiae ſerviat.

Si Muſica noſtra eo ritu, quem ſic deſcripſimus, continue recitetur, Auditores quicunque, tam Muſici, quam Philomuſi, oratoriam & flexanimam Melodiae virtutem experientur. Nam ſeptem & plures etiam voces, ſimul continentes, non ſolum clare, diſtincte & intelligibiliter, tam ſingulae, quam ſimul iunctae, audiri & percipi poterunt; verum etiam ſpeciales affectus animi, & pathemata, ex ſingulorum intervallorum natura, tam diverſo & vario, quam unito in concordiam vocum modulamento obſervabuntur: ideſt citra dubium obtinebitur, ſi eamdem cantilenam bis, tertio, recitare non graventur. Itaque Oratoris officium, docendo, delectando, & movendo, praeſtitum eſſe Philomuſi agnoſcent; quod hactenus tot ſaeculis deſideratum fuit.

Haec paucula, ad cautelam tuam, Philomuſe, dicta, beni conſule, iiſque utere, ac fruere. Explicatius haec omnia videre poteris, in diſquiſitionum Muſicarum libris quinque propediem edendis: quibus Muſica Graeca, ac Latina, vetus & nova ventilatur, ac nova methodus Muſicae flexaminae aperitur. Vale.

LXXXVIII.

Io. Baptista Donius
Gerardo Io. Vossio s.

POſt tuum ex hac urbe diſceſſum, binas a te accepi literas, alteras Venetiis XIII. Februarii datas, alteras Lutetiae Decembris. Tertias enim, quas ex Burgundia te miſiſſe ſignificas, minime recepi. Non dubito tamen quin aliarum perſimiles fuerint, hoc eſt pleniſſimae illius humanitatis, atque eximiae cuiusdam erga me benevolentiae, quam & olim hic praeſens copioſiſſime mihi praeſtitiſti: & nunc quoque abſens quantum ex ſuaviſſimis tuis literis video, conſtantiſſime repraeſentas. Vere dicam, neminem cognovi, qui tam exiguis, ac potius nullis provocatus officiis, tanti ea faciat, tantoque veriſſimi amoris cumulo remetiatur. Quapropter minime dubites, quin perpetuo tibi devinctiſſimus ſim; omnia, quae tua cauſa poſſum libentiſſime ſim facturus. Ornatiſſimum mihi porro erit, ſi quamfrequentiſſime, cum ſe ſe aliqua occaſio offeret, de rerum ac ſtudiorum tuorum ſtatu, nos feceris certiores. In quo noli quaeſo mirari deſidiam meam, qui literis tuis tam amanter ac benevole ſcriptis, tanto poſt tempore reſpondeam. Nam etſi magnam partem huius ceſſationis multiplices meae curae, atque occupationes ſibi vindicant; reſponſionis tamen tam iuſtum tamque neceſſarium debitum praevertendum omnibus negotiis fuerat. Quum haec ſcriberem nondum mihi compertum plane erat in patriam te rediiſſe. Sed quantum itinerum tuorum rationem inire poſſum, cuiuſque morae, quam Lutetiae facturum te ſcripſeris, videor de ſalvo proſperoque reditu gratulari, tibi & cum parente tuo optimo doctiſſimoque viro iam poſſum: quod & ſecum, literis adiunctis feci, & tecum ex animo facio, omnibuſque votis a Deo optimo Maximo expeto, ut non tibi, domuique tuae tantum, ſed orbi, reique literariae id bene ac feliciter eveniat. Ceterum in tam prolixo itinere quae tua eſt diligentia ac φιλοπονια incredibilis, non pauca melioris ac reconditioris notae reperiſſe te confido, quae per otium poſtea diſponas, atque in publicum exhibeas. Inſcriptionis illius poſteriorem partem, quam avebas, huic Epiſtolae ſubieci, quam accipies, ut ſpero, a nobiliſſimo generoſiſſimoque iuvene Comite Franciſco Piccolomineo, cuius Excellentiſsimus Dominus Amalfii Dux patruus eſt: qui quamquam profeſsione militari & cuſtodiae Germanicae Sereniſsimi noſtri Magni Ducis praefectus ad ceteras ſuas egregias animi corporiſque dotes humanarum literarum ſtudia, atque hiſtoriarum praecipue notitiam adiecit. Quare

re

re quum per occaſionem viſeedae Bataviae ac celeberrimi iſtius emporii, ac fortaſſe etiam coemendorum librorum iſtac venturus ſit, maiorem in modum a te peto, ut quibus eum poteris, officiis proſequi non graveris. De librorum indiculo tibi a me tradito nihil hoc tempore ſtatuere poſſum; verum expectandum mihi eſt, donec ſummam quandam, quae mihi Lutetiae debetur, expedivero, quo ut eſt aequum, pecuniam prius tibi Amſtelodamum curem. Si memoria tenes aliquam Academiam reperiri, quae adiunctum habeat Bibliothecarii officium propriumque illius ſtipendium, quaeſo ea de re me, cum poteris, admoneas; id erit mihi ſupra quam dici poſsit gratum. Laurentianae Bibliothecae locus adhuc vacat. Nec mirum eſt ſordere libros, ubi arma fulgent. Vale iterum atque iterum, optime Voſſi, meque ut hactenus feciſti amare perge. . . . . [1]

LXXXIX.

Molto Illvstra Signore Padron Colendissimo

Dall' Illuſtriſſimo Signor Reſidente di Firenze ricevei la ſettimana paſſata la lettera e il libro di VS. ma in tempo, ch' era di già partito il Corriere; onde non potei allora accuſarne la ricevuta, nè renderle grazie di così ſegnalato favore, ſi come era mio deſiderio & obbligazione. Hora le dico d' haver ricevuto e l' uno e l' altra, e di reſtarnele con eſtrema obbligazione. Ho letto il libro tutto con indicibile mio guſto, e certo con non minore utilità. L' Onomaſtico è una delle più belle ed erudite compoſizioni, ch' io m' abbia veduto mai; e ſon ſicuriſſimo, che ſarà ricevuto con applauſo univerſale da tutti gli intendenti, ed ogni più erudito haverà occaſione d' imparare belliſſime coſe, non più accennate, nè inſegnate da altri; parlo certo con ogni maggiore ſchietezza.

Godo, che finalmente le ſian capitati il Bellinzone & il Germono, e che le ſian riuſciti a guſto, l' uno per la rarità, e l' altro per l' erudizione, e ſe in altro la poſſo ſervire, compiacciaſi di comandarmi con ogni libertà.

Quì la ſtampa de' ſuoi tre curioſiſſimi Diſcorſi ſarà difficiliſſima, e quaſi impoſſibile, per trovarſi queſti noſtri Stampatori poca bene ſtanti, sì per le calamità communi à tutto queſto Stato, sì principalmente per le gravezze, quaſi inſopportabili, impoſte a queſta Città: pure ne farò diligenza eſattiſſima, e ſeguendone l' effetto deſiderato, attenderò io più che volentieri alla corretion della ſtampa. Dell' operato in ciò le ne darò avviſo a ſuo tempo.

A Monſignor Abate Iotſati viva Servitore di molto tempo: non mancherò a tempo opportuno di ricordargli la ſua obbligatione con quella deſtrezza, che è dovuta a lui, a VS., & a me, e del ſeguito le ne farò ſubito cenno.

Al Signor Ottavio mio Nipote darò la buona nuova (e ne vorrò la mancia) della ſtima, che VS. moſtra di fare dell' Opera ſua de Re Veſtiaria; *e certo di giudizio tanto ſicuro, e tanto a ſuo favore, ne doverà egli giuſtamente gioire tutto il corſo di ſua vita. Ha pronta la ſeconda Parte; ma non sò, quando la poca ſua ſanità gliene permetterà la ſtampa. A' giorni paſſati ha publicato (in verità quaſi forzato) un Libretto d' Inſcrizioni, e d' Elogi; e con pura commodità ne manderò a VS. una copia. Compiacciaſi ella di conſervare al Nipote & al Zio l' honore della ſua grazia, mentre io, a nome ancora del Nipote, le bacio con riverentiſſimo affetto la mano. Di Milano il primo d' Agoſto MDCXL.*

Di VS. Molto Illuſtre

Devotiſs. & Obligatiſs. Servit.
Franceſco Bernardino Ferrari.

XC.

Molto Illvstre Signore mio Osservandissimo

Ricevo per un teſtimonio infallibile dell' amorevolezza ſua verſo di me il regalo fattomi del libro donatomi, e rimango con obbligazione infinita a VS. che ha voluto favorirmene. Io perciò non

(1) Autumno ſcriptam Romae anno MDCXXXIX. nam in Adverſariis Donianis autographis vel hoc anno, vel paullo poſt ſcripta occurrit.

non mancherò di publicar l'opera, come m'accenna nella corteſiſſima ſua Lettera alla Corte di Francia, per non differirle la certa lode, che ne riſulterà al ſuo nome. La materia è veramente curioſa, e bella, e degna di lei, & io ho avuto guſto particolare di vederla, come ho fatto, e farò d'ogn' altra ſua Compoſizione, riuſcendo tutte ſingolari, & eccellenti al giudizio univerſale.

VS. veda ſe intanto la poſſo ſervire a coſa alcuna, e me ne porga qualche occaſione, che l'abbraccierò volentieri, e ſodisfarò così all' obligo, ch' ella m' ha impoſto con la ſua gentilezza; con che le bacio affezionat. le mani. Di Turino li IV. Dicemb. MDCXL.

Di VS. Molto Illuſtre

Affezionatiſſimo Servitor vero
Giulio Mazzarini.

XCI.

Molto Illustre Signore e Padrone Osservandissimo

Dalla corteſiſſima di VS. ho appreſo il ſuo felice arrivo nella patria, quello che già il mio animo avea augurato, per l'affetto, che ſin dal principio della noſtra conoſcenza ſempre li ha portato, e per queſto mi rallegro con VS che il ſuo viaggio doppo tanti intoppi e difficoltadi è giunto felicemente al fine. La ſperanza ch' io ho, che VS. ſia per trovare e maggior quiete, e tranquillità d'animo, e miglior fortuna a caſa ſua, che non ha incontrato in queſta Corte; alleggeriſce il ſentimento della ſua partenza, e la perdita, che ho fatto delle ſue erudite conferenze, e buoni conſigli; frutti, l'uno della ſua profonda dottrina, l'altro della ſua ſincerità, e prudenza. Supplico VS. di credere, che la mia divozione e riverenza, fondata ſopra i ſuoi meriti, e li miei obblighi, ſarà ſempre la medeſima verſo di lei; e per tanto la prego di continuarmi il ſuo favore, e buon affetto, del quale ſempre mi ſaranno ſegni, e caparre le ſue Lettere. Lei conoſce la mia curioſità, e deſiderio in materia delle coſe antiche, delle quali lei adeſſo mi può appagare, e per queſto li raccomando li miei Geografi, e Filoſofi antichi, Hierocle, M. Antonino, Arriano, e la Vita di Proclo. L'Inſcrizione, che mandai al Sig. Carlo Strozzi, è copiata da quelli Adverſari, & originali che VS. laſciò alla Libreria di S. Eminenza, però differente in alcuni luoghi da me corretti, che ſono contraſſegnati con una righetta di ſotto. Io riceverò favore particolare ſe lei inſieme col Sig. Carlo la riveda ſopra l'originale, avendo io già finito il Trattatello della Prefettura Vigilum: e duplicata grazia riceverò ſe VS. dalle ſue Inſcrizioni ſi degnerà di mandarmi alcune non ſtampate, che concernino queſta materia. E per fine con l'occaſione della proſſima Feſta di Natale, augurо di nuovo a VS. ogni felicità e contento. Roma li XXII. Dicemb. MDCXL.

Di VS. Molto Illuſtre

Affezionatiſ. & Oblig. Servitore
Luca Holſtenio.

Queſta ſera il Sig. Card. mio Padrone è ſtato a viſitare Madama l'Ambaſciatrice di Francia, e queſto è il compimento dell' aggiuſtamento: non sò ſe queſto ſia per accelerare la promozione, ſtando le coſe ancora aperte con Spagna. Monſ. Baccard ſi aggiuſta, e credo che a lui toccherà la buona fortuna.

XCII.

Molto Illustre Signore mio Padrone Osservandissimo

L'Ultima di VS. mi venne per mano del Signor Gronovio, che alcuni giorni ſono giunſe felicemente qui a Roma. E benchè la dottrina & il buon tratto di queſto gentiluomo è tale, che anco ſenza raccommandazione facilmente ritrovi adito appreſſo ogni uno, che fa ſtima di erudizione, e virtù; nondimeno, godo aſſai, che egli così a pieno abbia goduto li frutti della gentilezza di VS. & io ne profeſſo grandiſſimo obligo per la corteſia uſatali da VS. & ad intuito d'eſſa anco da quelli altri Signori, de' quali ſi loda molto. Gli è parſa alquanto ſtrana la gran ſtrettezza, che ha trovato per poter confrontare alcuni Autori. Non sò ſe ſia per trovare maggiore ſodisfazione quì in Roma, dove manco non ſi allargano troppo quelli, che han ſimili teſori ſotto la guardia loro. L'Eminentiſſimo Signor Cardinale noſtro Padrone li ha conceſſo l'uſo libero di quanti MS. ſono nella ſua Libreria. VS. ora ſta tutto immerſo nel confrontare alcune Decadi di Livio. Io ricordo a VS. il riſcontro di quella Inſcrittione de' Signori Guicciardini; e la ſupplico

Digitized by Google

di guardare ſe in quella Libreria di S. A. faſſe qualche eſemplare di Chalcidio ſopra il Timeo, e riceverò favore ſe lei mi nota l' ultime tre o quattro parole, per vedere, come finiſca; ſe per ſorte vi foſſe la ſeconda parte, che fin hora non ſi è veduta, la quale io trovo citata da Franceſco Patrizio. Come anco la prego di guardare la Vita di Proclo ſcritta da Marino ſuo ſucceſſore, ch' io ſon certo, che vi ſia, per una nota, che mi laſciò un gentilhuomo Franceſe, che la vidde, e di accennarmi pure l' ultime parole del fine; perchè eſſendo intiera, manderò a VS. un pezzo della mia copia, dove è quel luogo guaſto, che io deſidero ſupplire, o correggere. Qui ſtiamo ſenza novità alcuna, nè ſi parla di promozione, la quale ſecondo il parere de' più pratici, potrà prolungarſi con queſte nuove turbolenze, che giornalmente naſcono per il Mondo. Io ſtò con ſommo deſiderio di ſentir qualche nuova dell' aggiuſtamento delle coſe di VS. acciocchè poi con maggior tranquillità d' animo poſſa metterſi a produrre alla luce le ſue eradite fatiche. L' Accademia noſtra Greca con la partenza di VS. è andata a monti; o più toſto in deſuetudine per le altre più urgenti occupazioni dell' Eminentiſſimo Signor Cardinale mio Signore; e mi ha accennato alcune volte S. E. di volerla ridurre in qualche congreſſo più familiare in Caſa ſua. VS. mi farà favore di baciar le mani al Signor Carlo Strozzi, il cui fagottino de' libri è arrivato a ſalvamento, e credo che S. Emin. già li abbia riſpoſto. Ed io per fine riveriſco VS. con vivo e cordiale affetto, come ſuo divoto & obbligatiſſimo Servitore. Roma li XVI. di Febbraro MDCXLI.

Divotiſſimo Servitore
Luca Holſtenio.

XCIII.

Molto Illustre Signore e Padron Osservandissimo

NOn prima di oggi ho ricevato le due gratiſſime di VS & in una di quelle il riſcontro del paſſo ſcorretto nella Vita di Proclo. Sono già tanti li ſuoi favori verſo di me, & all' incontro li miei oblighi verſo di lei, che altra dimoſtratione ricercano, che nudi ringraziamenti di parole; nondimeno con queſti ſoli ora biſogna, ch' io teſtifichi la mia prontiſſima divozione. Il Codice, per quanto vedo, che ivi ſi ritrova non può eſſer molto antico, eſſendo confuſo, e guaſto; però è molto meglio del Vaticano, ch' è recente, e ſcorrettiſſimo, & oltre a certi altri meglioramenti, che da quel confronto poſſo cavare, quello è il principaliſſimo, che mette il ſegno in che ſi ritrovava la Luna. Poichè queſto mi può ſervire per ritrovare il tempo eſattamente, che cerco, e per aggiuſtare poi tutto il reſto; nè mancherò di profeſſare pubblicamente, chi ſia l' Autore di queſta correzione tanto utile per aggiuſtare la Cronologia di quel Secolo. Con la prima occaſione, che ſi preſenterà, manderò alcuni eſemplari del mio Demophilo inſieme col Salluſtio; e godo aſſai d' intendere da VS. che ivi ſiano perſone, che di queſta dottrina antica ſi dilettano. Spero, che il Signor Gronovio già ſia ritornato, e di nuovo ſupplico VS. di aiutare l' onoratiſſimo deſiderio di quell' erudito Gentiluomo, acciocchè poſſa confrontare con qualche ſua comodità quel Seneca Tragico, tanto antico, e tanto da lui celebrato; e la gentilezza, e bontà di queſto Signore accompagnata di sì eccellente & eſquiſita erudizione, merita d' eſſere aiutata da ogni uno. Il Chalcidio, che VS. ſcrive, è il medeſimo con quello, che va in ſtampa, che finiſce con le medeſime parole. L' Inſcrizioni Aſiatiche, devono eſſer preziaſe, e ſi anno tanto più da ſtimare, quanto manco ſperanza vi è, che da altri mai ſiano oſſervate, e perciò godo, che ſiano caſcate in così buone mani. Il Trattato in lingua Dorica περὶ ἀγαθῶ ϗ καλῶ ſenza nome d' Autore, è ſtampato con li altri fragmenti de' Pythagorici dietro il Diogene Laertio del Caſaubono; ma talmente ſcorretto, che a quel grand' uomo non baſtaſſe l' animo di tradurlo, meriterebbe di confrontare alcuni luoghi principali, per veder ſe quel Manoſcritto poſſa giovare a reſtituirlo. L' Iſtoria Filoſofica di Galeno, pure è ſtampata, benchè al mio parere non ſia di Galeno, come già ſcriſſi nella Vita di Porphyrio. Di Aſclepiodoto non ho travato mai coſa alcuna concernente le coſe Militari, quando feci quell' Indice degli Scritteri Tattici per Monſ. Naudè, che egli mette nel ſuo Syntagma, ſe per ſorte non

ſia

ſia qualche fragmento ſolo. Il Salmaſio ora ha per le mani tutti queſti Autori Militari, per metterli alla luce. Non mancherò di ſalutare tutti quei Signori, che VS. mi comanda, e darò racconto al Signor Cavaliere del Pozzo di quanto ella mi ſcrive della ſua ſtatuetta di bronzo, ch' io ſtimo una belliſſima antichità. Con altre riſponderò più particolarmente, mancandomi ora il tempo: fra tanto ringrazio di nuovo VS. con ogni maggior affetto, e la reveriſco. Roma queſti XXX. di Marzo MDCXLI.

Di VS. M. Illuſtre

Affezionatiſs. & Oblig. Serv.
Luca Holſtenio.

XCIV.

MOLTO ILLUSTRE SIGNORE
PADRON MIO OSSERVANDISSIMO

LA ſteſſa carica di Chierico Nationale ſiccome diede a VS. occaſione di rallegrarſi con me nel principio dell' anno, e di ciò le rendo gratie affettuoſe; così ora le darà materia di condolerſi (come ſpero dalla ſua humanità & affetto verſo di me) per l' omicidio che Monsù Provoſt mio competitore, tentò di fare nella mia perſona alli X. di Marzo, havendomi egli con altri domeſtici dell' Ambaſciatore, aſſaltato con ſpade nella Piazza di S. Pietro a meza ora di notte, e ferito nella teſta in due luoghi mortali: per le quali ferite, eſſendo io caſcato in terra, mi ſi buttarono a doſſo per finirmi; ma una Lancia Spezzata di N. S. paſſando per mia buona fortuna, cacciato mano, fece fuggir quei vili aſſaſſini. La Corte, che ha già fatto il proceſſo, e ſcoperto tutto queſto tradimento; publicò oggi dì, ſono otto giorni, il Monitorio contro detto Provoſt, e di quà a tre o quattro giorni lo condonnerà per contumacia: diceſi che ſia partito da dieci overo dodici giorni da Caprarola per Francia; e vi è qualche dubbio, ch' egli ſi tratteuga ora in Firenze, aſpettando l' Ambaſciatore, o l' Amboſciatrice, quando torneranno in Francia. Supplico per tanto VS. ſi degni far far diligenza per ſapere, ſe Egli vi foſſe non ſolamente in Firenze, ma anche a Livorno, o almeno ſe vi foſſe paſſato, quando, e con chi, e dormene ſubito particolar ragguaglio: indrizzando le ſue lettere al ſuo giovine, che ſtà ora col Signor Fauſanelli, acciò mi ſiano recapitate ſubito, ſenza pericolo d' eſſer intercette; come potrian eſſere altrimente. Godo ſommamente, che VS. inſieme det operam liberis, & libris, *dicendo qui la gente per coſa certa, che Ella abbia preſa moglie,* quod felix, fauſtum, fortunatumque ſit: *et io vedendo nella ſua lettera, come ella è ſtata fatto Conſole dell' Accademia Fiorentina (la ſupplico di crear qualche legato per mantenimento di quella della Cruſca) e che nella Latina alla dichiari Svetonio, campo veramente degno per far moſtra della ſua erudizione, e ſuo giudizio. De' ſuoi Trattati Franceſi non ho avuto ſin' adeſſo avviſo veruno; e del ſuo libro Italiano ultimo, ſtimo, che queſti Muſici noſtri, ne ſiano all' ordinario poco intendenti, et amorevoli. Il Signor Ottaviano Caſtelli ſolo, pare, che voglia ridurli in pratica, avendo fatta queſto Carnevale una Commedia in Muſica antica con tutti i generi e modi antichi, come egli ſtima e dice:* ὄνος πρὸς λύραν. *Io ho propoſto al Signor Cardinale Barberino, che facci fare un organetto per adoprar ſu la Scena, colla diviſione, e varietà de' taſti, inventati da VS. e ſpero di ſpuntarlo. Il Signor Mazzocchi ha fatto queſto Carnovale la muſica d' un Dramma di Monſ. Roſpiglioſi rappreſentato in Cancelleria, la quale mi è parſa più bella e grata aſſai, dell' altre ſue Compoſizioni Muſicali. Qui è capitato il Simplicio ſopra Epitteto colle note del Salmaſio, & il ſuo Achille Tazio, col libro del Signor Leone Allatio, contra l' antichità di Volterra. La reveriſco. Roma XX. Aprile MDCXLI.*

Di VS. Molt' Illuſtre

I Sigg. March. Capponi, Pollini, Nardi, & Leone Allatio la ſalutano, & io ſaluto i Signori Carlo Strozzi, e Filippo Magalotti.

Affezionatiſſimo Servitore
Lorenzo Giacomo Bacciardi. (1)

XCV.

SERENISSIMO DOMINO
IO. IV, PORTUGALLIAE ALGARBIAE ec.
REGI POTENTISSIMO

QVum ſuperioribus annis honeſtiſſimo Sacri Collegii Secretariatus munere fungerer, nihil antiquius habui, quam

 ut

(1) *Sotto tal nome ſi copre qui l' Holſtenio, di cui, per la ſomiglianza del carattere, crederei eſſer la Lettera.*

ut ſubſecivis horis, quibus animum a gravioribus curis relaxare fas eſt, Muſicam facultatem inter Barbarorum vaſtationes, ac ruinas cum aliis praeclaris artibus, aliquot ab hinc ſaeculis miſerrime deformatam, ac pene exſtinctam, necdum certe cultiſſima hac aetate priſtino nitori reſtitutam, pro virili excolerem; atque auxilio potiſſimum Graecorum, atque ineditorum Codicom, quos curioſe perquiſivi, ac diligenter lectitavi, non illuſtrarem modo, verum etiam locupletarem. Quo conſilio primum non pauca veterum rei Muſicae Scriprorum loca perobſcura ſane, ac difficilia interpretatus ſum; compluraque vocabula e Graeco, Latinoque fonte deducta, quibus expreſſius, ac purius huius Diſciplinae notiones effari poſſumus, excogitavi: deinde quod praecipuum eſt, antiquas illas Harmonias, Doricam, Phrygiam, aliaſque tantopere decantatas, atque ab hodiernis quibuſque doctioribus Muſicis Salina, Zarlino, Galileio, ſtudioſius aliquanto, quam felicius conquiſitas, e craſſiſſimis vetuſtatis tenebris erutas, in uſum, ac praxim, faventibus Superis, revocavi. Nam partim novis Inſtrumentis Muſicis ad eam rem idoneis a me inventis, ac fabricatis; partim novis Semaeographiae, ſeu Tabulaturae ſpeciebus aſſumptis, id conſecutus videor, ut magna quaedam, atque inaudita tot ſaeculis in omni cantionum genere varietas, nullo negotio ab iis qui ſecretioribus hiſce Muſarom ſacris, vel modice initiati fuerint, edatur. Siquidem ſuppetunt iam hic Romae, ac Florentiae, qui per omnes illas Harmoniarum ſpecies, & Cantica eleganter componere, eaque apte perſcribere, & ſuaviter canere, atque expedite pulſare poſſint. Quam diſciplinam nobiles aliquot viri (quibus praecipue meos hoſce labores dicavi) cupidiſſime amplexati ſunt. Praeter caeteros vero Vir non minus avita nobilitate quam propriis dotibus illuſtris, ac longinquis in Orientem peregrinationibus clarus eſt Petrus de Valle Patricius Romanus, Luſitaoi nominis perquamſtudioſus, cuius luculentus huiuſcemodi Cantionum liber propediem proditurus eſt in lucem. Huius ex humaniſſimo hoſpitio cum eodem fere tempore diſcedant Vir nobiliſſimus Mauricius Correa de Silva in Luſitaniam, ego in Etruriam, auſus ſum, quamquam eram tenuitatis meae conſcius, eius interventu fretus, Maieſtatem tuam ſuppliciter adire, eique devotiſſimam, atque obſequentiſſimam voluntatem reverenter offerre, una cum adiuncto munuſculo duorum meorum opuſculorum ad hanc diſciplinam pertinentium, quae ob renovatae antiquitatis gratiam, non iniucunda prorſus futura ſperavi, Regi ſupra omoem memoriam feliciſſimo, ac Rei Muſicae ſtudioſiſſimo. Quod ſi eveniet, maiorem hinc fortaſſe ſumam audaciam alia quaedam maximi uſus, ac novitatis, quae iam dudum molior ſub tutela Auguſtiſſimi tui nominis in publicam exponendi lucem: quo teſtatum apud poſteros ſit, reſloreſcente feliciter Luſitanorum Imperio, veterem pariter rei Muſicae gloriam non obſcuro praeſagio manſurae apud eos publicae tranquillitatis, quae Muſarum altrix iure cenſetur, pariter refloruiſſe. Interea exiguum hoc tributum qualecumque eſt, Maieſtatem tuam ſupplex oro, ut dignetur aſpiciat: memor videlicet, Deum quoque ter maximum, cuius vos Reges imagines eſtis, infimorum etiam oblatiunculas, ut thura, cereos, caeteraque eiuſmodi, ſi animo ſincero atque humili offerantur, non aſpernari, qui Maieſtatem tuam, cuius incolumitate publica potentiſſimi Regni ſalus innititur, perpetuo fovere ac tueri velit. Romae An. Sal. MDCXLI. XIV. Kal. Iunias.

Sereniſſimae Maieſtatis Tuae

Devotiſs. atque Obſequent. Serv.
Io. Baptiſta Donius Florentinus.

XCVI.

ILLVSTRISSIMO SIGNORE
E PADRON COLENDISSIMO

VEngo a riverir VS. Illuſtriſſima, e rallegrarmi così del ritorno alla patria, come della elezione fatta di cangiar ſtato per conſervazione della ſua caſa, il che ſia tutto con felicità. Il Signor Gronovio, ed altri Virtuoſi di là venuti, me l'anno riferita con ſomma mia conſolazione. E perchè sò, che non laſcerà le ſoavità dei ſuoi ſtudi; eſſendo io pregato

gato dol Signor Filiberto della Mare di Burgundia, che ſcrive l' Iſtoria Medicea, di qualche notitia non ſtampata di queſti tempi, la ſupplico accennarmela, acciò poſſa renderlo ſervito, come la prego eſercitar ſopra di me la piena autorità, che ha di comandarmi, obbligatiſſimo de' favori riceuuti da VS. Illuſtriſſima in tanti anni. Io ſtampo gl' Annali della Congregatione & perchè mi vien riferto, che un Padre Bartolommeo da Siena dell' Ordine Certoſino, ſta hora à Fiorenza, ha veduto il Libro di Antonio Corraro della Hiſtoria dei ſuoi tempi, vorrei ſaper dall' iſteſſo per il ſuo mezzo qualche particolare di detto Libro e Compoſizione; poichè non ci è più qui in S. Giorgio d' Alga, dove io ſtò; mi ſarà ſommo favore, come alcuno ſuo comando, mentre di vero affetto ſervitor ſuo me le ricordo, e le bacio le mani. Di Venezia a dì XXI. Maggio MDCXLI.

Servitor devotiſſimo
Gian Filippo Tomaſino Veſc.

XCVII.

Cl. V. Ioanni Baptistae Donio Ioannes Fridericus Gronovius S. P. D.

NObiliſſime, & Clariſſime Vir. Qui has ad te defert, Salomo Vogelius Germanus, vir eſt & literarum omnium ſatis peritiſſimus, viris doctis in patria, Belgio, Anglia, Gallia notiſſimus; mihi vero per ſingularem animi candorem, morumque ſuavitatem lunge coniunctiſſimus. Is quum ad vos viam affectaret, meque parario innoteſcere viris claris veſtratibus cuperet, te nemini poſtponendum duxi, haſque ei properari comites, nun quod ille indigeret hoc illicio, qui & tuam novit famam, & ſuis ipſe meritis, quantamvis facile ſibi parat commendarionem; ſed quod haoc occaſionem oblatam refricandi memoriae mei perire mihi nollem, quum ipſe honores & beneficia immerenti mihi a te exhibita quotidie mecum reputare non deſinam. Illorum ego rationibus iure ſummo adiectum aexiſtimabo, quicquid illi vel opera, vel conſilio fueris gratificatus. Ego poſtquam Venetiis diſceſſi, iter ſatis anfractuoſum per integriorem Germaniae partem, inque ea, Carinthiam, Auſtriam, Bavariam, Vindelicos, Helvetios denique emenſus, in hac tandem urbe paullulum conſedi. Quod uti ad rerum noſtrarum cognitionem ſane permultum mihi, ſic ad communia ſtudia, dulceſque ante omnia Muſas, ſane parum profuit, quod & paucos invenirem earum ſerio, ac perite ſtudioſos; & propter feſtinationem libris, qnos in Imperiali, Monacienſi, Auguſtana, Baſileenſi Bibliothecis conſpectu obiter libavi, uti non poſſem. Partem editam illius operis, quod in Sereniſſimi Magni Ducis Bibliotheca, tam diligenter me verſare vidiſti, tandem reperi. Et potius epitome eſt, quam ipſum opus doctiſſimae Principis, & poſtea tot interſita lacunis, ut nemini fere uſui eſſe queat. Haber tamen praefationem, cuius in veſtro Codice tantum duae lineae comparent. Ego in hoc deſultoriae . . . . nondum ei parando ſtudere potui; ſed tamen ſimul quieti ac otio meo redditus fuero, tentabo quid humeri mei valeant, niſi a communi amico noſtro praeveniar. Quod uti opto ne fiat, eaque de cauſa, ἀπόῤῥητον eam rem ſervare velim: ita ei qui longe paratior eſt invidere eam ſpartam non poſſum. Sed habet plurima alia, quae non minus profutura poſteris abſolvere etiam cupio; & verum eſt, quod ſuſpicabar, eſſe ibi quaedam, quae in iſtis oris difficulter poterunt publicari. Vidi hic aliquoties praeſtantiſſimum virum, & ſummae comitatis Iacobum Gothofredum; & quem maxime excerpta Photii ex Philoſtorgii, Scriptoris Arriani Hiſtoria Eccleſiaſtica hactenus ἀνέκδοτα, ſub praelo exercent. Inſpexi obiter (nam textus iam eſt abſolutus) multa ibi notabilia, quae alibi nuſpiam: ei addit ipſe, quamvis negotiis reipublicae occupatiſſimus, accuratos commentarios, in quibus confert hanc Hiſtoriam cum caetera Eccleſiaſtica, & mendacia eius in Orthodoxos (nam haec quoque ſpiſſa ſunt) redarguit. Ego nunc nihil cogito, praeter Pariſios, quos intra ſextam hebdomadem me viſurum ſpero. Excellentiſſimis Viris communibus amicis, P. Victorio, Benedicto Floretto, Carolo Stroazae, Iac. Gaddio, Petro Petri plurimam adſcribo ſalutem.

Tu

Tu quoque, vir magne, vale, & tot praeſtantia opera, quae in rei Literariae gratiam ſuſcepiſti, quamprimum, quod commodo fiat tuo, nobis imperti. Genevae A. D. VII. Eid. Aug. A. C. MDCXLI.

XCVIII.

Molto Illvstra Signoas

Non ſi può dir, ebe allegrezza abbia in me eugionato l'ultimu di VS. vedendomi iuformato di tunte belle coſe, tanto da me deſiderate. Et per il primo, bo eonfrontuto il titolo del Dizionario Copto Fioreutino, eon il mio, et bo trovato grundiſſima differenza; bentbè il printipio del Dizionarto voſtro, eouforme alle potbe purole topiate da lei, non ſia perfetto, pertbè Hre, *cbe è la prima purola, non è uome, ma nota del genitivo, donde è ueteſſario preceda qualtb' altra parola, eaſſuta per l' antiquità del mio: il ſine ancor nou riſponde al mio; donde raecolgo, ebe li Dizionari ſiano differenti, & conſequentemente ſi troveranno ſenz' altro molte coſe in quello, manchevoli nel mio, come VS. potrà vedere dull' eſemplare, ebe muuderò quanto prima. Ho ancor inteſo dal Siguor Holſtenio, cb' una gran quuntità delli Libri Orieutuli, ſi troviuo eoſtì; ma non eſſendo eſſi inteſi, nou ſenza danno dellu Repubblita Letteraria, reſtino uelle tenebre. E ſe non m' impediſſe la Scola, et lo ſtampa, uiſſuno me ue potrebbe tenere, di non ſcappar per qualtbe tempo a trovur quelli teſori naſcoſi, donde tanto bene potriane ridoudare alla Repubblita Letteraria. Meutre noi godiumo qui della dotta converſazioue del P. Murſenno, deſideriamo tutti, ebe VS. ſeappi fuori con il ſuo Dodeeacbordo. Io per adeſſo ſto' oetupato uella ſtampa dell' operu, cbe ſi cbiama* Ars magna Lucis & umbrae; *& preparu un altra operetta ul iſtunza del novo nipote del Papa, Curdinal Panſilio, cbe ſi cbiama* Muſurgia curioſa; *nella quale io prometto per l' arte conbinatoria, o vero Rubdologia muſurgtta inſeguar tra poto tempo tutto l' artiſitio di comporre la Muſica, uncora a uno cbe uon ſuppi la Muſica. Cito VS. ſpeſſo nella detta operu, & deſidererei, cbe VS. mi mondaſſe qualebe Compoſizione cromatica, la quale io col ſuo nome inſerirei* paradigmaris loco. *Ma ſiniſto non deſiderando altro, ſe non ſolamente la ſua buoua grazia, et corriſpondenza; con cbe bacio le maui, pregandole da Dio ogni proſperità. Roma di XVII. di Dicembre MDCXLI.*

Di VS. Servo nel Signore
Atanaſio Kircberio.

XCVIX.

Io. Baptista Donivs Gaspari Scioppio svo salvtem

Quoniam aliquot ante menſes calamitatibus Germaniae tuae, ut opinor, impulſum, commigraſſe te Mediolanum accepi, ut aliquanto nobis propinquior ſis; nolui diutius proximitatis iſtius carere fructu, ac te ſalutandi officio ſuperſedere. Quamvis enim metuendum non ſit, ne amicitia, quae bonarum artium commercio, ſtudiiſque lirterarum coaluit, intermiſſione vulgarium horum officiorum, diutinoque ſilentio quodammodo exarcſcar; artamen, ut tibi in dies confirmatius ſit, quanti te faciam, ſingularemque tuam eruditionem admirer; opportunum duxi, tanto poſt intervallo calamum reſumere, tuoque iucundiſſimo alloquio defungi; praeſertim, quum vehementer avcam ſcire, quid rerum geras, quove in lirerarum genere, cum a publicis muniis vacas, verſeris: neque enim dubito, quin egregium aliquod, & communiter profuturum perrractes; atque urinam copioſiſſimum illud linguae Latinae Promptuarium tandem aliquando in publicum emittas. Sed vereor, ne perturbatiſſimis hiſce temporibus, commodo tuo id facere non poſſis. De ſtudiis noſtris, ſi quid rogas, ſcito magna nos, atque, ut noſtrum fert inſtitutum, recondita, abſtruſaque moliri, quaeque alii fere, vel deſperatione effectus, vel pravo contemptu, neglexere; illuſtrationem ſcilicet muſicae diſciplinae, quae cum ſola ferme pleriſque bonarum artium ad priſtinum ſplendorem, cultumque revocatis, in ſordibus iaceat, ac tenebris, propter ignorationem vetuſtatis, quam Barbarorum deſolationes, deflagrationes Bibliotecarum

rum, pravorum incurſus invenerunt; miſertum me eſt pulcherrimae diſciplinae, ac ſimul totus fere in eam curam ac cogitationem incumbere coepi, ut auxilio Graecorum Codicum, qui pauci ex ingenti numero nobis ſuperſunt, nobiliſſimam hanc facultatem pro conatu meo reſtituerem. Quum igitur Dei immortalis beneficio ſuppetere mihi quaedam praeſidia cognoſcerem (atque utinam ſic reliqua etiam praeſto mihi eſſent) quae tantam provinciam ſuſcipienti neceſſaria videbantur; videlicet, uſum aliquem Graece linguae, hodiernae Melopoeiae nonnullam etiam peritiam, caeteraque huiuſmodi, rem melioribus ſaltem gratam me facturum aexiſtimavi, ſi ſpartam hanc aetatis vitio male habitam, excolerem. Nec poenituit operae, conſiliique; plurima enim a nemine hodie animadverſa deprehendiſſe me puto, quae, niſi me animus fallit, ſummopere utilia huic facultati erunt. Praeter alia vero, librum nuper abſolvi, in quo *Lyram Barberinam* (ſic enim organum muſicum a me inventum, ſeu potius Lyram veterem de integro reſtitutam, ac novis parergis ornatam indigitavi) cum ſuis partibus, partiumque nomenclaturis accurate deſcribo; ac per occaſionem, antiquam Lyram, Cytharamque, affineſque organorum ſpecies, totamque veterum Cytharodiam, non indiligenter, ut mihi videtur, perſecutus ſum; adiunctis etiam multis Iconiſmis, ac vetuſtorum organorum imaginibus, quae tractationem hanc illuſtrare poterunt. Addidi etiam Onomaſticum complurium Vocabulorum (quorum maior pars Graeca ſunt) ad Muſicam ſpectantium, cuius ope multa huius facultatis pure eloqui, atque explicare licebit, tum etiam Poëmatia duo muſicis modis ita aptata, ut quantitatis ſyllabarum ratio, atque emendatae pronuntiationis ſervetur; quae res nemini, opinor, hactenus tentata, feliciſſime ceſſit; ſiquidem, vel ipſis fatentibus muſicaſtris, quibus res perabſurda videbatur, ſic rhythmi lex ſervata eſt, ut melos quoque ſuaviter utrobique flueret. Alterum eſt Carmen Hypochematicum in reditum Santiſſimi Domini Noſtri ex Albano ſeceſſu, in quo Diaſtalticae Melopoëiae ſpecimen ſumpſimus. Alterum Monodia in obitum Virginii Caeſarini, cuius optimi Patroni, ac Muſarum Maecenatis egregii memoriam, uti licuit, renovare ſtuduimus, in quo ſyſtalticam Melopoëiam, ac molliores, ideſt moeſtiores affectus non ineleganter quidem, ut opinor, expreſſimus. Caeterum organi illius ſonus, quem fabricari fecimus, plane ſuaviſſimus deprehenſus eſt, & qui hac in parte non minus, quam figura cum teſtudine, ſambucaque, quam harpam vocant, communicet plurimum; quapropter non indignum mihi viſum eſt, quod Santiſſimo Domino Noſtro una cum libro, dedicaretur, eiuſque ſymbola, quae (utcumque in hac rudi delineatione expreſſa vides) praeferret. Amphicordum vero ideo nuncupavimus, quod cum ſit tanquam duplex organum altera ex parte aereas fides, ex altera nerveas aptavimus cum aliis nonnullis non illepidis additamentis, quae nihil attinet recenſere; ſatis enim mihi videor abuſus otio, ac patientia tua, qui graviſſimis te fortaſſe rebus intentum auſus ſim canoris meis nugis interpellare. Dabis igitur veniam, amiciſſime, atque optime Vir, fiduciae erga te meae, quem, conſcius pleniſſimae tuae humanitatis, praeſertim in tui, ac literarum ſtudioſos, qualem me profiteor, aſſumpſi, ut de lucubrationibus meis prolixius tecum agerem, non tam captandae approbationis tuae cauſa, de qua minime unquam dubitavi, ſed adiumenti potius. Quum enim in omni genere ſcientiarum, ac diſciplinarum conſummatiſſimus ſis, praecipuaſque Europae Bibliothecas, & reconditiores etiam quaſdam pervolutaveris, optima ſum in ſpe, indicium te mihi facere poſſe alicuius Scriptoris muſici, vetuſtique, nec uſquequaque noti, qui commentarios meos ditare poſſit. Rogo igitur, ſiquem noſti, qui Geſnerum, Poſſevinum, ac reliquos latuerit, praeſertim in Ambroſiana Bibliotheca, ut eum commonſtrare mihi velis, atque hac tua perveſtigatione meam diſciplinam, curamque muſicam illuſtrandi tuis conſiliis, ac monitis promovere. Rem mihi facies, ſupra quam dici poſſit, gratam, meque ad obſequendum tibi paratiſſimum ſenties. Vale.

MOLTO

C.

Molto Illvstre Signore e Padrone Osservandissimo

Moſtrerei di non conoſcer la ſincerità e ſchiettezza di VS. ſe con ricercati preteſti voleſſi ſcuſare il mio ſilentio; o confeſſo d'aver raddoppiato la colpa, che la ſettimana paſſata laſciai partire il Signor Naudeo, ſenza accompagnarlo di qualche lettera; ſpero però, che il medeſimo Signore avrà fatto la mia ſcuſa, avendo egli vedato le mie occupazioni intorno l'Eminentiſſimo mio Padrone. Rimandai il libretto d'Herone, che mi pareva eſſer di VS. che ſtava naſcoſto tra li mei, e le chiedo perdono d'averla privata tanto tempo dell' uſo di quell' Autore. De' miei ſtudi non ho che ſcrivere, ſpendendo io il mio tempo quaſi in ogni altra coſa di quella che a me piacerebbe. Ora S. E. mi ha meſſo per le mani alcuni Volumi manoſcritti dell' Antichità di Roma, d'onde ſto raccogliendo una grandiſſima quantità d'Inſcrizioni, fin' ora nè vedate, nè ſtampate, e ſarà tutta la raccolta di più che d'un quinterno di carta. Queſta fatica mi da occaſione di parlar ſpeſſo con S. E. della raccolta di VS. che in vero S. E. deſidera ſommamente che ſi metteſſe alla luce, eſibendoſi di voler concorrere alle ſpeſe per promover tal opera, che con queſta aggianta, che ora ſi raccoglie, e con quella di Monsù Buccard, ſi accreſcerebbe quaſi per la metà. VS. mi accenni quello a che ſi riſolve, che non mancherò di portare appreſſo S. E. con ogni ſuo avantaggio. La morte di Monſignor Venturi a me è diſpiaciuta grandemente, conſiderando la perdita, che io in particolare ho fatto d'un mio tanto Padrone, e molto più quella che anno fatto tutti quei Signori Letterati di Firenze, ch'egli col ſuo patrocinio portava appreſſo quelli Sereniſſimi Principi: oltra ch' io in lui ſolo ho riconoſciato quaſi le reliquie dell' antica Scaola del gran Vittorio; in modo che ora quel lume antico in queſta ultima favilla interamente pare eſtinto. E tanto maggiori ſaranno li meriti di VS. riſuſcitando lei le ſcintille di quella bona dottrina nella ſua Patria, dove è tanta abbondanza de' belli e ſpiritoſi ingegni. Oggi poi ſi è aggianta anco la nuova della perdita del Signor Galilei, che già non riguarda ſolamente Firenze, ma il Mondo aniverſo, e tutto il ſecolo noſtro, che da queſto divin uomo ha ricevuto più ſplendore, che quaſi da tutto il reſto de Filoſofi ordinarii. Ora ceſſata l'invidia ſi comincierà a conoſcer la ſublimità di quell' ingegno, che a tutta la poſterità ſervirà per ſcorta nel ricercare il vero tanto aſtraſo, e ſeppellito tra il buio dell' opinioni. Raccomando a VS. quel confronto d'Antonino, e la ſupplico di ricordare a tutti quei Signori la mia ſervitù con un cordial ſaluto, e di continuarmi l'onore della ſua amicizia, mentre io dal Ciela li prego ogni felicità, e contento. Roma li XVIII. Gennaro MDCXLII.

Di VS. Molto Illuſtre

Devotiſſimo Servitore
Luca Holſtenio.

CI.

Molto Illvstre Signore Padron Mio Osservandissimo

L'Anno paſſato il Signor Io. Giorgio Volchamero gentil' uomo di Norinberga, partendo di Roma verſo Germania, dovea paſſare per Fiorenzo e reverir VS. con una mia lettera. Nel medeſimo tempo, che partì di Roma, partì ancor ella di Firenze a queſta volta: onde non trovando VS. ſe ne paſsò ſenza reverirla. Tornato a Norinberga ſignificò al Sig. Criſtoforo Adam Rupert Profeſſor d'Iſtorie nell' Accademia di Altorf, che ella avea un gran volume d'Inſcrizioni da lei collette, nè anco pubblicate. E perchè detto Signore al preſente và fatigando ſopra li Annali Conſolari, mi ſcrive una lettera, una parte di cui aggiungo qui ſotto, acciò VS. veda il ſuo deſiderio, et in quelche lo potrà favorire, riceverò ancor' io a grazia ſingolariſſima. Aperio tibi conſilium meum: Praeter Magiſtratus a Pighio Faſtis ſuis inſertos, placeret & reliquas poteſtates colligere; Praefectos Vrbis, Comites, Correctores, Conſulares &c. Vnde ea Collectaneis Viri Nobiliſ-

biliſsimi & Clariſsimi Ioannis Baptiſtae Donii non ſolum deſcriptos mihi velim lapides, qui Conſulum mentionem faciunt; ſed etiam quidem earum Poteſtatum. Praeterea Romanas gentes omnes, ſive patricias, ſive plebeias, quantum fieri potuit, a ſtirpe recenſui, Pighii, Paovinii, Sigonii, Goloſii, Reineſii, Streinnii, Vrſini, Ant. Auguſtini coniecturas, ab iis, quae monumentis confirmata ſunt, diſtinxi, & quaecumque interpretes, hiſtoriamque ſparſim tetigere, velut in unum contuli. Denique Indicem Auctorum emendatorum, & explicatorum adornavi. Haec de propoſito meo breviter: nec enim plura licet. Quidquid conferre tibi placet, tuum erit; & ipſe debiti mei amplitudinem legitimam profeſſione redimam. Eamdem fidem & Nobiliſſimo Donio ſancte polliceor &c.

Se VS. ha da favorire queſto Signore, che è uomo inſigne nelle buone Lettere, come ne teſtificò anco il Signor Gronovio due anni ſono cc. io rimborſerò VS. di quello che ſi ſpende in copiare l'Inſcrizioni; e quando ella aveſſe ancora a ſtampar dette Inſcrizioni in Francofurt, per eſſere il detto perſona di autorità, potrà ſervire VS. in quel che comanderà. La prego a favorire, e ſcuſare la briga, e le bacio le mani. Roma li XI. Febbraio MDCXLIII.

Di VS. Molto Illuſtre

Devotiſſimo Servitore
Pietro Servio.

Ricevo da Aſti molte Inſcrizioni, e belle; ſe ella l'aggradirà, le manderò, come anco il mio libretto De Vnguento Armario ma queſto per via de' Librai.

CII.

ILLVSTRISSIMO VIRO
IOANNES BAPTISTA DONIVS S. P.
ISAAEVS VOSSIVS

POſtquam a te diſceſſeram, Vir Illuſtriſſime, exſpirarunt hebdomades circiter duo, priuſquam Venetias venerim, dum Bononiam, Ferrariamque luſtrarem, aliquotque in illis dies tranſigerem. Eodem vero, quo huc veni mane, literas tuas tradidi Illuſtriſſimo Zatio. Inde Patavium profectus, reddidi quoque illas, quae, Cl. Scioppio debebantur. Thomaſino etiam Epiſcopo Civitatis Novae ſuas dediſſem, ſi iſte in illa urbe fuiſſet; ſed paucis ante diebus ad Epiſcopatum ſuum contenderat. Curavi tamen, ut per alios ei mitterentur. Franciſcum Iuſtinianum, rumor quidem fuerat eſſe Venetias reverſum, ſed rumor tantum. Doleo itaque, vir Illuſtriſs. quod & tibi ſcribendi labor perierit, & mihi fructus, quem inde eram percepturus. Pridie quam Patavium reliqui, Literae Tuae in manus mihi pervenerunt, tradente illas Petro Petri. Si ego prior ad te ſcripſiſſem, Vir Illuſtriſſime, tuque me epiſtolio retaliare dignatus fuiſſes, magni illud beneficii inſtar repuraſſem. Quod vero prior ipſe me literis compelles, maioremque oſtendas affectum, quam ego hactenus cultum, id me plane pudet, pigetque. Oportuerat iam ſexcentis literis gratias egiſſe, pro immenſis tuis beneficiis, quibus a te non uno in loco adfectus ſum, cum Romae & Florentiae; tum etiam hic, & Patavii, quum me praecipuis viris commendaſti. Florentiae certe neſcio quid demum beneficii genus a te experrus non ſim. Nihil iam tam magnificum ſuccurrit, quod non deterat potius beneficentiam tuam, quam aliqua in parte aexequet. Illud quod literis tuis, & iam ante Florentiae a me exegiſti; nimirum, ut tibi autores, quorum a te habeo nomina, compararem, leve eſt, factuque facillimum; enitarque, ut quam ocyſſime, ubi occaſio tulerit, poſtulato tuo ſatisfaciam. Vtinam plura, et maiora exigeres, & ego, vir Illuſtriſſime, poſſem praeſtare. Vellem licuiſſet aliquid praeſcribere de Tractatu illo muſico, qui exſtat inter libros Beſſarionis Cardinalis, prout rogaras. Sed mihi nulla hactenus Bibliothecae Marcianae utendae facultas fuit conceſſa. Si potero tamen, faciam Te aliquanto certiorem, antequam Venetos relinquam. Poſt tres plus minus hebdomades, Mediolanum petam. Si quas interim ſcripturus es literas, Vir Illuſtriſſime, perferam illas tam libenter, quam quas libentiſſime. Si quoque aliqua in re operam meam utilem ſibi fore aexiſtimet nobiliſſimus Vir Carolus Datus, iubeat, & factum putet. Literas autem illas, quas ad me miſſurus ſis, certo certius mihi

tradentur, ſi mittantur ad Iacobum Striicher, & Hieronymum de Wilm mercatores Batavos, qui commorantur hac in urbe, in loco, qui vulgo dicitur, calle de remedio. Vale Vir Illuſtriſſime, valeat quoque Carolus Datua. Venetiis XIII. Februarii MDCXLIII.

CIII.

Molto Illustre Signore a Padron mio Osservandissimo

IN queſto punto mi vengono le gratiſſime di VS. de' XXVIII. di Maggio, che con viva eſpreſſione mi confermano l'antico ſuo affetto, e la continuazione de' ſuoi favori, alli quali non mancherò mai di corriſpondere, ſe non con li effetti, che la mia debolezza non mi permette, certamente con tutto l'animo, ch' è quel ſolo che poſſo promettere. Non vorrei, che VS. ſi metteſſe in pena per il confronto di quell' Itinerario, non avendone io fretta o premura alcuna; perciò lei attenda pur la comodità di quelli Signori, e la ſua propria. Circa l' Inſcrizioni laſciate da Monsù Bacciard, non ho per adeſſo che riſpondere; poichè quelle ſono mandate alla ſepoltura della noſtra Libreria, ubi ut caetera eiuſmodi οὔτε ἐν λόγῳ, οὔτε ἐν ἀριθμῷ habentur. *Parlerò col Signor Carlo Moroni, nè vi ſarà difficoltà di ricuperarle, o per il manco di averne copia. Vorrei che VS. mi accennaſſe qualche contraſſegno di conoſcerle, e diſtinguerle dalle altre; poichè tutte quante ſtan legate in un faſcio. Io doppo il mio ritorno da Firenze ebbi occaſione di far buona raccolta, & ogni dì mi vengono delle nuove per le mani. Come perappunto ieri ebbi una buona raccolta cavata da diverſi luoghi per tutto il Paeſe de' Marſi. Piaceſſe al Cielo, che VS. cominciaſſe a ſtamparle, li manderei volentieri tutte quante, che ſin ora ho meſſo inſieme. Io ora ſto intorno a certe coſe de' Santi Padri Latini, che fo ſtampare alle ſpeſe mie; poichè la mala congiuntura de' tempi non mi permette di ſtamparne altre più al guſto, e genio mio. Il Signor Conte Vbaldino ſta fuori d' Vrbino, e fa il Commiſſario di Guerra; & ho paura, che anco a noi altri converrà di far il ſoldato. A me per molti capi diſpiacciono queſte rotture; ma forſe il più principale è che impediſcono queſte fazioni, ch' un galantuomo non poſſa da per tutto corriſpondere alli oblighi e debiti ſuoi, che ad un animo onorato è coſa molto faſtidioſa. Supplico VS. di riverire umilmente a nome mio tutti quelli; e ſe è lecito di deſiderar tanto, di ricordare la mia divotiſſima ſervitù al Sereniſſimo Principe Leopoldo, ſe però a queſto qualche comoda occaſione a VS. ſi offeriſce, che Dio feliciti. Roma li VI. di Giugno MDCXLIII.*

Di VS. Molto Illuſtre

Affezionatiſſimo Servitore
Luca Holſtenio.

CIV.

Nobilissimo et Illustri Viro Io. Baptistae Donio S. P. Isaacus Vossius

VIr Nobiliſſime, ex illis, quas iam ante trea, & quod excurrit menſea ex Burgundia ad te exaravi literia ſatis puto perceepiſti, quae nam fuerit ratio, quod non prius tuis repoſuerim reſponſum. Ex illo ferme tempore ſemper Lutetiae fui, niſi quod etiam aliquantulum temporis in luſtrandis quibuſdam urbibus mihi perierit. Literae tuae ad Illuſtriſſimum Dominum Hug. Grotium, & Salmaſium, nondum ad manua meaa pervenerunt. Poſtularam tamen a Bernardino Ferrario Mediolanenſi, ut ſi quando literae illae ad Illuſtrem Rinuccinum fuiſſent perlatae, quamprimum mihi traſmitterentur. Interim Salmaſius in Bataviam regreſſus eſt, quem tamen prius nomine tuo, prout exegeras, ſalutavi. Et illi, & omnibua hic eruditia viria, vix dixerim, quantum deſiderium ſit iniectum videndi Syntagma illud tuum Inſcriptionum ineditarum. Impatientiſſime, inquam, ferunt tam incomparabilem theſaurum non citiua publici fieri iuris. Apud multos vix fidem inveni, quum referrem ad quantam molem opus illud excreviſſet, aegreque eo induci potuerunt, ut crederent, tot. ac tam pulcra monumenta inviſa hactenus latuiſſe: omnea operam ſuam ſpondent in curanda eius operia edi-

editione, vel hic, vel in Batavia, ſi illa minus Florentiae procedat. Commorabor etiamnum Pariſiis tres, quatuor minimum menſes, idque in aedibus Grotianis. In libros illos, quorum a te notulam habeo, hîc non inquiro, quod putem vix reperiri: & etiam ſi aliqui reperirentur, non video quomodo commode tranſmitti poſſent. Differam itaque, donec in Bataviam venero, ubi meliores ſeſe offerent occaſiones. Vellem habere alteram illam partem Inſcriptionis de Feſto Avieno. Priorem habeo, quae incipit *Rufus, Naſonis Soboles, proleſque Avieni*. Deae iſtius Nortiae mentionem facit Tertullianus in Apologetico. Vt poſſim Clariſſimi Viri Caroli Dati gratiam demereri, omnia quae a me poſſunt proficiſci officia exequar. Et tibi, Vir Nobiliſſime, & illi omni ex animo proſpera voveo. Lutetia MDCXLIII. XV. Decemb.

CV.

ILLVSTRISSIMO DOMINO
IOANNI BAPTISTAE DONIO
EQVITI SPLENDIDISSIMO
CHRIST. ADAMVS RVPERTVS
HISTORIAR. P. P.

ILluſtriſſime Domine, Eques ſplendidiſſime. Annus eſt & quod excurrit, quum Vir. Cl. Petrus Servius favorem, & benevolentiam veſtram oſtentavit in iuvandis ſtudiis noſtris. Poſtquam enim Io. Georgius Volcamerus Med. D. eidem explicaſſet propoſitum meum de corrigendis, ac ſupplendis faſtis Conſularibus, ſed & revocanda Nobilitatis Romanae memoria; ſtatim ea humanitate proſecutus eſt illud ſtudiorum genus, ut omnibus modis opem ferendam mihi cenſeret. Igitur quum noſſet inſtructiſſimam penes Illuſtriſſimam Dominationem tuam Romanarum Antiquitatum ſupellectilem, viam munire mihi coepit, literis ſuis, idque reſponſum tulit, ut non ſemel beatum me praedicarem tanta εὐτυχίᾳ. Quod enim nunquam auſus eſſem, conſcientia tenuitatis meae ab omni ambitioſa ſpe facile depulſus: id quum viderem in ſe recepiſſe Virum Clariſſimum, & tam feliciter; non potui non maximis geſtire gaudiis. Sed, ut ſaepius laetitiam noſtram interpolavit caſus aliquis; ita tum evenit, ut quum Volcamerus inſtructus commendatitiis a D. N. Servio Florentiam proficiſceretur, Illuſtriſs. Dom. tuae in itinere obviam fieret, & quum eamdem prius nunquam vidiſſet, ipſe inſalutata, Florentiam pergeret Illuſtriſs. vero Dominatio tua Romam; Florentiae vero accipit literas, quae ex Italia revocabant domum, nec patiebantur expectare reditum Illuſtriſſimae Dominationis Tuae. Ita Fortuna deſiderium meum deluſit longe flagrantiſſimum. Sed quum e Tacito didicerim, omnes bonos contra illam inſiſtere ſpei, & proximis literis Cl. Servius me confirmarit fore, ut ſi ad Illuſtriſſimam Dominationem Tuam literas darem, reipſa experirer in magna dignitate ſummam humanitatem etiam erga peregrina ſtudia coniunctam eſſe; non dubitavi literis compellare, cuius λαμπρότατον καὶ φανότατον nomen huc uſque per celebriores adeundum cenſui. Sic autem perſuaſus ſum rogare efficaciſſime, qui cauſas honeſtiſſimas habes rogandi; ſed & eam Illuſtriſſimae Dominationis Tuae generoſitatem eſſe, ut cui iam multum debet Reſp. Literaria, ſibi plurimum debere velit; ſepoſita omni praeſentium verborum ambitione, ſufficit indicaſſe, quantum in benevolentia Illuſtriſſimae Dominationis tuae collocem. Quum enim ſciam, in Opere Gruteriano Italorum auxilium nobis fuiſſe prae omnibus veteribus; quorum vel olim magna negligentia, vel hodie propter librariorum inſcitiam, & inertiam miſera fortuna eſt facile iudicare, quantum Illuſtriſſima Dominatio tua providere nos poſſit, quum poſt Gruterum 6000. lapidum Inſcriptiones collegiſſe fama retulit. Salivam iam ante quadriennium nobis movit I. P. Tommaſinus *in lib. de Donariis*, & *Tabellis Votivis*, cui multum decoris acceſſit e liberalitate veſtra. Sed ex tanto numero ess tantum velim meeum communicatas, quae perſonarum, magiſtratuum, & officiorum illuſtrium mentionem faciunt; cumprimis ſi quid in gazophylacio Illuſtriſs Dom. Tuae fuerit de fragmentis Faſtorum municipalium, quale apud Gruterum extat *num.* 1. *pag.* 1087. & de aliis, qui-

L 2 bus

bus ſubſcripta Conſulum paria, & de Imperatoris, quibus adſcripti anni Tribuniciae Poteſtatis. Sumptus, quos Illuſtriſs. Dom. Tua in ſcribam fecerit, non ſolum refundam per Cl. Servium optima fide; ſed etiam ubique gratus celebrabo tantorum beneficiorum memoriam, quibus Illuſtriſs. Dominatio tua firmare nutantem, & in Antiquitatis tenebris repentem expedire dignata fuerit. Quamvis enim non diffitear, a laudatione noſtra nihil accedere poſſe gloriae veſtrae; tamen cavendum mihi ducam, ne quid in candore meo deſiderari queat. Bene valeat Illuſtriſſima Dominatio Tua Italiae ſuae, ſingulare decus. Dabam Altorfii Noricorum An. Dom. V. Eidus Ianuarias Anni Chriſtiani MDCXLIV.

CVI.

DOMINO PLVRIMVM OBSERVANDO
IOANNI BAPTISTAE DONIO
THOMAS RIGELIVS
MEDICVS LONDINENSIS

QVod tanto demum temporis intervallo haec ad te ſcribam, non minus fortaſſe mirum fuerit, quam quod antehac ignotus, ac tenuis homuncio tam audacter in tuam notitiam me inſinuaverim. Illud forte parum pudentis fuit, hoc infelicis. Si quid antehac erratum, condonabit id mihi prolixa illa tua humanitas, qua me complecti dignatus es. Quod tam ſero ad officium redierim, ſimul intellexeris quo loco res meae ſint, excuſatum, ut puto, me habebis. Acceperam tuas humaniſſimas literas, una cum Indiculo capitum epitomae operis de Generibus ac Modis, aliorumque praeterea edendorum poſthac, ſi quid Muſae ſuam artem adiutam volent; quando omnibus inceſſi laetitiis, quod tantus vir me tanto honore dignum habuiſſet; ſimulque acri deſiderio inflammatus teſtificandi meam erga te obſervantiam, exſcribenda ea curaveram, quae petieras ex Hogerio Abbate, eruto tandem ex Bibliotheca Collegii Cantabrigienſis, quod Corporis Chriſti titulum praefert: quando publice exorti apud nos funeſti tumultus, privatim vero calamitas ea me oppreſſit, quae rationes omnes mihi conturbavit. Nam qui antea valetudine ſatis commoda, atque firmis artubus utebar, dum per plateas huius urbis obambulo, a quodam caſu in me incurrente adiictus ſum ad terram, atque inde femur mihi luxatum, quod poſtea, multas licet multorum carnificinas experto, reponi in ſuum locum non potuit, ita ut claudicandum mihi ſit, quandiu vita mihi ſuperfuerit. Ea res ſatis in ſe acerbitatis habuit; ſed nihil magis dolebam, quam quod amici, alius alio, delapſi, atque eiecti hac urbe ſint, omniſque adeo mittendi ad te, ſi quid velim, facultas erepta. Tandem mercator quidam ſuam operam benigne detulit, qui etiam recepit ſe, ſi quid reſcripſeris, mihi redditurum. Nunc quod miſerias apud te meas ſum queſtus, eo tribuendum erit, quod tamdiu delatae operae, atque officii mei excuſatio alia non eſſet. Alioqui ſeria atque ferenda, vel contemnenda duco humana omnia: neque mihi quidquam praeter culpam praeſtandum aexiſtimo. Et ſunt tamen in miſericordiam proclivea bonorum animi: neque ſine eo, quo decuit affectu, cognita mihi iactura, Vir Clariſſime, unius primo, deinde alterius etiam tui fratris, perlecto tuo elegantiſſimo iuxta atque doctiſſimo libello. Is mihi, ut illum dolorem attulerit, tamen alia ex parte plurimum oblectavit, quum primum conſpexi reſtitutos in ſuas ſedes avitas modos, quos recentiorum inſcitia, non minus quam gravis caſus, meum femur luxaverat, atque everterat, priſtina omni dignitate ac poſſeſſione; quod utinam aliquando mihi liceat videre illam, quam memoras locorum intellectu difficilium explicationem, una cum integro opere, ac Mathematicis demonſtrationibus, ceteriſque quae pollieeris: quorum ſpem, ut abiiciam, Perſarum montes non moveam. Vale, vir ornatiſſime, ſaeculi decus eximium, & niſi prorſus me perditum cupis, fac ut intelligam, me non excidiſſe tua gratia, & hominem non ingratiſſimum perge tua benevolentia complecti, atque perfundere illuſtris tui nominis ſplendore. Londini Idibus Maiis MDCXLIV.

MOLTO

CVII.

Molto Illustre Signore Padron mio Osservandissimo

HO *ricevuto una di VS. nella quale mi manda la copia d' una Inſerizione con lettere Cofte, che mi è ſtata gratiſſima, e ringrazio VS. della memoria che tiene di me; avendomi voluto onorare in queſta occaſione, & darmi materia d'imparare qualche coſa, come ſo profeſſione particolore d'apprendere qualche coſa da lei. L' Inſcrizione è fatta a tempo de' Criſtiani, & dimoſtra eſſa coſa di Monaci: poichè non dice altro, che* (Pater Filius & Spiritus S. unus Deus in miſericordia ſua, animas noſtras liberet & ſalvet.)

Io ſtò con grandiſſimo deſiderio, aſpettand, che eſca a luce quella bell'opera di VS. che tratta delli dodici Modi: di grazia non la trattenghi più, perchè ſarà di grandiſſima utilità, e diletto al Mondo, & alli uomini dotti. Io queſt' anno ho mandato fuori il Teſoro della Lingua Cofta: manderei a VS. un eſemplare, ſe aveſſi occaſione di mandarlo ſicuro; tengo intenzione di dare alle ſtampe quanto prima L' Oedipo, di cui VS. un pezzo fà sà il metodo & il mio penſiero. Credo anco che VS. averà viſto la mia Arte Magnetica, la quale di nuovo è ſtata riſtampata in Colonia. Subito, che mi ſi aprirà occaſione, procurerò di conferirmi in Fiorenza per vedere i Libri, e altre coſe ſegnalate, che VS. conſerva coſtì. Io pongo tutta la mia recreazione in ſtudio di coſe tali: quando io vedrò il Signore Holſtenio, farò l' imbaſciata di VS a cui facendo riverenza fo fine. Roma XIX. di Giugno MDCXLIV.

Di VS.

Servo Affetionatiſſimo
Atanaſio Kircher.

Se VS deſidera che la detta eſplicazione ſia fatta più ampiamente, quel che per la ſcarſezza del tempo non ho potuto far per adeſſo, m' accennerà la ſua volontà, e la ſervirò compitiſſimamente.

CVIII.

Molto Illustre Signore e Padrone Osservandissimo

R*imando qui aggiunta la verſione del foglio Arabico, fatta dal Signore Abramo Echellenſe, conforme VS. m' ha comandato. Se non corriſponde al deſiderio, e guſto ſuo, vedrà le ragioni allegate dall' Interprete, nella nota, che vi ha aggiunto. E credo che per ſperimentare, e l' uno e l' altro, ſarebbe bene di far ricopiare l' iſteſſo principio da qualche altra perſona, che ſapeſſe ſcriver Arabico; perchè due diverſi difficilmente concorreranno nelli medeſimi errori, & io per queſto ho ritenuto appreſſo di me quel foglio. Dal modo d' interpretare ſi vede la prontezza, & eſperienza grande, che ha il Signore Abramo di quella Lingua; e benchè egli non ſia Mattematico ex profeſso, poſſiede nulladimeno li termini aſſai bene; et egli s' aſſicura, s' aveſſe l' opera intera per le mani, che col legger, e confrontare l' Euclide Arabico con le traduzioni fatte dal Greco, ridurrebbe l' impreſa a tal perfezione, che li uomini dotti nelle ſcienze Mattematiche ſi potrebbero approfittare d' eſſa. E benchè io abbia voluto tener celato l' Autore, egli l' ha indovinato da per ſe: poichè alcuni anni ſono gli ha avuto commodità di vedere quella Libreria per mezzo del Signor Marcheſe Giugni, allora Guardaroba di S. Altezza. Egli ſtima infinitamente e loda aſſai i libri di Teologia, che vi ſono; aſſicurandoſi, che in Europa non ſia altrettanto di buono. Io ſtavo aſpettando quello, che VS. per parte del Sereniſſimo Principe Leopoldo ſia per comandarmi, & eſſo Abraamo ad ogni cenno ſarà prontiſſimo di venirſene a coteſta volta: poichè quì trova poca ſodiſfazione, eſſendoli levata la proviſione che ebbe da Palazzo, come Interprete dei Levantini; poichè nella riforma della Corte, li primi che ſono ſtati riformati, e ſcoſſati, ſono tutti i Letterati, come Scioppio, & altri, e nella Sapienza ſi ſopprimeranno le Letture della Lingua Greca, Ebrea, Arabica, & altre ſimili. VS faccia il pronoſtico. Ringrazio poi con vivo affetto VS. per la memoria che conſerva*

ſerva d' un ſuo tanto debole, & inutile Servitore; e la prego di ricordare all' occaſioni la mia divozione alli Sereniſſimi Principi, miei Signori, e Padroni Clementiſſimi, aſſicurando l' Altezze loro, che non vi ſia perſona nel Mondo, che ſi profeſſi più obbligato a quella Sereniſſima Caſa di me. Et a VS. prego ogni proſperità. Roma li IV. di Decembre MDCXLIV.

Di VS. Molto Illuſtre

Obbligatiſſimo Servitore
Luca Holſtenio.

Col Signor Carlo Morone farò ogni diligenza che VS. abbia riſpoſta di queſti ſuoi quinterni. Salutano caramente VS. tutti li amici ſuoi di queſta noſtra Corte, & il Signor Caſoni, & il ſuo Fiamengo, che ora è il fac totum, è Segretario de' Memoriali in capite; governando aſſolutamente la carica del Frenfanelli ſuo Padrone, e fra poco VS. lo vedrà Canonico di Cambray, o Liege.

CIX.

Molto Illustre Signore e Padrone Osservandissimo

NIſſuna coſa mi poteva capitare queſta ſera di Natale, più grata delle Lettere di VS. mentre il ſervizio di San Pietro mi tiene ſequeſtrato quì in Borgo, lontano dalla converſazione d' amici. Godo, che li ſia venuta nelle mani la Verſione d' Apollonio; benchè già m' accorgeva, che non era per dare intera ſoddiſfazione al deſiderio nè di VS. nè del pubblico. Credo d' averne accennato la mia opinione aſſai chiaramente con la paſſata, nella quale pure perſiſto; che ſarebbe buono di far ricopiare il medeſimo luogo da qualch' altro Arabo, per chiarirſi meglio, e del primo Copiſta, e dell' interprete; mentre queſto pretende, che vi ſiano commeſſi molti, e groſſi errori nella copia Arabica. Però parlerò di nuovo, e per la figura, e per l' altro che VS. mi accenna. Il P. Merſenno fu l' altro giorno a viſitarmi, nè mi ſeppe predicare altro, che la gran corteſia di VS. Reſta attonito di veder la ſtrettezza, che s' uſa quì con li Foreſtieri nella Libreria Vaticana, la quale ora, per l' apprenſione dell' eſempio del Contiloro, è creſciuta in grado ſupremo, in modo, che per ogni bagattella ci vuole un Chirografo del Papa. Sarà infeliciſſimo queſto Pontificato per queſta parte, non facendoſi conto alcuno di qualſivoglia ſorta di Lettere, e Dottrina. La licenza de' Libri proibiti ſi ſpedirà nel medeſimo modo, come la paſſata. Quanto alla aggiunta dei Libri eſpreſſi nella Lettera di VS. non vi è ſperanza alcuna di ottenerla, eſſendoſi così dichiarato il Papa con perſone gravi, che di ſimil licenza l' anno richieſto, ſenza frutto alcuno. L' Abate Caſtelvillano penſava di partirſene col Sig. Card. di Lione, che partì ier mattina; però non ha potuto eſſere in ordine: non sò dire coſa certa, quando ſia per partire, e credo, che lui ſteſſo non lo ſappia ancora; però certo è, che hora ſta indirizzando tutte le ſue coſe a quel fine d' andarſene queſta Primavera in Francia. Il Signore Antonio Minutoli, s' è licenziato affatto dal ſervizio di Sua Eminenza, pochi giorni ſono, con occaſione o preteſto d' una eredità venutali in caſa, il cui accomodamento ricerca la ſua preſenza. Nella noſtra Corte s' aſpetta gran mutazione di nuovi Offiziali, e Prelati. Staremo a vedere. Solleciterò il Signor Morone per il manco per qualche riſpoſta; benchè doppo il mio ritorno, a pena l' ho veduto due o tre volte, trovandomi io occupatiſſimo col ſervizio di S. Pietro, in modo che fin ora a pena ho potuto guardare un Libro. Prego Iddio di felicitare VS. e colmarla con le ſue grazie nelle preſenti Feſte, mentre io li ricordo la mia oſſervanza, e divozione. Roma li XXIV. di Dicembre MDCXLIV.

Di VS. Molto Illuſtre

Divotiſſimo Servitore
Luca Holſtenio.

CX.

Molto Illustre Signore e Padrone Osservandissimo

IO ſcriſſi con l' ultima mia le difficoltà, che fa il Signore Abrahamo circa la copiatura ſcorretta di quel foglio d' Apollonio, e ſperava, che lei per chiarirci

aveſſe

Digitized by Google

aveſſe di mandarci un altra copia ſcritta da perſona diverſa, per vedere ſe le ſcorrezioni, che egli vi trova, ſiano dell' originale, o del copiſta. Rimetterò dunque quel medeſimo foglio in mano del Signore Abramo per conſiderare meglio quella figura, ch' egli m' aſſicurava allora non aver da far nulla con quel poco di teſto. Io arei caro che VS. foſſe venuto qui col Signor Cardinale de' Medici, nella cui Corte tanto ſplendida, non vi è alcuna perſona di Lettere; che fa ben maravigliare una gran parte di Roma: benchè anco qui ora s' oſſerva quello ſtile in Corte. Quelli quinterni d' Inſcrizioni ſono nella Libreria di Sua Eminenza, però legati in un Volume d' altre ſimili, raccolte da diverſi; e queſta può eſſere la cauſa, che il Signor Carlo non li poſſa mandare li ſuoi; però li riparlerò. Parlai delle licenze de' Libri proibiti per lei & il Signor Cavalcanti con Monſignore Albizi Aſſeſſore del S. Officio, che mi diſſe, non eſſer neceſſario di ricorrere alla Congregazione; ma che lui le poteva rinnovare da per ſe: e così reſtarono nelle ſue mani, e la colpa è mia, che non ſieno riſpedite; ora vedrò di mandarle quanto prima.

Non è comparſo quì l' Ariſtarco, che VS. acccenna: e ſenza dubbio è fattura moderna circa il moto della terra. Ma d' Ollanda avemo avuto un operetta in quarto d' un tal Medico Deuſſingo, che fa il mediatore tra Ptolemeo, e Copernico, fabricando un nuovo ſiſtema, dove move la terra circa il ſuo centro, e ſiſſa il Cielo, & il Sole.

Il Padre Merſen ſta per partirſene verſo Loreto, e Venezia, tra due, o tre giorni: parte molto ſcandalizzato della ſtitichezza de' Guardiani della Libreria Vaticana. E per fine riveriſco VS. pregando Iddio che la feliciti. Roma li XXV. di Marzo MDCLXV.

Di VS. Molto Illuſtre

Devotiſſimo Servitore
Luca Holſtenio.

CXL

EMINENTISSIMO AC REVARANDISSIMO
PRINCIPI IVLIO
S. R. E. CARDINALI MAZARINO

QVum multos iam annos reſtituendae veterum Muſicae, quoad per domeſticas, aut graviores occupationes licuit, non mediocrem operam impenderim: neqoe editia ea ſuper re libris tantum profecerim, quantum vel illiua iucunditaa, vel novitas, vel neceſſitas poſtulare videbatur; ſive quod ſermone vernacolo in gratiam noſtratium Artificum concepti a me fuere; qui ut vera dicam deſtituuntur ferme iis literaturae ſubſidiis; quae cum ad eos probe intelligendos, tum ad hanc artem pro ipſius dignitate imitandam perneceſſaria ſunt, ſive qood doctiorea etiam, verum in reconditioribua eiuſmodi ſtudiia parum axercitati, minus fortaſſe, quam par eſt, hac in parte tribuant antiquis, noſtroque huic ſaeculo paulo impenſius favent, quam longe iſtorum ratio ab vero aberret, primo quoque tempore demonſtrandum putavi. Multis igitur atque iis, ut arbitror, non infimis rationibua, quanto intervallo veterum Muſicorum vel induſtria, vel felicitas, recentium diligentiam anteceſſerit, tribus hiſce libellis, *Eminentiſſime Cardinalis*, ſatis copioſe, ut opinor, probavi; nec minus, ut reor, fideliter ſeduloque collegi, atque digeſſi, quae adverſus meam ſententiam a nonnullis diſputari ſolent; ut nemo me nimis vetuſtatia amore, aut ſtudiorum meorum fiducia praevaricatom aſſe ſuſpicari poſſet.

Heic. deſunt aliqua in Doniano Autographo.

Hanc, igitur meam lucubrationem, ot feliciſſimi nominis tui auſpiciis in publicum exire concupiverim, multa me inpulerunt; nempe, ut quemadmodum donaria templia appenſa, quamvia ſaepe vilia & conſumpta, pretium ac decus ex ipſa ſanctitate loci comparare ſibi ſolent; ſic & qoamquam per ſe vulgaria & naglecta, clariſſima nominis tui luce illuſtriora fiant, multoque plus dignitatis acqoirant; & cui minus in ampliſſimo iſto Regno ob ſummam auctoritatem & gratiam, quam meti-

Digitized by Google

meritis in illud maximis conſecutus es, gratificari ſtudeat, & adverſus malignorum obtrectationes tutior, ac munitior ſit.

Multa ſequuntur extempore calamo ſcripta, & quidem confuſa. Florentiae II. Non. Ianuar MDCXLVI.

CXII.

NICOLAO HEINSIO VIRO CLARISSIMO IO. BAPTISTA DONIVS S. P. D.

CLariſſime Vir. Contrariis duobus affectibus humaniſſimae tuae literae me diſtraxerunt: dolore, quod me in ſcribendo praeverteriot, meamque mihimet deſidiam quodammodo exprobraverint; laetitia, quod hac ipſa praeoccupatione officii, non vulgarem eſſe tuum in me amorem liquido oſtenderint. Doleo igitur, ſimul ac laetor, me eſſe victum abs te; ſed ita, ut qui te multum, atque impenſe amem, plus aliquanto meliori huic affectui indulgeam. Rogo igitur, ut me poſthac diligere pergas; etiamſi negligentia mea id minime fortaſſe mereri videbitur. Te ſoſpirem, ac ſalvum Romam perveniſſe gratulor; atque, ut ſpero, te nunc ſaris belle agere. Holſtenius enim noſter, neſcio quid de imbecillitate valetudinis tuae, ob deſtillationes, opinor, ab his aſſiduis pluviis contractas, nuper mihi ſignifieaverat. Cura igitur, ut omni quidem tempore, ſed nunc potiſſimum, quum, ὀπωρινὸς Διὸς ὄμβρος ὑπὲρ χθονὸς εὐρυπέδοιο tam frequenter decidit, tuumque corpuſculum φλεγματώδεσι καταῤῥόοις obruere poteſt, ur valetudini conſulas, eaque cuſtodias, quae M. Tullius dilectiſſimo ſuo Tironi praecipiebat πέψιν ἀκοπίαν, περίπατον σύμμετρον, τέρψιν, εὐλουσίαν κόλιας. Nam ſi (qood Deua avertat) in καχεξίαν aliquam incideris, aut ſaltem in crebriuſculas ἀῤῥωστίας, omni pene vitae fructu, ac ſtudiorum in primis carebis. Cogita etiam, te adhuc iuvenem eſſe, multumque tibi otii ae temporis ſuperfururum ad egregios ingenii tui foetus expromendos: etiam ſilentius, ideoque turius deſtinata perficias. De Holſtenii noſtri decubitu, ob crus male affectum, nihil audiveram. Gaudeo itaque ſimul me, & aegretudinis illius, & receptae ſanitatis certiorem eſſe factum. Bibliothecas tibi per eum parere non minor. Novi enim, quam humanus ſit; tuique inprimis ſtudioſus. Allatius etiam ſatis officioſus eſt erga literaros, atque exteros: quamvis alioqui minime, φιλοκέλτης, aut φιλοβέλγας. De publicis rebus omnia adhuc, ut audio, in ſuſpenſo ſunt, atque utinam aliquando bona fide res ad otium ſpectent; & ſi nihil aliud, Turcicus ignis quotidie magis proſerpens, ſolliciriores nos reddat. Inſcriptionum mearum editionem, quod urges, grarum eſt. Sed Amanuenſis meus nondum Latinas literas ſaris percepit; aut Calligraphia imbutus eſt, ut deſcribendae meae συναγωγῇ ſufficere poſſit; interea, oe penitus otioſus eſſem βιόχρηστα quaedam opuſcula iam modo obſolvi: tres ſcilicet Tractatus ad rem roſticam pertinentes; quos placituros ſpero ob nova quaedam, ac magni uſus, ni fallor, futura. Lemmata ſi quaeris, haec ſunt: I. *Nova ſerendarum fragum methodus*. II. *Nova conſerendarum viacearum methodus*. III. *De cultura per ignem*. Eorum editionem iam nunc cogiio, nec aliud quidquam fere iam ſupereſt, quam pauci aliquot Iconiſmi, in aeras, vel ligneas laminas, incidendi. Ericii Puteani obitus perquam mihi moleſtus fuit, & literariae Reip. luctuoſus; quae nimium frequenter magnis eiuſmodi viris orbatur, ut iam pauci ſint ſuperſtires, magnaque barbaries, ut tu quoque praeſagis, ioſtare videatur. Tanto igitur magis boona noſtra noverimus: & te, paucoſque tui ſimiles, qui iacturam hanc ſupplere poſſunt, cariores habeamus. Cura igitur maxime ut valeas: atque id Deus optimus Maximus ratum firmumque faxit, hoc novi anoi exordio, quem proſperum, laetumque tibi, ac tuis ex animo voveo. Vale Nonis Ianuariis An. MDCXLVI.

CXIII.

IO. BAPTISTAE DONIO VIRO PRAECLARO NICOLAVS HEINSIVS S. P. D.

CLariſſime Virorum. Quanto gaudio humaniſſimae tuae me perfuderint, vix eſt, ut teſtari oratione, quantumvis pro-

prolixa poſſim. Tanti ſane te feci, ex qno in notitiam tui primum admiſſus ſum, nt pluris facere vix potuerim. Mirabar acre illud iudicinm: mirabar politiſſimam eruditionem; animnm mirabar candidum, & ad comitatem factum; multa deoique, quae recenſere nunc in proclivi eſſet, niſi apud te recenſenda forent, cuius inter plurimas virtutes modeſtia imprimis elucet. Hoc interim affirmare poſſum, aut in nullo adhuc alio, aut certe pauciſſimis, tam multa mihi placuiſſe. Nec vero metuendum, ne auribus tuis haec dediſſe videar, quum certum ſim, apud invitum, meritis, quamquam longe tuis inferiora, me profiteri. Mirum igitur non eſt, ſi ſummam ſenſi laetitiam, poſt comprobatum mihi ſnaviſſimis tuis affectum illum, quem in praeſentem nuper cumolatim conferebas. Quas ad Parentem meum dediſti, hodie curavi. Scribit ad me Senex optimus, idque tribus verbis, poſt unicam clariſſimamque ſororem fato functam, in morbum ſe incidiſſe: ut per longum tempus, aut lecto, aut foco affixus haeſerit; qui quidem nuncius mirum in modum conſternavit animum meum, iam ob funeris domeſtici calamitatem ante deiectum. Expecto, aut ſpero, ſaltem laetiora per Tabellarium proximum; interim incredibili metu percellor. Valetudo mea ſatis bene nunc procedit: niſi quod ſub adventum in hanc urbem defluxione, eaque ſatis, per dies aliquot laboravi. Medico hacteous mihi opus non eſt; quo ſi indigerem, mnltum ſpei in Cl. Servio foret. Eius enim conſuetudine ac amicitia hîc fruor. Eſt autem ea comitate, eoque erga me aoimo, ut nullum officii genus intermittat, quo me devincire ſibi arctius poſſit. Heri nobis de te multus ſermo fuit, petiitque, ut perquamofficioſe ſuo te nomine ſalotarem. Neſcio, an alius in hac urbe ſit tibi addictior, ſi Holſtenius noſter excipiatur; cni ego omnia fere hîc debeo. Poſtremnm illius erga me meritum eſt, quod Illuſtriſſimo Viro Caſſiano a Puteo me inſinuavit; ut nihil felicitati meae deſit, niſi quod in Gallia nunc exulat Sapientiſſimos Barberinus. Ovidianos quoque pauciores oſtendi Codices, quam pntaram. In Vaticana plurimi ſervantur; ſed exceptis paucis, non ſatis antiqui. Aliorum quorumdam ſpem fecit Cl. Holſtenius. Interim, dum animus ex iactnra tam propinqui capitis etiamnum moeſtus, & ob morbum paternum ſupra quam dici poteſt anxius, ſtudia ac lectionem non admittit, in numis veteribos, iiſque argenteis comparandis me aliquandiu occupavi. Nam libri bonae ootae adeo hîc nulli venales ſnnt, ut ſummopere doleam, Florentiae oon plures ad me emptos. Memini, me aliquoties ex te intellexiſſe, in Barberina Bibliotheca Codicem Epigrammatum Latinoruw n anu exarat·m ſervari; qui liber nulla adhuc ratione inde a me extricari potuit. Negat eu.. unquam ſibi viſum Cl. Holſtenius; negat Carolus Moronus, qui curam Bibliothecae habet. Quum ceteri interim Libri, Eminentiſſimi Cardinalis iuſſu, ſtudiis meis abund· inſerviant. A Gronovio literas noper habui, etiam a iuniore Voſſio. Vterque plurimum ſalvere te iubet. Gronovius io ſecunda Livii editione procuranda nunc ſe exercet. Vellet optimum illud primae Decadis exemplar Mediceum, aliquot in locis a me conſuli: ſed tempeſtivius monuiſſe me debuerat; iam enim ſerum eſt. Libros de Re Rnſtica tuos videre ſummopere deſidero, tum & coltiſſimos illos de veterom Muſica Dialogos, quos iam abſolutos eſſe non dubito. Si quid praeterea praelo paras, & typographi deſunt, cum noſtratibus, ut agatur, operam dabo, quos promptos tibi, ac paratos addico. Aſinia meus ad me ſcribit, ſe Maio proximo Amſtelodamum, Leida migraturum, ut iuſſu Ordinum Senatui Maritimo interſit. Aget ille cum typographis eius nrbis libentiſſime. Vtinam operam meam probare hîc tibi poſſem! Vale, magnum Italiae tnae, ac literati orbis decus, & bene velle mihi perge. Romae die XXV. Ianuarii An. MDCXLVI. Rogo, ut, per otium, certi aliquid de veteri illo Epigrammatum Codice monere me ne graveris. Iterum vale.

CXIV.

MOLTO ILLVSTRE SIGNORE
MIO PADRONE OSSERVANDISSIMO

Godo infinitamente di conoſcere dall' amorevoliſſima di VS. la ſua buona ſalute, inſieme con la continuazione dei ſuoi ſtudi & erudite fatiche; come anco la conſervazione del ſuo affetto verſo di me, la quale io ſtimo al pari, anzi preferiſco a qualſivoglia altra amicizia, ch' io tenghi, per cauſa della ſchiettezza, e ſincerità dell' animo ſuo; e lei ſi può aſſicurare, che io ſia per corriſpondere ſempre al ſuo affetto; e che l' oſſervanza ch' io li devo, e profeſſo, non ſarà mai ſcancellata dal mio petto, benchè l' occorrenze, e congiunture preſenti mi rendano alquanto ritenuto nello ſcrivere; eſſendomi più facile di aſtenermi affatto, che di moderarmi in modo che la penna non traſcorra. Ora vedemo dove l' immoderate paſſioni han condotto le coſe private, e pubbliche, & in che pericolo ſi mette tutta l' Italia. λύγρη γὰρ συνοπαδὸς ἔρις βλάπτουσα λέληθε σύμφυτος. *Noi quì aſpettiamo quello che abbia da eſsere, e fin ora godemo la ſtanza della Cancelleria, dove io attendo alli miei ſtudi, che ora la maggior parte conſiſtono nel diſegnare carte marinareſche; e ſpero che fra poco produrrò alla luce finito quel* Codex regularum, *che tengo già condotto a buon termine, e già ſarebbe fuora, ſe con la provviſione del Signor Cardinale non mi foſſe mancato, o debilitato il polſo, in modo che poco m' avanza per ſcapricciarmi dei libri, e delle ſtampe: oltra che ho fatto venir fuora un altro mio nipote, che tengo a ſtudio in Leida, e ſpero che riuſcirà; eſſendo già molto avanzato nelle Lettere Greche e travagliando ſopra diverſi Autori antichi. Sul fine di queſto Autunno ſarà in Parigi, dove attenderà alle Leggi, per farlo poi venire in queſte parti. Fra tanto godo di vedere VS. nel riposo della vita civile, e nella perſona ſua mi rappreſento uno di quelli Romani antichi, li quali paſſavano la vita con li ſtudi della Filoſofia, e con l' eſercizio dell' Agricoltura; come per appunto fanno fede il Calendario ruſtico, o più toſto la Synopſi* ἔργων ϗ ἡμέρων, *& il Trattato della Muſica antica, ch' io deſidero con qualche paſſione per diverſe ragioni.*

Con l' occaſione che il Signor Cardinale è ſtato in Parigi, s' è ſtabilito col Cramoiſy l' edizione di diverſi Autori antichi, principalmente d' Hiſtorici del cadente Impero Greco, come ſono, Syncello, Theoſane, Curopalata, Anna Comnena, Ioanne Synuamo, Giorgio Logotheta, & altri. VS. mi continui il ſuo affetto, e mi ſcuſi, che io per adeſſo non la poſſa ſervire dell' Inſcrizioni; perchè, oltre che tutti quelli quinterni furono legati in alcuni Libri, le coſe della Libreria ſono così confuſe, & il Palazzo è ſopra così imbarazzato, che m' è impoſſibile di ritrovare coſa alcuna che ſia. S' io ritornaſſi un altra volta a Firenze, o a Siena, che facilmente potrà eſſer l' anno che viene, vedrò in ogni modo di portarle meco, acciocchè lei reſti ſervita. Con l' occaſione della Vigna, che fabbrica il Card. Nipote, ſi fa un gran cavare da per tutto per cercare ſtatue & altre anticaglie: però quanto alle Inſcrizioni fin ora non s' è trovato gran coſa. E per fine ricordandoli la mia divozione & oſservanza, reſto per ſempre. Roma li VII. di Luglio MDCXLVI.

Di VS. Molto Illuſtre

Vmiliſſ. e Divotiſſ. Servitore
Luca Holſtenio.

CXV.

MOLTO ILLVSTRE SIGNORE
E PADRONE OSSERVANDISSIMO

Spero, che VS. già abbia ricevuto un altra mia, ch' io ſcriſſi otto dì ſono con occaſione d' un amico. Ora mi ſi rappreſenta queſta di riverirla di nuova per il Signor Niccolò Overberg, Gentiluomo Daneſe, che viaggiando per il Mondo, cerca di vedere, e conoſcere quello, che il Mondo ha più di prezioſo, cioè uomini illuſtri di virtù, e dottrina. E benchè egli ſenza queſta, ſarà ben veduto da VS. amico de' foreſtieri e virtuoſi, per la raccomandazione del Signor Gaſpare Scioppio; però per farlo godere davvantaggio l' autorevole gentilezza ſua, l' ho volſuto accompagnare con queſta, & il Signore Overberg all' incontro teſtificherà a VS.

VS. l' oſſervanza ch' io conſervo alli ſuoi meriti, e per fine con vivo affetto la riveriſco. Roma XIV. Luglio MDCXLVI.
Di VS. Molto Illuſtre

Divotiſſimo Servitore
Luca Holſtenio.

CXVI.

Molto Illustre Signore mio Padrone Osservandissimo

IL Signor Leone Allazio mi diede avviſo la ſettimana paſſata, che il Signor Niccolò Heinſio era giunto a Firenze, e che vi era per trattenerſi nella Libreria di S. Lorenzo tutta queſta eſtate. Ora il medeſimo mi viene confermato dalla gratiſſima di VS. però con una faſtidioſa giunta della poca ſanità, con che ſi trova, che a me ha intorbidato quel guſto, che mi diede la nuova del ſuo arrivo. Ora ſapendo VS. quanto io mi profeſſi obbligato a quel grand' uomo ſuo Padre, per l' infinite grazie, e corteſie da lui ricevute nello ſpazio di ſei anni, ch' io viſſi in Leida, prego VS. di riverire queſto Signore a nome mio, e d' offerirli tutto quello che io poſſo e valgo; aſſicurandolo che quando arriverà a Roma, troverà perſona, che lo ſervirà con ogni affetto, e con tutto il cuore; e li offeriſco le mie ſtanze, la mia tavola, e la mia Libreria, e tutto quello che poſſo. Quanto per la Libreria Vaticana, mi rincreſce bene, che non ſia per trovare un Cardinale Barberino, che li arebbe fatto tutta quella comodità, che lui arebbe ſaputo deſiderare. Di quella di S. Eminenza egli ſerà padrone; così ci foſſe qualche coſa di ſuo guſto! Fra tanto non tralaſci d' eſortarlo, che ſi abbia cura, e che non travagli in queſti caldi. Io ho ſcritto anco al Signor Franceſco Rondinelli, ſe li occorreſſe qualche coſa da Palazzo, o dalla Spezieria di S. Altezza Sereniſſima, ſpero che il Sereniſſimo Principe Leopoldo, oltra l' innata generoſità, anco a riſpetto delle mie inſtanze, li farebbe godere quello che li ricercherebbe il biſogno ſuo, e VS. mi farà favore di raccomandarlo anco per parte mia al Sig. Dott. Naldi, che come perſona dotta, e ſtudioſa può ſaper meglio quello che ſerve per il buon governo della ſanità ſua.

Delle coſe dei noſtri Padroni l' opinione pubblica pare, che ci dia qualche ſperanza d' accomodamento; però perſone ſenſate, e pratiche dell' amor di Palazzo, o nulla, o poco credono. Io però tengo, che la Corona di Francia ſia per adoperarſi, che non ſi venga a quelle eſtremità già minacciate: fra tanto il tempo ſuggerirà più opportuno rimedio, dal che il tutto dipende. E per fine riveriſco VS. pregandola di nuovo di ſalutare a nome mio il Signore Heinſio, e ſignificarli il deſiderio, ch' io ho di rivederlo a Roma. Roma li XI. d' Agoſto MDCXLVI.
Di VS. Molto Illuſtre

Affezionatiſſ. Serv. vero
Luca Holſtenio.

CXVII.

Molto Illustre Signore e Padrone Osservandissimo

REſto doppiamente favorito da VS. trovandomi con la gratiſſima ſua, accompagnata da quella del Sig. Heinſio. Oltra l' obbligo grande, ch' io li profeſſo per cauſa del Signor Daniele ſuo Padre, egli s' era compiaciuto di prevenirmi con tanta gentilezza e corteſia, alla quale io non ſo come abbia da corriſpondere. Io l' aſſicuro bene quando giungerà a Roma, che troverà un ſervitore, che con ogni vero affetto gli preſterà tutti li oſſequj poſſibili. Solamente mi diſpiace, ch' io vedo, che mette in dubbio la ſua venuta a Roma; e credo che ſia per apprenſione dei ſuoi parenti, che gl' anno limitato, e riſtretto il ſuo viaggio in queſta maniera, come mi avviſano li Signori Puteani. Io prego VS. di diſingannarlo, e d' aſſicurarlo della libertà, con che ſi vive, e ſi bazzica a Roma; e che ſarà qui ben viſto & accarezzato da tutti, e principalmente dai Virtuoſi, e Letterati. La proibizione di alcuni Libri di ſuo Padre, come l' Ariſtarco Sacro, & il Comento ſopra il Nuovo Teſtamento, fu fatta contra la volontà del Cardinal Barberino, ad inſtanza, e ſopra la relazione del Signor Paganino Gaudenzio, che ſeppe trovare il pelo nell' ovo. E che faſtidio s' è dato al Gronovio, al Voſſio & ad altri, che anno viſſuto, e godato le Librerie di Roma, come anno

volſato. Mi rincreſcerebbe, che queſto Signore reſtaſſe defraudato del ſuo intento per queſta vana appreaſione. Però ſpero, che più toſto il mio timore ſia vano, e prego VS. di non parlarli di queſta materia, ſe non vede qualche indizio di detta appreuſione. Mando quì aggiunta una nota d' alcuni luoghi della prima Decade di Livio, che il Signor Gronovio mio paeſano vorrebbe che ſi confrontaſſero con un eſemplare antichiſſimo della detta Decade della Libreria di S. Lorenzo. Io ſperai d' aver occaſione queſta eſtate di poterlo ſervire in perſona; però non eſſendomi riuſcita la ſperanza, biſogna ch' io chieda queſto favore da VS. tutto pronto di favorire li ſuoi amici, e ſervidori. Io non mi ſon riſicato di pregare il Signore Heinſio, per non divertirlo, o ſturbarlo nelli ſuoi propri ſtudi. Credo però, che non negherebbe alcune ore ad un amico ſuo, le cui fatiche ſopra il detto Livio, egli ſtima, e loda in eſtremo. Del quinterno delle Iuſcrizioni rimaſte nella Libreria del Signor Cardinale mio Signore, prego VS. di darmi qualche contraſſegno evidente, e notabile; così vedrò di procurarli la deſiderata ſodisfazione. L' Inſcrizioni, che giornalmente ſi trovano vanno alla Vigna del Signor Cardinal Panfilio. & io n' ho procurato d' averne copia. Però poche di conſiderazione ſi ſcoprono, e le migliori ſin ora ſono alcuni pezzi de' Faſti trionfali, che il Signor Cardinal Barberino ha avuto. Io ho fatto gran fatica per ridurre in buona forma il Frontino de Aquaeductibus, *ed ho alcune Iuſcrizioni belliſſime, circa queſta materia. Ora ſono ſopra il Libro* De Coloniis *del medeſimo Autore, che manderò fuora inſieme. Se VS. mi vol favorire delle Iuſcrizioni concernenti l' una, e l' altra opera, non ſolo lo riconoſcerò per favore ſingolare; ma prometto di ricompenſarla, e contraccambiarla con altre belle, e di conſiderazione. Vede VS. quanto mi ſvia il mio affetto. La prego di ſalutare cordialmente a mio nome il Signore Heinſio, e conſegnarli l' aggiunta Lettera. E per fine reſto. Roma li XIII, di Ottobre MDCXLVI.*

Di VS

Affezionatiſs. e Divot. Serv.
Luca Holſtenio.

CXVII.

CLARISSIMO VIRORUM
IOANNI BAPTISTAE DONIO
NICOLAUS HEINSIUS S. P.

EGo quidem ſalvus, ac ſoſpes ante dies aliquot Romam adveni. Tuum nunc eſt cogitare, ſi quid ab opera mea polliceri tibi velis; quo ſane gratius nihil contingere mihi poſſit. Quum enim tot mihi tua obverſentur beneficia, atque eorum etiamnum recens memoria ſit, fieri non poteſt, quin incredibili quodam tenear deſiderio bene vieiſſim de te merendi. Holſtenius noſter, qui aliquamdiu ob crus male affectum decubuit, melius nunc habet. Abſque eo profecto, eſſet, vix ad Bibliothecas ullas admitterer, quarum uſum mihi liberum addixit Barbarinae praeſertim. Nullas tamen hactenus perluſtravi, praeter Vaticanam; quò externo me mane deduxit Allatius. Summopere tamen metuo, ne aditus ad illam interdicatur, ſi Batavum me eſſe deprahenderint; adeo nuper omnia hic mutata ſunt. De editione Inſcriptionum veterum, utinam cogitare pergas! Si hîc eſſes, dubium non eſt, quin luculenta acceſſione opus illud augere poſſes, quum ſaxa quotidie ferme eruantur. Audio in Bibliotheca Barberina volumen ſatis magnum hiſce monumentis refertum ſervari. Novi hic nihil eſt. Noſtrates Venloam & Ruremundam, primarias in Geldrica Provincia Civitates, expugnaſſe dicuntur. Erycius Puteanus ante menſem alterumque calculi dolore oppreſſus, quo tamen nunquam ante laborare ſe ſenſerat, extinctus eſt. Ita ex filio ſe audiſſe teſtatus mihi eſt Holſtenius noſter. Ego viri ſane praeſtantiſſimi mortem impatienter fero. Erat enim moribus, ſi quis alius, ſuaviſſimis; & ad candorem, quod inter eruditos rarum, plane factus. Magna benevolentia, magnis beneficiis me affecerat, cum ante biennium Lovanii eſſem. Patri quoque meo, quamvis in adverſis partibus, adeo amicus erat, ut vix inter noſtros quiſquam amicior. Grotium ſuperior annus tulit, hic Puteanum, at quanta ſaeculi lumina! Nos vero

ro

ro ad barbariem non imus, ſed properamus. Vale, Vir ſumme, & me affectu tuo porro dignare. Romae die XV. menſis Novembris MDCXLVI. Si quid ad me voles, mitte ad Giſbertum Vande-Poll mercatorem in hac urbe Flandrum.

CXVIX.

Molto Illustre Signore e Padrone Osservandissimo

Ebbi li giorni paſſati con la venuta del Signore Heinſio la gratiſsima di VS. la quale ha rallegrato me, e tutti li ſuoi amici, con l' aſsicurarci della ſua ſalute, e proſperità; poichè qui ſi era ſparſo un falſo rumore, che alcuni giorni ci fece ſtare molto ſolleciti e perpleſsi. Ora lodato ſia Iddio, ch' il noſtro timore ſia ſtato vano; e piaccia alla Maeſtà Divina di conſervarla per lungo ſpazio d' anni. Io ho differito ſin ora la riſpoſta; poichè con diligentiſſima ricerca m' ho voluto aſsicurare di quel quinterno d' Iuſcrizioni, che VS. crede eſſer reſtato alla Libreria del Signor Cardinale noſtro, & ora l' aſsicuro, che non vi ſia tal coſa. Biſogna dunque, che quella buon anima di Monsù Bouchard l' abbia ritenuto appreſſo di ſe, e che ſia in quel faſcio d' Inſcrizioni raccolte da lui, che S. Eminenza non ha mandato mai alla Libreria, tenendolo appreſſo di ſe nel ſuo Gabinetto, come molte altre ſcritture d' importanza. Ci vorrà dunque pazienza, che Dio riconduca S. Eminenza a Roma, che la Corte, e tutta la Città crede, che poſsi eſſer preſto, e prima di quello ſi penſa. Allora farò tutta la diligenza, acciocchè ritorni nelle mani di VS. il ſuddetto quinterno; e biſognando lo copierò col mio pugno. Ringrazio fra tanto VS. di quella Inſcrizione della Colonia Puteolana, benchè già l' abbia cavata dal Capaccio; la ſupplico bene di favorirmi delle notizie, e memorie, che ha non ſolo delle Colonie, ma anco di tutte l' altre Città delle Provincie ſuburbicarie, cioè della Tuſcia, Umbria, Piceno, Latio, & il reſto del Regno di Napoli, che ſono quelle Provincie, le cui Colonie Municipia, & altre Città ſi raccontano in quel Libro di Frontino, falſamente intitolato De Coloniis. *Io ſpero con un poco d' aiuto di dar la vita a quel Libretto, & illuſtrare molti luoghi d' Italia. Ora la prego ſe aveſſe avuto mai qualche notizia della Città* Capitolum *poſta da Strabone tra Preneſte & Anagnia in Montibus Hernicis, ch' io tengo quaſi per certo, che non poſsa eſſer ſtata altra, che* Piglio. *Come anco del nome antico di Marino ad Montem Albanum, che fu Municipio, come ſi vede dall' Inſcrizione trovata nella Vigna di Monſignor Colonna; ſe quello foſſe per ſorta quel Caereate Morianum, già occupato dalla famiglia di Mario Conſole. Io prometto di rimandare a VS. dell' altre Inſcrizioni; per ricompenſare abbondantemente il beneficio che riceverò. Il Signore Heinſio ſi loda aſsai dei favori fattili da VS. in Firenze. Egli ſta tutto nella correzione di Ovidio, e di altri ſuoi Poeti. Li comunico tutto quello che avemo, & hora confronta il Codice Longobardico dei Faſti, tanto da lui deſiderato. La ſanità non li ſerve troppo per cauſa delle ree fluſsioni, che producono li tempi cattivi, e piovoſi. Se Dio li darà vita, credo che il pubblico li reſterà obbligato per la nobile fatica, che fa intorno quelli ſuoi Autori. Copiai altra volta dalla Libreria di S. Lorenzo, l' undecimo Libro di quella Topographia Criſtiana, che contiene la deſcrizione dell Iſola di Taprobana o Seilan; & ora mettendo in netto la copia del teſto Greco, e della mia verſione, mi accorgo, che vi è un mancamento di alcune parole, e non sò ſe ſia della fretta, o inavvertenza mia, o ſe ſia del Codice. Supplico dunque VS. di confrontar le ſottoſcritte parole coll' originale, che ſaranno nella ſeconda pagina dopo il principio della ſuddetta deſcrizione di Taprobana, e ſono.* Λοιπὸν ἔξω ὡς ἀπὸ πέντε νυχθημέρων τῆς στερεᾶς εἰς τὸν ὠκεανόν ἐστὶν ἡ Σιελεδίβα, τουτέστιν ἡ Ταπροβάνη. Εἶτα λοιπὸν ἐνδοτέρω εἰς τὴν στερεὰν ἐμπόριον ἡ Μαραλλὼ, βάλλουσα κοχλίας, Εἶτα Καβὴρ, βάλλουσα τὸ ἀλαβανδηνόν. Εἶτα ἐφεξῆς λοιπὸν (*qui manca*) τὸ καρυόφυλλον, καὶ τὸ λοιπὸν ἡ Τζινίστα: *qui mancano per il meno due parole, cioè il nome del luogo, e poi* βάλλουσα. *Io ſtarò aſpettando con deſiderio queſto confronto. Qui è comparſo un Gloſſario Latino Barbaro del Voſsio in quarto, Libro*

molto

molto erudito. Le Lettere di S. Ignazio pubblicate dal Voſſio giovane non ſono anco venute a Roma: benchè il Signore Heinſio mi dice d' averle vedute in Firenze. VS. ſcuſi, ch' io l' attedio con tante brighe, e mi continui li ſuoi favori, mentre la riveriſco con ogni affetto. Roma li XXV. Novembre MDCXLVI.

Di VS. Molto Illuſtre

Divotiſſimo Servitore
Luca Holſtenio.

CXX.

IOANNI BAPTISTAE DONIO V. C.
MARINVS MARSENNVS

QVanta me voluptate perfuderint, Vir Clariſſime, literae noviſſimae, vix eſt ut explicare poſſim: quae dubitare nolim, quoties in mentem mihi recurrerint, pro tanti viri de veteri Muſicae benemeriti, vultua, nomen, domus, & opera praeclara, quae quolibet auro libentiſſime redemerim, ſi quando dum vixero, in publicum prodierint. Tandem, ut video, una Florentia, nobis Muſicam veterem reſtituet, ſi Deus viri mihi chariſſimi vitam producet; quem maxime gaudeo, librum ſcripſiſſe, ut ex titulo conſpicio, ut omnes Literati poſt libri lectionem gratiss, ut par fuerit, auctori ſuo referant. Perge, ſumme Vir, in perficiendis Muſarum diligentiſſimis aedibus; dum etiam noſtri laborant, & tuam ſpartam exornant cum in univerſali Hiſtoria, quae IV. Voluminibus Gallice imprimitur, tum in edendis XXIV. Voluminibus omnem veram Philoſophiam & Mathematica .... non literarum humaniorum artificia exhibentur, ubi omnia convenire, quoad fieri poterit, demonſtrabitur.

Porro non ſignificas, an illi tui Dialogi de nova vetere Muſica ſint multum promoti; an vel ſolum a paucis diebus praelum exerceant; quippe quos utinam vel hodie manibus tererem, & contemplarer. Sed vereor, ut totus annus ante perfectam editionem abeat. Nunquid etiam urgebit veſtra dominatio magnom veſtrum Torricellium, ut varia quae mente gerit, & forte ſcripſit, tandem promat? Nobis certe propemodum miraculo eſt ſtupendum illius ingeniom; quem etiam, ſi non ſit importonom, ac difficile, meo nomine plurimum ſalutari velim.

Quod ad varia mundi Syſtemata, in quibus omnium optime habitus nobis videtur, laborat Robſovellus noſter in ſuo, quem dedi veſtrae dominationi Ariſtarcho. Bovilbaldos vero iam totus veſter eſt, quique degit Venetiis apud Oratorem noſtrum Grainononvilleum; ſcribitqoe ſe Conſtantinopolim velle proficiſci, ut Orientales vultus, & gentes videat. Miror quod manu illius librum meum in folio *de Aſtronomia* a duobus annis poſt ſoum Philolaum nondum videritis; & forte pauca, vel nulla poſt iſtud opus poſtulare continget.

Eſt etiam unos Cappuccinus Antonius Reita, qui novum Syſtema edidit Antuerpiae in folio hoc anno; nec forte deerunt alii, qui condant alia, uti facit noſter Gaſſendus de novo Regius Matheſeos in Regali Collegio Profeſſor, qui Syſtemata varia, ut & alii, qui hic Mathematicas docent, explicet. Primum illud folium, quod habet libri veſtri frontiſpicium noſtris curioſis Harmonica diligentibus, ut novaa amoria ſcintillas in iſtiua facultatis auctores concipiant.

Quum vero noverim vos ambo, nempe D. Torricellium, & te, tantos eſſe amicos, ut videamini cor unum, & anima una, vixque poſſit unus ab alio divelli, quae ſequuntur, ſint amabo illius; quandoquidem illum in lectione iuvabis. Perlege igitur, ſi placet epiſtolam in altera ſequenti pagina poſitam D. Torricello, ne forte minus poſſit meum characterem conſulere. Matriti .... an. MDCXLVI.

DA-

(1) Pauciſſima & quidem difficulter eruere potui ex lectione Epiſtolae ad Cl. Torricellium; adeo peſſime ſcribit Cl. Merſennus; quamvis in alia Epiſtola ad Donium ſcripta, dicat: *Spero te facile hac vice meam Epiſtolam lecturum, ob calamum melius ſolito paratum; ſi tamen adhuc in his meis characteribus laboras, ubi monueris, ab alia manu elegantiore tranſcribi curabo. Sed & ſi Dominus Torricellius tua indiges opera ad meam ad eum legendam Epiſtolam, tuam quaeſo opem ei amice commodes.* Fateor, neque me, neque alios amicos, tam recte & accurate alias tres Merſenni Epiſtolas, & illam ad Torricellium ſcriptam cum figuris Geometricis & literis, & numeris exſcribere feliciter potuiſſe, ut ſenſus, & mens eius erueretur.

CXXI.

Io. Baptista Donius S. D. Danieli Heinsio

QVanto ſim gaudio affectus ex adventu in Italiam, atque in hanc urbem eruditiſſimi iuvenis Nicolai filii tui, vix equidem dicere poſſum. Nam praeter proprias, inſitaſque dotes probitatis, atque excellentis doctrinae; quae cordatis hominibus, ac virtutis amantibus mirifice eum conciliant, vivum in eo ſimulacrum clariſſimi genitoris apparet, ut qui te, vel e ſcriptis elegantiſſimis noverunt, atque ideoque & plurimi faciunt & non vulgariter amant (quorum numero me licet aſcribas) non poſſint non ſummam ex eius notitia, atque amicitia percipere voluptatem; & quamdiu quidem Florentiae is manſit, non deſtiti, quacumque in re potui, ſtudioſe eum colere, atque affectari. Nec tamen quidquam praeſtitit, quod aut propenſiſſimae in eum voluntati meae ſatis reſponderet, aut merita illius ullo modo aequarer. Nunc illum Vrbs gentium victrix complexu ſuo fovet, ac detinet, ſingula quaeque monumanta, & Bibliothecas in primis curioſe luſtrantem; quibus ſic afficitur, tantoque ardore, ac perſeverantia dies totos, & magnam in volutandis libris noctium partem impendit, ut niſi eum, Vir Clariſſime, auctoritate tua, quae ſumma eſt, patris videlicet taliſque patris, a tam pertinaci labore deterreas, vehementer metuam, ut eſt corpore infirmo, & gracili, ne citius quam Reip. Literariae expedit deficiat, atque ſuccumbat. De hoc ut te admonerem (quamquam id prius a me factum oportuit) & officii mei ratio; & commune humanitatis ius ſuaſerunt, ſive impulerunt potius. Tu quicquid id eſt in bonam partem accipies, & me inter nominis tui, veſtraeque familiae ſtudioſiſſimos connumerabis. Interea Deum optimum Maximum precor, ut & ineuntem annum, ac deinceps alios plures tibi quam laetiſſimos ac feliciſſimos fluere velit. Florentiae III. Nonas Ianuarias MDCXLVII. (1)

CXXII.

Danieli Heinsio Ornatissimo et Clarissimo Viro Io. Baptista Donius

QVum optimus atque eruditiſſimus iuvenis Iſaacus filius tuus, in patriam hinc reditum adornaret, tam bellam occaſionem, ſtudium, ac benevolentiam meam offerendi tibi, quem ex egregiis operibus cognitum plurimi antea feceram, ac dilexeram, non deferendam putavi: ut una opera pariter tibi gratularer, quod talem filium, Dei Opt. Max. ope ac beneficio, obtinueris, quo nec meliorem, nec bonarum literarum cupidiorem, nec demum, ſi divinandum mihi eſt, optabiliorem ſortiri potuiſti; eruditione vero tali, atque humanitate, ut admirationem ſimul politiorum Italiae noſtrae hominum, & quorum eſt conſuetudine uſus, certiſſimam benevolentiam promeruerit. Quum vero poſt eius diſceſſum primo quidem nimium procraſtinando, poſtea vero deſtitutus opportunitate alicuius iſtac proficiſcentis, non ultra votum promovere tam iuſtum potuerit meum deſiderium, tanto nunc libentius oblatam peropportunam occaſionem arripui, tranſmittendi has literas, ut quibus ad priorem illam gratulationem recolendam aliam adiicerem, ob eiuſdem filii tuum in illum, &, ut auguror, in patriam reditum, mutuoſque amplexus feliciter acceptos ac redditos. Faxit Deus Immortalis, ut haec tua laetitia propria ac diuturna ſit, teque ſinat Pylium illum ſenem, quem ſapientia aemularis, longiſſimo vitae curſu adaequare. Vale meque poſthac in tuis numera, &, ut facis, rem literarlam ſtrenue adiuvare perge. Florentiae . . . .

Ioan-

(1) Edita haec eſt in Sylloge Burmanniana Tom. II. pag 470. num. CCXLVII. in qua frequenter Donius noſter laudatur, ut colligere eſt ex Indice II. *Donius*, quibus & adde & pag. 576. Tom. V.

CXXIII.

IOANNI BAPTISTAE DONIO
VIRO EXIMIO
NICOLAVS HEINSIVS S. P.

NEſcio ſane, an recte curatae ſunt, quas ex hac urbe non ita nuper ad te dedi. Interpellat interim me beneficiorum tuorum conſcientia, & ad ſcribendi officium denuo invitat. Quoties enim cogito prolixam illam comitatem tuam, & luculentum bene de me merendi ſtudium, non poſſum non rubore tacito ſuffundi, quod hactenus omnis interclusa mihi fuerit occaſio aliqua ſaltem ex parte teſtandi, quantum debere me tibi profitear. Si ergo velis cumulum, eumque magnum, tot tuis anteactis meritis accedere; aut hîc aut alibi, opera mea confidenter uteris. Quae quidem res quantum utilitatis allatura tibi ſit, non ſcio; mihi certe voluptatis plurimum allatura eſt. Decreveram in tuae ſpem gratiae Inſcriptiones aliquot non editas deſcribere, quae in Hortis Pamphilianis aſſervantur; ſed intelligo vetuiſſe dominum ne deſcribantur. Quod mirandum mihi magnopere videtur, quum cauſam eius rei comminiſci nullam poſſim. Vtinam volumen Inſcriptionum tuarum aliquando prodeat! Typographum apud nos inveniri poſſe, qui editionem ſuſcipiat, nullus dubito: praeſertim ſi literis minuſculis, ut edantur, concedas. Inſtrumenta quoque illa antiqua, quae penes te latent, edi unice velim. Poterit cum Typographis non tantum Leidenſibus, ſed Amſtelodamenſibus quoque a me agi. Maio enim proximo Amſtelodamum cum marito ſuo ſoror mea habitatum concedit; qui in Senatum rerum maritimarum allectus eſt. Ab Iſaaco noſtro Voſſio literas nuper accepi, in quibus multa, honorificaque tui mentio. Obtinuit Hiſtoriographi munus ab Ordinibus fratris ſui ſucceſſor; ut in eo iam videatur totus eſſe, ut Antiquitates patriae noſtrae illuſtret. De pace inter Hiſpanos & noſtros mira ac diverſa ſunt iudicia; quidam enim iam confectam, an prorſus conclamatam putant. Ego poſteriori ſententiae accedo. Salmaſius Diſſertationem de Cruce apud nos edit. Scribit ſe aliquandiu ex morbo decubuiſſe pater meus. Scribit & ſororem ſuam optimam ſane matronam, quae curam familiae noſtrae, poſt matris meae mortem aliquot annis egit, e vivis diſceſſiſſe. Qui ſane caſus mirum in modum conſternavit, ac deiecit omnes mihi de rebus ſeriis cogitationes. Doleo enim non tam meam iacturam, & ſi alteram amiſiſſe matrem videri poſſem, quam paternam; qui aegre aliam inveniet, pari fide, parique cura domeſtica negotia tractantem. Haec adeo nunc cauſa eſt, cur breviter officio meo apud te defungar. Quandiu adhuc in hac urbe moraturus, quoque poſtmodum me converſurus ſim, plane ignoro. Neapolim poſt menſes duos excurrere omnino vellem, ſi per Hiſpanos liceret. Vale, Vir doctorum humaniſſime, & me affectu tuo complecti porro perge. Romae An. MDCXLVII. die XIII. Ianuar.

CXXIV.

IOANNI BAPTISTAE DONIO V. C.
NICOLAVS HEINSIVS S.

CVm poſt dies quatuordecim Neapolim me converſurus ſim, nec pro tuis in me beneficiis, nec pro meo in te cultu ſacturus videbar, niſi ante diſceſſum ex hac urbe, literis te meis convenirem. Si quid aut illic, aut alibi ab opera mea promittendum tibi exiſtimas, impera confidenter, ac iube: multum profecto mandatis tuis me beaveris. Doleo enim vehementer, prolixiſſima bene de te merendi voluntati ſolum, ac deſiderio hactenus deberi, ne omnino ingratus haberi poſſim. Tuas ad parentem meum in Bataviam iam perlatas non dubito; reſponſum tamen, nec dum accepi. Pacis apud nos negotia Galli penitus turbaſſe dicuntur: qui intereſſe ſua exiſtimant, ut Flandria tota potiantur. Siniſtra interim fortuna, ac calamitas, cum qua nunc conflictantur Hiſpani, ipſis infenſiſſimis eorum hoſtibus, ipſis, inquam, Batavis quod futurum nunquam crediḋiſſem, miſerationem tandem expreſſit. Pacem

omnes

omnes volunt, flagitant. Si Galli ludere nos pergent, & ulterius inſtare Belgio, metuo ne ex amicis hoſtes brevi ſiamus, ac bellum atrociſſimum illis indicturi ſimus. Pacem ſi nunc contemnimus, quis finis bellorum futurus ſit non video. Hoſtem ſuperbiſſimum quondam ac crudeliſſimum, fractum ſupplicemque manus tendere, ac pacem tantum non orare vidit Europa. Quid ſupereſt, quod ſperare poſſimus? Iugum feliciter excuſſimus, liberi ſumus, tales agnoſcit, qui ſe dominum quondam noſtrum appellabat. Nec hoc tantum, ſed ſocios, ſed amicos, ſed foederatos, ut poſthac habeat, nihil non agit. Denique pacis quaſcumque conditiones accipit, non praeſcribit. Vindicati abunde ſunt maiorum noſtrorum manes, quos carnifici magnam partem necandos tradidit infandus hoſtis: de libertate nobis certamen eſt, non de ambitione. Si parricidarum noſtrorum miſereri nos poteſt, quid Galli debent, qui non aliam pugnandi cauſam praeſeferunt, quam imperandi libidinem. Si ſpes tam indomitas alunt, an nobis libertatem noſtram relicturi ſunt, ubi vicinos noſtros ſubegerint? Fruſtra tanto ſanguine bellum geſſimus, fruſtra hoſtem potentiſſimum fregimus, vicimuſque, ſi alter, eo excuſſo, cervicibus noſtris incubiturus ſit. Longius quam oporrebat, Vir Clariſſime, me provexit libertatis ſtudium: quae cum tantis opibus, tot tantiſque vulneribus empta ſit ac parta, ſordere nobis nec debet, nec poteſt. Nunc, ut, publicis rebus valere iuſſis, ad me veniam: dum in hac urbe ſum, nummis antiquis comparandis operam nonnihil dedi. Collegi argenteos ſexcentos circiter; plures collecturus, ſi occaſio ſic ferat. Ex amicorum nonnemine intellexi integra ſubinde, ut vocant nunc Itali, Studia in urbe veſtra pretio commodiſſimo venalia exponi. Tamen ubi noveris occaſionem praeſto fore, plurimum me beaveris, ſi eius admonere me non graveris. Tum & numerum nummorum, & pretium quo comparari poſſint, ſcire pervelim. Literas tuas poſt diſceſſum ex hac urbe meum, ad Holſtenium noſtrum curare potes. Habes hic Elegiam, quam nuper ſcripſi: enim ubi legeris, ut cum doctiſſimo Gaddio communices, rogo: cui me unice commendo, quod & in iis feci, quas ad illum exaravi proxime; niſi in via perditae ſunt. Romae. MDCXLVII. die XXIII. Martii. Vale, magnum Italiae tuae decus.

CXXV.

IOANNES BAPTISTA DONIVS
NICOLAO HEINSIO
S. P. D.

TRinis abs te humaniſſime provocatus, optime & amiciſſime Heinſi, quod ad hunc uſque diem reſponſionem diſtulerim, non ſocordia aliqua mea factum eſt: negligentiam enim ac pigritiam, ſi qua in me eſt, vincit tamen officii ratio, & quantum eximiae tuae humanitati debeam, aſſidua recordatio, rerum variae, multipliceſque occupationes, ac praeſertim intermiſſa crebraque ruſticatio, quae cum minutis ac frequentibus curis cogitationem meam, memoriamque deleſſet, plerumque mihi tempus praeripit ac mirum in modum ad ſcribendum inertem reddit. Te igitur enixe oro, ut habeas me excuſatum, ac ne minimum quidem ob hanc meam procraſtinationem de eximio illo erga te amore atque affectu detractum putes. Quod ſpectat autem literas tuas; omnes illae quidem, utpote eleganter, ac peramanter ſcriptae, longe mihi gratiſſimae fuerunt; verum duo priores non perinde iucundae, immo potius permoleſtae, ac peracerbae, propter duplicem clariſſimi genitoris caſum, quem ſimul nuntiabant, obitum ſcilicet amitae tuae; atque illius decubitum: propter quem, & vicem illius, & tuam etiam dolebam, quod ea moerore paterno proprium quoque, ut par erat, geminari ſentiebam. Poſtremis igitur non mediocriter ſuum recreatus: quod convaluiſſe ſenem optimum tacite indicabant. Profectionem tuam Neapolitanam valde probo, ac laudo; vide modo, ut cogites quo pergas, & quae inſtent difficultates; adeout, cavendum ſibi praecipue ſit, & ut memineris ante aeſtivos calores, non modo & Cam-

pania, ſed e Latio quoque tibi eſſe remigrandum, ſi valetudinis rationem habere voles: noſti enim malignitatem illius caeli, & circumiectae regionis inſalubritatem; ideoque non minus eo tempore periculoſos eſſe ab Vrbe receſſus, quam acceſſus. Etſi porro nihil ſcribis, an in reditu hinc tranſiturus; confido tamen id te facturum certe: ſummopere cupio, atque ea de re brevior haec erit Epiſtola, praeſertim quum multa mihi inſtent agenda. Elegiam tuam ſumma cum voluptate perlegi, eamque & Gaddio noſtro, aliiſque doctioribus libentiſſime oſtendam. Macte poëtica iſta virtute, mi Heinſi. Adeo ne Tibullianam dulcedinem cum Propertianis leporibus miſcueris? quod neſcio, an inter recentiores alteri contigerit. Perge qua, conſecuti doctiſſime iuvenis, nec dubita, quin vetuſtos illos ac praeſtantiſſimos poëtas aliquando ſis aequaturus. De nummis priſcis, ſi qui erunt hic venales, percontari non deſinam. De Inſcriptionibus Pamphilianis ſollicitus ne eſto, non deerit mihi alia fortunae occaſio, unde eas nanciſci queam, praeſertim quum de mearum editione cogitare nondum poſſim. Amanuenſem enim meum nuper dimiſi, ingenio quidem praellantem, ſed parum veridicium, ac docilem, & nimis ſciolum, & glorioſiolum. Improvidi igitur fuiſſet ampliores ſumptus in eo facere: oleum enim & operam perdidiſſem. Vtinam mihi aliquis Belga ad manum eſſet. E noſtratibus enim vix mihi mehercule ſatis ad haec reperitur idoneus. De parata mihi apud cognatum tuum opera in edendis opuſculis meis, maximas ago gratias, & quum uſus veniet, occaſionem libentiſſime amplectar. Delatum fuiſſe Hiſtoriographi munus Iſaaco Voſſio, doctiſſimo ſummopere gaudeo: caeterum, quod in fratris locum ſcribis, neſcio an patris potius dicere volueris: ſed obiit ne optimus ille ac doctiſſimus ſenex? Nollem factum, neque id Deus ſinat. De publicis rebus, quoniam adhuc omnia in incerto ſunt, nec in tanta rerum caligine quidquam diſpiciunt oculi mei; quoniam haec parum ad eos pertinent. Quod vero laudes in me immerentem congeris, nullatenus ignoſco; ita facile patior te in eo nimia quadam benevolentis decipi: niſi enim me talem exiſtimares, qualem me nimis amanter praedicas, minus abs te fortaſſe diligerer. Vale igitur, ac me amare perge. Deus tibi proſperum ac felix iter benigne concedat. Salutem plurimam DD. Holſtenio & P. Servio, meo nomine aſcribes, Florentiae Kal. Apr. MDCXLVII.

CXXVI.

Clarissimo Viro
Ioanni Baptistae Donio
Daniel Heinsius
S. P. D.

HVmaniſſimas ſuaviſſimaſque tuas literas cum ſumma voluptate, & accepi ante tempus aliquod, & legi; pro quibus, ut & ſingulare, quo Nicolaum meum proſequeris affectu, quantum tibi debeam, verbis exprimi non poteſt: quid, & quantum ipſe tibi debeat, datis ad me literis, prolixe teſtatus eſt. Nondum, ſatis confirmata valetudine hinc diſceſſit, neque adverſam ſemel in itinere ſuſcepto, ut a me ſcribitur, ſed saepius expertus eſt. Quo maiorem ſui habere rationem debuit, & non parum doleam, quod, & pro in me, meoſque amore tuo ſcribis, pertinaciter, & ſtudiis, & publicis quotidie luſtrandis Romae Bibliothecis incumbet. Qui labor, ſi ſit nimius, non inglorius modo, ſed & parum conſtituta valetudine, non parum obeſt. Dabo autem operam, & quid ſui quoque in parte tibi debeat, ex me intelligat: tibi inquam, cui totum me ex animo, & conſecro, & dedico; ea tamen lege, ut & me; & filium, quem commendatum tibi volo, hac eadem, hoc eſt, candidiſſima & ſinceriſſima benignitate proſequi ne deſinas. Clariſſime Virorum, vive ac vale, qui utrumque noſtrum tibi, tuiſque addictiſſimos in poſterum habebis; quod candide, & optima teſtamur fide. Lugd. Bat. anno MDCXLVII. Aprilis XVIII.

Io.

CXXVII.

Io. Baptistae Donio V. C.
Nicolavs Heinsivs
S. P. D.

IN hanc urbem ſalvus non ita nuper adveni. Poſtremae vero tuae, Doni Clariſſime, proxime ad me perlatae ſunt, poſtquam diebus totis quadraginta quinque in via oberraſſent. Quod quî factum ſit, non ſcio. Tabellarium tamen Florentinum negligentiorem eſſe, quam oportebat, compertum habeo, cui ante menſes aliquot Servii noſtri libellum ad Vindocimenſium Ducis Medicum perferendum, una cum literis dedi; negat autem vir humaniſſimus, ad ſe perveniſſe. Eidem, quo tuas, faſciculo, & has parentis mei incluſas Roma mercator ad me miſit tibi inſcriptas. Queritur, ac dolet ſenex optimus, non potuiſſe ſe prolixius humaniſſimis tuis reſpondere. Summo enim pedum dolore exagitabatur, quom eas exarabat; etſi morbo magnam partem nupero liberatus. Silentium porro tuum, non eſt, quod apud me tam anxie excuſes, quum nec ego tam importunus officiorum exactor ſim, ut opiner amicis ſemper ad meas reſpondendum. Sola eſt humanitas tua, quae reſpondendi neceſſitatem ſibi imponit, quaeque perſuadet, ea te debere, quae revera non debes. Mihi ſatis eſt, ſi obſervantiam nonnunquam meam per literas teſtari licet, nec officium hoc renue aſpernaris; quum longe maiora tuis erga me meritis debeantur. Hanc quidem confidentiam potiſſimum mihi dat affectus ille tuus, quem inter praecipua felicitatis meae argumenta numerare ſoleo; cuius luculentum profecto ſpecimen poſtremae tuae mihi dedere, dum Elegiam illam meam, oscitantia ingenii nugas, tam operoſe commendant. Inculcavit mihi a teneris aſſidua admonitione pater, ut Poëtas veteres frequenter evolverem, ac familiares mihi redderem: etiam, ſi poſſem, imitarer. Secutum me conſilium ipſius, quatenus licebat, non nego; nam imitationem difficillimam inveni: eam tamen, vel infeliciſſime tentare malui, quam recentiorum caſtra feliciter, & cum ſucceſſu ſequi. Ne autem exiſtimes magnopere me mihi in his luſibus poëticis placere, ſcias velim, nunquam me iis vacare, niſi quum, aut iter facio, aut alia deſunt, quae maiori cum utilitate fieri a me poſſint. Vt Romae nuper, dum Bibliothecis excluſus obambulabam, ſatis multa huius farinae mihi provenerunt. Etiam in hac urbe, quae & otioſa iam olim creditur, & me quoque otioſum fecit, adeo quod agam nihil fere invenio. Huc accedit, quod aër amoeniſſimus, & vicini tractus pulcherrima facies ad poeſin otiantes, ac remiſſos animos ultro videntur invitare. Codices tamen veterum Auctorum aliquot nactus ſum, & iam magna ex parte abſolvi. Aeſtatem porro reliquam hîc tranſacturus ſum, tum ut valetudinem, ſi fieri poſſit, caeli benignoris uſu reſtituam: tum ne ex aere Romano, peſſimo mehercules, quicquam periculi accedat. Optimequidem hactenus valere mihi viſus ſum, dum hic vixi. Vrbem veſtram in tranſcurſu denuo, ni fallor, videbo; ſed obiter, nec ante menſem Septembrem. De nummis antiquis ſi cogitaveris, plurimum me demerebere. Romae dum eſſem, ex amicis intellexi, non defuturam in urbe veſtra occaſionem numiſmatum comparandorum, ſi diligentius percunctarer. Eorum quae penes me ſunt argenteorum numerus ad ſexcenta iam excrevit. Amicorum autem opera cogor uti, quod a peregrinis huic merci inhiantibus duplo plus ut plurimum exigatur, quam ab ipſis Italis; quod veriſſimum eſſe cum magno damno meo expertus ſum. Eques Caſſianus a Puteo, vir ad candorem & humanitatem omnem factus, ex Sicilia nummos ſatis multos expectari proxime mihi indicavit. Amanuenſem ob mores ſuperbiores, ac feroculos diſplicuiſſe tibi doleo. Patavii ſi eſſem, quo Germani plurimum cum re anguſta conflictantes ſe conferre ſolent, operam dare poſſem, ut alium nanciſcereris. Idem & amici in hac urbe a me petierunt. Neſcio autem quomodo id fiat, ut amanuenſes pene omnes, etſi pauperrimi, criſtas elatius tollant, ac magnifica quaevis ſibi de ſe promittant. Quod vitium ab hoc hominum genere adeo paren-

tem meum averſum reddidit, ut iam annis totis triginta deſcribendi ſua moleſtiam concoquere maluerit, quam ſuperbiam & inetias horum fungorum pati. Famulos itaque non admittit, niſi indoctos. Voſſius pater, & vivit & valet, & brevi publicabit de Re Poëtica librum; ita in poſtremis ſuis Iſaacus noſter, qui fratri ſuo Matthaeo in Hiſtoriographi munere ſucceſſit; cuius Matthaei libelli duo, treſve Hiſtorici publice circumferuntur. Memini, quum ſenex optimus filios ſex (quorum quatuor ſcriptis clari) filias autem duas, eaſque ingenioſiſſimas numeraret ſuperſtites, praeter eam prolem, quam in aetate tenera ipſi praerepta eſt. Nunc unicum Iſaacum habet: quo, ut diu ſalvo frui poſſit, Deum veneror. Pacem apud nos turbare pergunt Galli, quibus optimae ab Hiſpanis conditiones offeruntur; ita iudicarunt enim duo ex Legatis noſtris, Mediatores, ut vocant, inter utramque gentem electi; quod tam aegre tulerunt Galli, ut Legatus eorum in conſeſſu Ordinum, Legatos illos noſtros tantum non repetundarum inſimularit, cum auro corruptos ab Hiſpanis contendat, multa inſuper in ipſos Ordines probra congeſſerit, quae a libera gente, ſi populares meos novi, non concoquentur, niſi aut probet, quae obiecit, aut culpam deprecetur. Evocati certe ſunt Legati ab Ordinibus Monaſterio, ut cauſam ſuam agant; ita enim petierunt ipſi. Interim aegrotare ſe fingit Gallus: quo haec eruptura ſint, ignoro. Princeps Gulielmus patri in praefectura provinciarum foederatarum ſucceſſit, qui pronior ad bellum videtur: quum & fervida ſit aetate, annos circiter viginti natus, & gloriam maiorum bello partam tueri unice velit. Sed hactenus non auditur. Ad Illuſtrem Gaddium aliquoties ſcripſi; neſcio an meae recte curatae ſint, niſi quod ruri ipſe forſan vivit. Vale, Vir praeclare, & me inter tuos poſthac habe, quod ambitioſe rogo. Neapoli. MDCXLVII. die XX. Maii.

CXXVIII.

Io. Baptista Donius C. V. Gaspari Scioppio S. P. D.

ILluſtriſſime Vir. Opuſculum meum *De praeſtantia Muſicae veteris* nemini meliori iure, quam tibi, Vir Clariſſime, debebatur; quem unum omnigena eruditione ad miraculum uſque excultum, exactiſſimoque iudicio praeditum, ac literarum Latinarum aſſertorem, ac vindicem acerrimum aetas noſtra veriſſime experitur ac ſuſpicit. Huc accedebat vetus mea erga te obſervantia, ac benevolentia ſingularis; quae non permittebat, ut cum aliis novitiae huius ſcriptionis meae copiam facerem, & te unum potiſſimum, hoc eſt veterem patronum, atque amicum praeterirem. Functum me igitur officio meo qua publice, qua privatim exiſtimabo, ad cenſorium iſtud tribunal novum hunc ingenioli mei foetum allegantem: unaque opera, tenue hoc μνημόσυνον propenſae in te, obſequentiſque voluntatis deferentem. Atque utinam ſicut probaſſe me, quod inſtitui ſatis firmiter aperteque exiſtimo; ſic vulgares iſti ſemidoctique muſurgi fateri id ultro velint: ac proinde bona fide antiquos imitari ſectarique inſtituant. Sed quoniam optandum hoc potius, quam ſperandum tali ſaeculo, atque his moribus videtur; conſolabimur nos conſcientia bonae mentis, ac literarorum ſaltem gratiam, eorumque, quos aequus amavit Iuppiter, hoc eſt tui ſimilium, Clariſſime Scioppi, demereri conabimur. Libellus tuus Animadverſionum in Voſſii librum de vitiis ſermonis unice mihi gratus fuit. Eo magis ſcilicet, quo maius eſt ac publicae rei utilius magnorum virorum errata ſublegere, quam mediocrium atque vulgarium: ac ſicut maculas in ſole detegere, qui reliqua omnia ſua luce colluſtrat: ac maculoſa videri facit, arduum, ac plane lynceum opus fuit; ſic in Voſſii ſcriptis, quae tantum lucis Latinis literis attulerunt aliquot quaſi maculas, ac nubeculas deprehendere, non niſi ad lynceam iſtam perſpicaciſſimi ingenii tui aciem pertinebat. Gratum mihi facies, ſi quas tibi huius

huius muuuſculi cauſas gratias ago, Deſendio quoque reddere meo nomine dignaberis. Quod reliquum eſt magnopere te hortor, ut & hunc libellum alioſque eius generis, quos ſparſim diverſiſque remporibus edidiſti, in uuum volumen colligas, ac denuo in lucem emittas. Magnam mihi crede a ſtudioſis omnibus gratiam inibis. Vale Florenriae Kaleudis Iulii MDCXLVII.

CXXIX.

IOANNI RHODIO
IOANNES BAPTISTA DONIVS
S. P. D.

ALlectus fama probitatis tuae ſummaeque eruditionis, quam ex nounullis tuis operibus in vulgus editis ſatis etiam cognoveram, iampridem ad te ſcribere conſtitueram, ut amicitiam meam perpetuumque obſequium ribi ultro deferrem; tuamque benevolentiam exoptatiſſimam mihi, boniſque omnibus expetitam provocarem. Verum quum eiua rei nulla ſe ſe offerret occaſio (vix enim per me ipſum audebam homo tenuis, nec tibi fortaſſe de uomine notus abſentem interpellare) opportune accidit, ur libellum his literis adiunctum de *praeſtantia Muſicae veteris* iu lucem ederem. Is igitur fidem tantiſper apud te faciet, quantum te colam, ac diligam, Vir Clariſſime; quare, ur me quoque redamare inſtituas, per communia Muſarum ſacra, per cariſſima utique noſtrûm literarum ſtudia, promiſcua ſacretaque humauitatis iura, quantum te poſſum obſecro, atque obteſtor. Quoniam vero magnopere mihi neceſſe eſt amanuenſi, qui praeter calligraphiae, mediocrem ſaltem uſum latinarum literarum non ſit expers; ſummaque apud nos eiuſmodi hominum, qui hoc munere fungi poſſunr ac velint, penuria eſt; rogatum te volo, mi Rhodi, ut ſi quem adoleſcentem Belgam, vel Germanum huic rei idoneum Romam commeantem audieris, ut victum ſibi honeſte quaerar, eum adhorteris, ur iu tranſitu ſaltem me conveniat. Nam dedita quidem opera aliquem ob hoc tantum huc accerſere ſumma cautio eſt, ue ſi miuus idoneus repertus fuerit cum aliquo ipſius damno, vel offeuſione remittendus ſit. Caeterum minime te fugir, praeter aptum chirographum nonuullamque eruditionem, animum fidelem, ac probum, docileque ingenium maxime requiri; quibus ſi rei Muſicae peritia aliqua accedar, ranto is mihi gratior fuerit, ac ſtudiis meis accomodatior. Illud autem perſuaſum habeas velim, minime me ei neceſſariis in rebus defuturum; operamque daturum, ut uec librorum copia, nec tempus aliquod liberum, uec meum ipſi auxilium ad progreſſus in literis facieados ullo modo ei deſit. Adde etiam, ſi quid ad rem pertiuet, facultatem mihi adeſſe ex indulto Vrbani VIII. transferendi penſiones, quas poſſideo. Quod ſi viciſſim his in regionibus aliqua in re operam meam experiveris, efficiam profecto, ut non fruſtra eam expetiſſe intelligas. Vale. Flotentiae VI. Kal. Aug. MDCXLVII.

CXXX.

IO. BAPTISTAE DONIO V. C.
IO. ALBERTVS HVSWADEL

FOutes iſtos Saxoniae quod attinet, non poſſum, quin ingenue ribi, quod res eſt, ſcribam. Annus, & qui excurrit, elapſus eſt, quum primum (neſcio quo authore, credo tamen iſtius loci incolam eſſe) rumor valde celebris percrebuit de Aquis miraculoſae efficaciae, ſponte illic loci, & ſubito enatis. Conveuere primum fonti iſto viciuiores, mox & alii, ad quos miraculorum iſtic perpetratorum, quorum integri extabant Catalogi, fama pervenerat; donec etiam non tantum ad haec loca, ſed etiam in Megapolim, Boruſsiam, Pomeraniam, Poloniam delata eſt: credo etiam ultra Sauromatas, & glacialem Oceanum. Vbi rum vidiſſes, ur de noſtris ſaltem dicam hominibus, denſiſſimam iſtuc quotidie commeantium turbam, uulla habita ratione, neque ſexus, ucque aetatis, nec morbi, quem ſanatum cupiebant: non denique ſumptus, nou moleſtiae itinerum; & quod mirandum, nulla praedonum ſaevitia tanta erat, quae impedire poſſet, quominus ad foutem iſtum, tanquam ad aram certae

&

& indubitatae ſalutis accederent, perſuaſi fortaſſe rivulum eſſe ex ſacello Podaliri. de quo ferebatur, quod eſſet ποτάμιον πανακὲς πρὸς πάσας νόσους. Sed eventus huius tam moleſtae peregrinationis qualis fuit? Pauci ſane, & inter illos ii petiſſimum levamen aliquod ſenſere, qui adhibitis in conſiliem Medicis, commode aquis iſtis utebantur, prout natura ipſorom tolerare poterat, morbus vero ipſe requirebat; reliqui ſana conſilia non admittentes, neqoe Medicis, quorum fidem plurimi ſuſpectam habebant, obtemperantes, aut in loco ipſo peiori correpti malo, aut domum reverſi, paulo poſt inter vivos eſſe deſierunt. Id vero nemini mirum eſſe poteſt, qui vel obiter Medicinae operam dedit: quum enim diverſi morbi, diverſa requirant remedia, quis non rideat omnibus morbis eodem collyrio medentem. Sic etiam aquae hae, cum noe fuere nullarom virium, ita obſtructionibes frigidis, nervorum contracturis, & aliis affectibus ex eiuſmodi, vel ſimili cauſa ortum habentibus, potius dicatae fuere, quam cuivis alii morbo; id quod etiam ſapor illarum prodidit; quaedam enim ſal, quaedam alia admixta habentes varie affecerunt palatum; quas tamen omnes ſi Chimica arte ſeparares, haud facile aliquid, praeter aquam puram, & impuritates aliquas nullius momenti reperire erat. An vero etiam nunc iſtis virtutibus praeditae ſint, non facile dixerim, quum ex tot millibos, qui ſuperiori anno iſtuc migrarunt, nunc ne unicus, quod ſciam, iverit. Sed quem Excellentiſſimus Dn. Conringius in animo habeat Tractatum edendi de aquis Hornhuſania; non dubito, quin haec, & alia, clarioria fient; quod ſi etiam te illus deſiderio teneri ſcirem, id operam darem, ut commoda occaſione quamprimum tranſmitteretur. Hamburgi MDCXLVII. Ipſis Non. Aug.

CXXXI.

VIRO CLARISSIMO
IOANNI BAPTISTAE DONIO
OCTAVIUS FERRARIUS

NOvum mihi accidit quam mirum, te tantum virum officio literarum certaſſe priorem. Nam, qui ingenii atque eruditionis laude Italos omnes anteis, exteros provocas, reliquum eſt, ut humanitatis quoque gloria cunctus mortales antiſtes. Ego quidem te antea tacita admiratione venerabar, quod non patriae modo, quae ſummorum virorum altrix ſemper fuit, laudem egregie ſuſtentes; ſed literarum principatum Italiae tuae aſſeras. Venerat pridem in manus ingenii tui ſactus digni nominis tui ſamâ, longe etiam maiores magnorum virorum commendatione; inter quos Gaſpar Scioppius, & literarum eximium decus Caſſianus a Puteo fuere; qui quum multo ſermone, ac literis de te praedicarent, longe tamen maiora meritis tuis intellexi.

Nunc te veluti propius adire contigit, & in ipſa humanitatis penetralia induci. Pro quo quid aliud quam memorem animum, & recenti hoc beneficio ambitioſe gaudentem promittam? Nam quod tenues meos in Re Veſtiaria conatus probas, eſt quod me circumſpiciam. Quis enim viri laude praeconio non efferatur? Agnoſco affectum, & te laudum earum largitorem, quibus circumfluis. Sed nimium pertinax valetudo, quae me iam quartum annum excruciat, opus ad calcem vetat perducere; ſcilicet arcem ipſarum memoriam, ac regiam perpetuo oppugnat. Accedit pituitae fluxus, in quo expugnando, fruſtra hactenus Medici deſudarunt. Hoc praecipue anno, contrario eventu carnificina ingenia conſumpſere; nam dum ſudatorio excoquere humorem contenduet, ita epar accenderunt, ut ebullientia ſanguinis ardori impar ſim, maeſtaque vigilantia fere contabeſcam.

Si quod induciarum, quod raro evenit, contingit, id totum operis Secundae parti impendo, quam ingenio tuo adiuvem poſteros teſtabor, doctiſſimo ſcilicet de utraque penula commentario. Alterum de praeſtantia veteris Muſicae, quem literis tuis addidiſſe ais, nondum accepi, nec ſcio qua parte interciderit. Quum ſe ſe occaſio dabit, libellum Inſcriptionum, atque Elogiorum ad te; mittam, neo patiar deinceps, ut te poeniteat, quod me ad amicitiae tuae ſacra provocaveris. Interim vale ſummum Italae,

orea-

ornamentum, & fugientes Muſas porro perge. Patavii die XV. Auguſti MDCXLVII.

CXXXII.

Illvstrissimo Signore
Signore Osservandissimo

Le Lettere di VS. che ci accompagnano il ſuo dottiſſimo Trattato dell' eccellenza della antica Muſica, ſono capitate a queſta noſtra Accademia in tempo di vacanza, che per gli meſi eſtivi non ſi riduce; onde vedendo noi Reggenti, che troppo lunga ſi faceva la dimora in accuſargliene la ricevuta, abbiamo voluto ſignificarle, che ſia per riuſcire gratiſſimo, com' è d'intera proporzione all' inſtituto, & al genio Filarmonico; e perciò renderle le dovute gratie, così della memoria corteſe, che conſerva di queſta compagnia, che pur vive ricordevole delle paſſate gratiſſime ſue dimoſtrazioni; come anco del pregiatiſſimo dono, che ha voluto conferirle; mentre le baciamo affettuoſamente le mani. Verona li XV. Agoſto MDCXLVII.

Di VS. Illuſtriſsima

Affezionatiſsimi Servitori
Li Reggenti dell' Accademia Filarmonica.

CXXXIII.

Molto Illvstre Signore

Voſignoria nel rinnovellare le glorie dell' antica Muſica, fa riſonare altamente le proprie. L' Opera, che ella ha compoſta ſopra l' eccellenza di eſſa, è degno parto del ſuo intelletto; e quando vi abbia da eſſer qualche diſſonanza; non potrà proceder da altra cagione, che dal ſoverchio affetto di VS. in aver con troppo alto ſtile volato inalzare il mio merito. Le rendo però particolari grazie anche della dedicazione; aſſicurandola, che ella è per conoſcere nelle occaſioni di ſuo ſervizio, la ſtima ch' io faccio di lei, e di queſta ſua corteſe dimoſtrazione, e che troverà ſempre in me una pronta, e concorde volontà, con ogni deſiderio di VS. alla quale per fine prego da N. S. ogni contento. Di Parigi li XXIII. Agoſto MDCXLVII.

Di VS.

Affezion. Serv. per ſempre
Il Cardinal Mazzarini.

CXXXIV.

Ioanni Baptistae Donio
Gaspar Scioppivs

SAlve, Vir Praeſtantiſſime, nec uno nomine mihi cariſſime. Plurimum te amo de praeclaro illo munere, quo me impertiendum duxiſti. Sum quidem unus omnium maxume ἄμουσος; quantum tamen lecto libro tuo ſuſpicari poſſum, omnes eum excellenti eruditione tua, ſummoque ingenii cultu digniſſimum fatebuntur. Dedi eum cuidam populari meo in iſto diſciplinae genere exercitatiſſimo. Is mirifice quidem eum probat, quaeque editurum te promittis, avide expectat; omnem tamen operam a te ludi tecum pariter indicat; quod ego quoque cenſeo, non ob eam ſolum, quam ipſe affers cauſam; ſed etiam quoniam, ut air Salomon: *omni negotio tempus eſt & opportunitas*; atque in tanta temporum infelicitate, quandiu ſuper flumina ſedent ſuſpenſis organis in ſalicibus &c. & deſunt qui generoſa liberalitate bonas artes foveanr, & viros literatiſſimos dignis praemiis ornent. Multa nuper de cantu muſiciſque inſtrumentis, quae in divinis Literis habentur, expoſui; meaſque obſervationes habet Reverendiſſimus Rinuccinius veſter Archipresbyter; aliaſque nonnullas meas lucubrationes, quas quum eum verbis meis amanter ſalutabis, petere ab eo poteris, quas ſpero non minus probabis, quam Grammaticas illas in Voſſii librum animadverſiones; quarum ſimiles conſcripſi in Famiani Stradae Decadem primam, inque Ioannis Victoris Roſſii opuſcula; quem meum conatum imitatus eſt Eques quidam Bohemus in Gaudentii libro *de Politico Taciti candore*: unde, ſat ſcio, nobis literariaeque rei principibus multiplex naſcitur ioci, ludique materia. Gaudentium certe omnes iudicabunt non *omniſcium* quidem eſſe (qualem ipſe

ipſe ſe vocari patitur crediqve poſtulat) *multiſcium* tamen, atque etiam una litera plus eo, *multiniſcium* puta, & frontis adamantinae. Velim ſcire, idem ne is ſit, quem alicubi in libro tuo memoras; nec minus certior fieri aveo, quo loco tu praeclarum illud opus tuum, (cuius ad me viginti ab hinc annis πρόπλασμα miſeras): quo quidem perfecto, ſicut in Auctario Grammaticae n·ſtrae Mediolani edito augurabar, omnem rem literariam in tuto poſthac fore praeſtabo.

Per hos XII. annos, quos hic feci, cum multa & magna de rebus graviſſimis ſcripſi volumina, tum etiam librum, cuius index eſt: *Philotheca Scioppiana, ſive Gaſparis Scioppii narratio, annis diſtincta de benefactoribus, amicis, ac familiaribus ſuis, quos in omni vita habuit: quidque apud illos, per illos, ac propter illos in Dei gloriam, & utilitatem publicam inter annos quinquaginta molitus, & emolitus fuerit*. In eo libro exponuntur omnia, quae inde ab anno MDXCVIII in Aulis Pontificum, Imperatorum, Regum ac Principum, cumque rerum publicarum Optimatibus egi negotia; quorum notitiam ſpero pleriſque omnibus fore periucundam. Ibi tuae quoque virtuti monumentum meo erga te amore dignum ſtatuiſſe me invenies. Vale, Vir optime, meque mutuo amare perge. Patavii a. d. XXIII. Auguſti MDCXLVII. Tui perpetuo amantiſſimus Gaſpar Scioppius, Mortis beatae Candidatus.

CXXXV.

Io. Baptista Donius
Io. Fred. Gronovio Sal.

Complutibus ab hinc menſibus Roma ad me tranſmiſſus fuit (per quem nondum reſcire potui) elaboratiſſimus libellus tuus *de Seſtertiis*; qui mire mihi placuit, ſubtilitate, elegantia, varietate rerum, copiaque eruditionis.[1] Itaque in re ſatis alioqui perplexa, atque intricata, multos mihi ſcrupulos, qui inter legendos antiquos autores haeſerant, radicitus evulſit. Gratularer tibi egregii iſtius operis editione, ex qua magna nomini tuo gloria, atque immortale decus conciliatur, niſi te ſcirem, maiora in dies moliri, ac nunc etiam prae manibus habere: praeſertim Byzantinae Hiſtoriae corpus, ac Livianam Hiſtoriam, cuius ambiguas quasdam lectiones, quas ad me Holſtenius noſter perferendas curavit, cum paulo plus otii ſuppetet, cum Laurentiano Codice accurate conferam[2] ut te cupere intellexi; quod quidem, eruditiſſimus iuvenis Nicolaus Heinſius ſe facturum receperat, niſi iam iam diſceſſui ſe accingeret. Huic exemplar unum opuſculi mei De Praeſtantia Muſicae veteris inter eius ſarcinas iſthuc devehendum tradidi; non quod ſatis dignum cenſuerim (ſi argumenti novitatem fortaſſe excipias) quod terraſque tractuſque maris peragraret, ac te in Bataviam uſque adiret: ſed, ut qualicumque hoc munuſculo, meam erga te obſervantiam, propenſamque voluntatem oſtenderem. Vale, meque, ut facis, amare perge. Sic praepotens ille Deus omnia tibi ex voto fluere perpetuo velit. Florentiae VIII. Kal. Septemb. MDCXLVII.

CXXXVI.

Viro Clarissimo
Ioanni Baptistae Donio
Paganinus Gaudentius

Vir Clariſſime. Ex doctiſſimo nobiliſſimoque Nicolao Heinſio magis ac magis intelliges quanti te faciam, & quantopere de tua erga me benevolentia glorier; bibimus profecto pluries tuae ſaluti, & perennitati. Traditurus etiam eram exiguum Epigramma tibi reddendum; ſed dum ipſe parat abitum, non ſine magno animi mei moerore, non potui illud abſolvere, quod iam tibi mitto; non, quale ipſe mereris,

(1) Primam editionem Gronoviani Operis de Seſtertiis numquam vidi, hoc anno, vel praecedente probatam; alteram novi pervulgatam ab Elzeviriis Amſtelaedami anno MDCLVI. in 8. & alteram ampliorem ab eius filio Iacopo Gronovio publici iuris factam Lugduni Batavorum anno MDCXCI. cum Additamentis in 4.

(2) Laurentianae Mediceae Bibliothecae Codices duos vetuſtiores contulit V. C. Antonius Maria Salvinius, & variantes omnes Lectiones ipſe ad oram ſcripſit editionis Hervagianae, quum et in hoc opere praeſto eſſem; quas Variantes Lectiones accurate exceptas cum ſinceriore, & ad textum illuſtrandum, vel reſtituendum caſtigatiore Lectione, rationibus adductis, accepit Vir Nobiliſſimus Thomas Coke Britannus, pro quo idem Salvinius hunc laborem, me ſocio, lubentiſſime ſuſceperat.

Digitized by Google

reris; ſed quale hoc quidem tempore potuit a meo de te amore dictari. Eius ergo tenuitatem excuſa, & vale cum Clariſſimo Heinſio noſtro. Piſis XV. Kal Septembris MDCXLVII. tui claſſiſſimi nominis cultor perpetuus.

Palladice, DONI, decus immortale catervae,
DONI, floriferi gloria magna Chori,
Quam volupe eſt tibi gratari ſplendore coruſcam
Perpetuo Famam, flammicomamque Deam.
Quem tibi de Veterum cantu, fidibuſque, lyraque
Emiſſus peperit vindice luce liber,
Vt pro vel invidia iuſſis procul ire, latebris
Immenſo cen ſol lumine cuncta beet.

CXXXVII.

ILLVSTRISSIMO SIGNORE
E PADRON MIO OSSERVANDISSIMO

QVell' iſteſſo che mi conſegnò la lettera di VS. Illuſtriſsima con l' eruditiſsima ſua opera, che moſtra con prove concludenti l' eccellenza, e ſuperiorità della Muſica antica alla moderna, potrà ragguagliarla del contento ſtraordinario ch' io ricevei, vedendo e Lettere, e Opere tanto ſtimabili, e care, come le ſue: che però ſenza eſagerarne il guſto, mi rimetto alla relazione dell' iſteſſo. Venne queſto favore opportuniſsimo; perchè a punto il giorno precedente il P. Athanaſio Kircher, eſſendo ſtato da me, e ricercatomi di queſta bella, e curioſa fatica, per dargli una ſcorſa, conciosiacchè anch' eſſo ſi ſia dato a queſta nobile ricerca, gli diſsi, che non l' avevo viſta; ma che n' arei coſtì procurato da VS. Illuſtriſsima un eſemplare: può lei penſare, ſe vedendo ſupplito al deſiderio tanto impenſato, e con atteſtazioni del ſuo benigno affetto, quanto me ne ſia tenuto di buono, e quanto m' habbia il medeſimo, che mi favorì nella conſegna obbligante, ſentendo il mio deſiderio a prò del detto Padre d' un altr' eſemplare, obbligandomene con il preſuppoſto, che lei ſia per ratificarmi il dono, la prego a così voler fare; e come mi cumula delle ſue grazie, così farlo dell' onore de' ſuoi ambiti comandi. Del reſto l' Opera è tale, che da per ſe, come ſi dice, loda il Maeſtro; è certo che non a molti potrà riuſcire l' internarſi in una tanto recondita materia, e della quale gli ſteſsi termini ſe ne ſtimavano ſmarriti, ſe l' aſsiduità de' ſuoi ſtudi, e pratica di tutti gli Autori buoni Greci, e Latini, non glie n' apriva la ſtrada: io me ne rallegro, ſperando, che s' abbiano a goder l' altre parti, che nell' Indice datone a piè dell' altra Opera ſi vedono: auguro che così ſegua, e per gloria ſua propria, e di tutta la Nazione Italiana; così prego il Signore che permetta, colmandola di proſperità Di Roma a' XX. di Settembre MDCXLVII.

Di VS. Illuſtriſsima

Serv. Divot. & Obligatiſs.
Caſsiano del Pozzo.

CXXXVIII.

AMPLISSIMO VIRO
IOANNI BAPTISTAE DONIO S. P.
IOANNES RHODIVS

QVod tacito cultu ad maiorem venerationem praeclaris animi tui dotibus iam diu debebam, officium eximia humanitate tua tantum non ſolum anticipaſti, ſed benevola admodum compellatione, doctiſſimiſque ingenii monumentis neceſſitudinem tum ultro ambienti providus elicuiſti. Ex quo rebus meis, quantum ornamenti, decoriſque ſperandum, facilius mecum agnoſco quam exprimo. Multa iſtic in D. Laurentii Bibliotheca, quae bimeſtri ſpatio, quum ſingula mihi excutere non liceret, meliori commoditati reſervanda cenſui. Quae ſedulitatem in primis dum poſtulant, quam nec de te, nec de tui ſimilibus Gaddio, Berigardo, Gaudentio, aequum fuerit per graviores occupationes expectare, mutuo inter nos literas, iuvandi ſtudio, commode ſatisfactum putabo, ſi compoſiti animi iuvenem ad te adlegaverim bonis literis, & philoſophia non vulgariter imbutum, linguae praeterea Gallicae, & Hiſpanae callentem, cum morum animique integritate, qua tuo ſe contubernio, meaque commendatione porto dignum praeſtabit. Addo ipſius chirographum ex literis ad

O me

me nuper ab amico Hamburgi medicinam faciente miſſis; quem tamen hic noſter oculatus teſtis nimium ſui ordinis hominibus heic indulſiſſe affirmat. Ingenio is minime venali; ſed cui animus eum linguae Etruſcae uſum referre, ut in Hygiae adyta facilius recipi poſſit, cuius ſe ſacris totum dicavit. Quo etiam nomine Clariſſimo Nardio, ceteriſque iſtarum literarum myſtis, tua opera commendationem cupio, ut quidquid ei liberalis otii conceſſeris, ipſorum det conſiliis, inſtitutiſque ſaluberrimis tua ſimul autoritate; ſicuti res ferat, mea cauſa veteres Libros inſpiciat. Aſſiduum vero egregii laboris tui auxiliarium tuo ſiſtam arbitrio, quo favente fortuna, quorum nobis firmam ſpem feciſti, plurima paucis antehac nota in lucem veniant. Dignum ſane tuo ingenio nobilis otii argumentum ſelegiſti, eoque clarius, quo pleriſque id rarius, quibus clauſa Muſarum penetralia, dum ea ſolum, quae πρὸς ἄλφιτα conquirunt, non vulgare quidquam, ſed aeternitati moliris, niſi mea me fallit opinio, quam ex opere nupero de reliquia concepi maximam. Quibus te Deus incolumem diu praeſtet commune votum eſt. Vale Clariſſime Vir, meque ingenuis tuae virtutis cultoribus accenſe. Patavii XII. Kal. Octob. MDCXLVII.

CXXXIX.

IOANNI BAPTISTAE DONIO
VIRO PRAESTANTISSIMO
FABIVS EPISCOPVS NERITONENSIS S. D.

NOn poteras alio prudentius mittere tuum de praeſtantia Muſicae librum, Doctiſſime Vir; nec alias uberius tuae liberalitatis argumentum oſtendere, quam ad me in Weſtphalia: nempe ubi maior, quam alibi aureae huiuſce mercis indigentia, ubi ipſum Provinciae nomen prae caeteris Germania aſperum abſonumque audit. Hanc vero Vrbem quamquam antiquo Mimigrodae ablegato, Monaſterium vocatur, non ideo tamen minus a recta Muſicae conſonantia diſtare cognoſces. Si diſcrepantes, atque obſtrepentes attendas hoſce tot diverſarum Nationum cantores, qui iam quadriennio pro augenda potius, ac proroganda armorum diſcordia, & contentione, quam pro reſtituenda orbi Criſtiano tranquillitate ac pace laborare videntur. Itaut fidem adſtruat Areoſto, vel ipſa loci huius Tractatuum electio, cum amiſſam aliquando ac perditam ubique gentium, diuque quaeſitam referens auctor ille Diſcordiam, in Monaſterio, tandem inventam aſſerit, ubi Comitia haberentur. Mihi vero gratiſſimum ſuper omnia munus a tua humanitate advenit, quamquam lento greſſu poſt tres menſes, ut te praeſtantiſſimum Virum, quem diu abſens amplexus inter prima huius aevi ingenia, deoſculer modo in prole recondita eruditionis, & quae ingenitae virtutis, ac parenti ſimillimae, vultum ac lineamenta repraeſentet. Gratias igitur ago immortales, meque addictiſſimum tibi profiteor, ac omnigenam felicitatem precor. Datum Monaſterii Weſphalorum die XI. Octobris MDCXLVII.

CXL.

CLARISSIMO VIRORVM
IOANNI BAPTISTAE DONIO
NICOLAVS HEINSIVS S. P.

BOnoniam in tranſcurſu tantum perluſtrare decreveram, quum a vobis proxime diſcederem. Praeter exſpectationem tamen, adeo loci eius elegantia captus, ac delinitus ſum, ut dies illic propemodum viginti exegerim. Nec deerant viri literati, etſi pauci illi, quorum colloquia moram, quantumvis properanti maxime, iniicerent. Vnde factum eſt, ut rardius, quam vellem, ſcribendi ad te officio nunc fungar. Quum ad nobiliſſimum humaniſſimumque Cavalcantium nuperrime paraſſem literas, eadem quoque opera propoſueram te ſalutare; niſi quod importunae amicorum interpellationes hac commoditate tum me fraudarint. In libris comparandis operam tibi meam hactenus probare non potui. Avocavit enim me ab hac cura urbis tam ſplendidae perluſttandae ingens deſiderium. Cras Patavium me confero, ubi diebus aliquot conſumptis, in urbem hanc denuo revertar

vertar, & librariorum officinas diligenter excuſſurus ſum, qua in re ſuam mihi operam pollicetur Marcus Antonius Montanus, tui ſtudioſiſſimus. (Ita enim certis ex argumentis colligo, cum eo apud illum loco commendatio tua fuerit, ut meliori non poſſit) Bononiae libros ſatis multos Graecos, alioſque commodiſſimo pretio comparavi, manu exaratos etiam nonnullos, ſed recentioris notae. Eſt inter illos Donii *Libreria*; ſic Italicae libellus inſcribitur. Si placet: tuus eſt? Scis enim quam longe maiora tibi debeam. Quum tamen in Catalogo illo, quem mihi tradidiſti, non occurrat, facile perſuadeor, pro guſtu tuo vix futurum. De caeteris, ut iam dixi, diligenter videro. Ad Voſſium iampridem tuas curavi; eidemque, quas ad Gronovium exararas, commiſi: utraſque perventuras, quo deſtinata ſunt, confido. Caeſareo Dandinum tanti aeſtimate nummos ſuos vehementer miror; praeſertim cum ex fabro argentario intellexerim, libenter illum eos venditurum. Alioquin enim de iis comparandis nunquam cogitaſſem. Romae ſcrutatus unus pro unaquaque uncia ad ſummum perſolvitur, ſi ſeries Imperatorum non cohaereat, ut in Dandinianis, certe non cohaeret, quid quod adulterini inter illos multi reperiuntur: ut cauſſae nihil ſit, cur ſcutatos duos vir illae bonus debeat exigere. Si enim ſoli nummi ponderentur, & ſecernatur pecunia ſuperiori ſaeculo cuſa, quam nummis ille perperam inſeruit; quaeque ad rem non facit, uncias vix triginta quinque, aut ſex futuras puto, pro quibus ſcutatos ſeptuaginta petat. Oblati mihi Romae octingenti circiter ſunt, qui Ducis Saneſii olim fuerant, nec quicquam petebatur, praeter ſcutatos decem, ſupra ipſius argenti pretium. Non potui tamen rem illam confectam habere, quod viduae adventum expectandum adfirmarent, quae ruri multo iam tempore viveret. Dubium non eſt, quin in iis civitatibus, quae perluſtrandae reſtant, abunde inventurus ſim, huius farinae multos, & quidem commodiori pretio. Doleo tantum, irritum officium tuum fuiſſe, quod eo pluris apud me eſt, quia non rogatui praeſtitiſti. De Grotianis Epiſtolis ad Galilaeum ſcriptis amici Pariſienſes denuo me monuerunt. Si quae inter ſcripta, ac ſchedas ſummi illius viri ſuperſunt, rogo ut in lucem protrahantur. Magno beneficio afficies virum omni elegantia & eruditione refertum Claudium Sarravium, in Senatu Supremo Galliarum conſiliarium: is enim Grotianas epiſtolas edendas ſuſcepit. Vale vir ſumme, & me affectu tuo complecti perge. Nobiliſſimis Viris, Gaddio, Cavalcantio, Datio, ceteris mei amantibus, plurimam ſalutem dico. Venetiis. Anno MDCXLVII. a. d. VI. menſis Octob. Tuas curare potes ad Balthaſſarem, & Gaſparem Van Collen mercatores in hac urbe Flandros. Hoc ipſo momento elegantiſſimi Datii epiſtolam accipio, cui proxime ſum reſponſurus. Nollem tam prolixas gratias egiſſet pro Carmine tenui ac ieiuno.

CXLI.

Molto Illustre Signore mio Osservantissimo

Ho adeſſo la lettera di VS. col dono a me gratiſſimo col quale ella ſopra modo mi onora. Lo leggerò con mio ſommo guſto; che tal guſto mi promette il nome dell' Autore, & qualche ſaggio autone qui in Roma da lei a bocca. Riconoſco anco queſto tra le mie ventare, che ella ſi conpiaccia del titolo di mio ſcolare. In tanto prego Iddio N. S. a conſervarle sì nobili penſieri, co' quali dia ella più ſoave paſcolo agli animi, di quello che faccia qualſiſia melodia à gli orecchi, e le fo riverenza. Roma IX. Ottobre MDCXLVII.

Di VS. Molto Illuſtre

Servo Vmiliſſimo
Famiano Strada.

CXLII.

V. C. Ioanni Baptistae Donio Athanasius Kircher

Clariſſime Vir. Quae de veteris, Muſicae admirabili in commovendis animis virtute & poteſtate ſcripſiſti,

 corum

eorum veritatem in aureo illo tuo libello, quem ad me non ita pridem *de veteris Muſicae praeſtantia* intitulatum miſiſti, maxime comprobavi; dum ſtyli prorſus harmonici ſuavitatem, rerum digniſſimarum coloribus ita pingis, ita ἐυφώνως, temperas, ut omnea hac facultate attractos tui iuris feciſſe iudiceria. Gratulor huic ſeculo, redivivum Orpheum natum eſſe, qui & Muſicam cum dignitate ſuſtinere poſſit, & mentes auſcultantium pro libitu transformare. Ad me quod attinet, iam laus Deo, tandem ad finem perduxi laborioſum opus Muſicum, quod Artem magnam Conſoni & Diſſoni intitulo, in quo dum Philoſophum, aut Mathematicum potius, quam Philologum ago, ita Antiquo-Modernae Muſicae agitatam controverſiam paree quoque attingo; hoc unicum agens, ut modernae Muſicae imperfectionem oſtendam modum, quo perfici poſſit, doceam. Quod dum facio, ſaepe celeberrimi nominis tui perhonorificam mentionem facio. Verum lator harum P. Iacobus Bonvicinus, Mathematicarum, ac Graecae Linguae peritiſſimus, plura tecum de meis conferet. Verum calamum trito, latore harum peraſato, & ad iter accincto, alias ſcripturus. Vale decus Literatorum, meque, ut ſoles, amare ne ceſſes. Romae XIX. Octobris MDCXLVII.

CXLIII.

Molto Illvstre Signore e Padrone Osservandissimo

Il dono che VS. mi fece dell' onoratiſſimo e dottiſſimo ſuo libro, mi trovò a letto con acerba & implacabil chiragra; onde mi convenne d' indugiar la riſpoſta con ſperanza di poterla poi fare di mia propria mano; ma perchè vana mi rieſce queſta ſperanza, le riſpondo per mano altrui, e le rendo affettuoſiſſime, et umiliſſime grazie della memoria, che sì coſtantemente ritiene di me, ancora quando ſolum mihi ſupereſt ſepulcrum. *Del libro, per quel ſaggio, che ho potuto in ſin' ora prenderne, non poſſo dir altro, ſe non quello, che tutto il mondo dirà, e parlo del mondo intelligente, cioè, che VS. porta fuori una ſingolariſſima eradizione di coſa, che pareva non ſi poteſſe trattare in latino; onde ha ben fatto in aggiugnervi il Nomenclatore. Se il libro troverà* aequos iudicea & lectores, *diſinganerà i Moderni, e gli toglierà dell' error commune, ſe vorranno eſſere diſingannati. Rendole di nuovo grazie, e per fine le prego da Dio vera quiete, e proſperità. Roma XXVI. di Ottobre MDCXLVII.*

Di VS. Molto Illuſtre

Servo Umiliſſimo et Affezionatiſſimo
Tarquinio Galluzzi.

CXLIV.

Molto Illustre Signore e Padrone Osservandissimo

Al mio ritorno dalla Provincia d' Abrazzo, dove ſono ſtato alcune ſettimane per negotio del noſtro Capitolo, mi fu preſentoto dal Signor Abate Filicai l' eraditiſsima opera di VS. ſopra la Muſica degli Antichi, inſieme con un altro eſemplare per l' Eminentiſsimo Signor Cardinale Barberino, mio Signore. E benchè li molti negozi della ſuddetta viſita, e la venuta d' un mio Nipote, ſin ora, non m' an permeſſo di leggerla tutta ſeguitamente, e con quella attenzione, che ricerca la curioſità di sì bella materia, & il dotto e vago modo, con che VS. la tratta; non dimeno da una ſcorſa non totolmente ſuperficiale ho preſo un ſaggio della ſua tanto, a me, et al mondo già conoſciuta eradizione. E tanto più m' è piaciuta la detta Opera, che non entrando nelle minuzie e ſcrupoloſe differenze di quella ſcienza, da pochi penetrate, da campo anco all' ingegno e giudizio di quelli, che della Muſica eradita non intendono, ſe non le coſe più generali. Non deve temere VS. l' invidia, o mala lingua, degli ignoranti, che biaſimano quello che non intendono, nè la conſiderazione del ſciagurato Secolo, in che ſiamo; deve tornare un animo generoſo dal ricercare e rimettere in piede le Scienze degli Antichi. Il buono non è inteſo da tutti, νοοῦσιν αἱ φρένες τῷ θεάτρῳ diſſe quel Muſico: che ſi vidde anteporre un Sonotore ſciocco e plebeio. In queſto mio viaggio ho fatto parecchie belle oſ-

ſerva-

ſervazioni, e buſcato alcune memorie circa la Via e Provincia Valeria, principalmente della continuazione di detta ſtrada a Cerfennia uſque ad Oſtia Aterni, fatta da Claudio Imperadore, che lui chiamò ꟻIAM CLAVDIAM ꟻALERIAM. *Però le turbolenze, che vi ſono da per tutto, non m' anno permeſſo di ſodisfarmi intieramente. Ringrazio infinitamente VS. del ſuo erudito libro, e la riveriſco con vivo affetto. Roma XXX. Novembre MDCXLVII.*

Di VS. Molto Illuſtre

Affezionatiſsimo Servitore
Luca Holſtenio.

CXLV.

Io. Baptista Donivs S. P. D. Octavio Ferrario V. C.

Libellus tuus *de re veſtiaria*, Vir Clariſſime doctiſſimeque, adeo mihi placuit, ut no lecto pene exelamaverim, gratulatuſque ſim Italiae noſtrae, quae te vivo ac ſoſpite, eiuſmodi lucubrationibus Rem Literariam locupletantem, non eſt quod Tranſalpinis gentibus invideat, doleatque avitsm ſuam politioris doctrinae glorism ab iis ſibi praeripi, quod iam coeptum fieri φιλοπάτριδες omnes ingemiſcebamus. Amavi prsecipue in eo libello eruditionem varism, iudicium acre, ac vegetum, ſtylum candidum, atque elimatum; multoque maxime libertatem modeſtia temperatam, quam vix hodie unus, aut alter coſtodit: adeo ſcilicet inter abruptam audaciam, ac ſervile obſequium, modum tenere difficiln eſt. Quid quaeris? unice te, ac prorſus φιλόστοργως amare coepi poſtquam eruditionem iſtam cum ſumma quoque probitate, ut audio, coniunctam cognovi. Huc accedit Clariſſimi Viri patrui tui, adeo propenſa in me voluntss, ut hominem ignotum multis officiis demereri inſtituerit, ac me totum ſibi perpetuo devinxerit. Itaque ſi non eius csuſa, multo etiam prolixius tn diligere pergsm, ferreus plane ſim atqun inhumanus. Rogo igitur te quam maximn prorſum, ut in numerum cultorum amicorumque tuorum me in poſterum recipere digneris; tibique perſuadeas mutua, ſinceraque erga te benevolentia nemini ceſſurum. Opuſculum meum *de praeſtantia Muſicae veteris* his literis adiunxi; ut qualicumque hoc munuſculo tibi iam notus eſſn incipiam. Vale: Dnus, tibi, Clariſſime Vir, quidqoid optaveris large benigneque indulgeat. (1)

CXLVI.

Io. Baptista Donivs Nicolao Hainsio svo s.

Prodiit demum e prselo, ſive potius ex ergaſtulo, opuſculum meum de prseſtantia Muſicae veteris: &, ut iis accidere ſolet, qui diu in compedibus, ac vineulis coerciti ſunt, minus expedite ac celeriter ambulat; ſed lente, ac pedetentim βεῖ δὲ δύραζε χωλεύων. Quamquam igitur ardentibus votis ad te venire feſtinet; ſero tamen recipies, multiſque vibicibus, ac plagis deforme, quas illi operarum ſive nequitia, ſive incuria podendum in modum inuſſit. Eas igitur pro eximia tua humanitate excuſabis, ac boni conſules, & qualamcumque hunc tenuis ingenii mei foetum, ſicut ipſius patrem faceres, benevole excipies. Rogo etiam te, niſi ſubmoleſtum erit, ut novo huic hoſpiti tamquam Xenagogus, aut Myſtagogus aliquis in iſta populoſiſſima urbe adeiſſe velis, ot in notitiam & conſuetudinem doctorum virorum (quos admodum paucns iſthic quoque ſuperſtites audio) tua opera ſn inſinuet. Antiquitatis in eo quam tibi ſummopere cordi eſſe intelligo, cauſsm ages; magnoqun mn honore beneficioque cumulabis. De nummis priſcis venalibus, etſi diligenter inquiſivi, nihil iſta eruditione, & curioſitate dignum aduc reperi: non deſiſtam tamen omnia ſagacius rimari & ſi quid repeperiam, te admonebo; (1) ſed vereor, ut, qui huius tibi rei indicium fecit, ſatis certis autoribus id compererit. Literas tuas noperrimn Neapoli datas, atque

iis

(1) Etſi deſit annus, ſcripta tamen videtur anno MDCXLVII

(1) Dubio procul eodem anno MDCXLVII ſcripta eſt. Coaquirebat Cl. Nicolans Heinſius numiſmata antiqua, ut augeret Cimelia Aug. Reginae Scotiae Chriſtinae Alexandrae: & in epiſtolis ad eam ſcriptis, quae in Burmanniana Sylloge Tomo V. in fine leguntur, complura extant documenta eius curae, & ſollicitudinis.

lis adiunctaa clariſſimi patris tui officioſiſſimas atque humaniſſimas, ſumma cum voluptate perlegi; atque inter cariſſima mihi ſcripta tamquam pretioſa cimelia diligenter repoſui. Gratum mihi praecipue fuit, quod in tranſcurſu ſaltem urbem noſtram reviſurum te pollicerꝭ: cave tamen ne antequam per Autumnum bene perpluerit, prolixeque aquilones ſpiraverint, te iſtinc commoveas; neque enim ſine magno periculo Latium, ac ſuburbane Etruriae Regio aliaa pertranſiri poteſt. Quare ſi valetudini tuae conſultum vis, vide quaeſo, quid agaa, ac ſalubre hoc amiciſſimi hominis monitum penitus animo infigaa. Vale. (1)

CXLVII.

IOANNES BAPTISTA DONIVA
S. P. D.
CLARIASIMO SALMAAIO

ADmiratio ſcriptorum tuorum atque excellentis iſtius omnigenaeque doctrinae, quemadmodum ingentem iampridem in animo meo excitavit amorem rui; ita poſtquam, Roma relicta, in patriam redii, non ſemel incitavit me, ut aliquid ad te literarum darem, quo veterem illam meam erga te obſervantiam, amicitiamque, quam iam inde ab anno ſalutia, ut opinor, milleſimo lexcenteſimo vigeſimo primo praeſena Lutetiae obtuleram, abſens renovarem confirmaremque. Verum religioni quodammodo mihi fuit te tantum, talemque virum tenui ſimplicique epiſtolio, poſt tam diuturnum ſilentium, tanto locorum intervallo compellare. Adiunxi igitur hia literis munuſculum, parvum illud quidem, & minime fortaſſe te dignum; ſed ob argumenti novitatem, & neſcio quid παράδοξον, non ingratum penitua, ut opinor, futurum. Adde quod cum hodie omnea propemodum (quibua me quoque aſcribaa licet) principatum tibi inter Literatos ſine controverſia deferant; omneſque Antiquitatia parres luculentiſſimia tuis ſcriptis illuſtraveria, quotidieque illuſtres; ego qui hanc rei Antiquariae portiunculam, quae ad Muſicam proprie pertinet, expoliendam ſuſceperim, qualecumque hoc lucubrationum mearum penſum, ſive tributum quoddam, ad publicum iſtud communeque diſciplinarum omnium, totiuſque elegantioris eruditionia aerarium, optimo iure tranſmittendum cenſui. Gratum igitur mihi erit, ſi hunc libellum, tamquam amicus libenter exceperis: gratiua ſi tamquam cenſor caſtigaveris, ac meliorem effeceris. Vale.

CXLVIII.

IO. BAPTIATA DONIVS
ISACO VOAAIO SVO S.

LIbellum meum *de praeſtantia Muſicae veteris* aptiſſimum exiſtimavi, qui & ſalutem tibi meo nomine redderet, ac mea vice excuſationem ram diuturni ſilentii apud te obiret. Suppudebat enim me, ut verum fatear, cum poſt tuum in patriam reditum, nullas ad te literas dediſſem, nudam ac tralaticiam ſalutationem ad te deferre. Ac licet munuſculum per ſe tenue, ac modicum ſit; confido tamen eo nomine ſaltem tibi gratum fore, quod ab homine tibi amiciſſimo deditiſſimoque longinquis e terris traſmittitur, praeter argumenti novitatem, quae non nihil publici favoris, & gratiae apud literatos fortaſſe ei conciliabit. Quod reliquum eſt Clariſſimum Virum patrem tuum quotidie fere Ερμαιον, evulgare ſummopere laetor, eoque nomine utrique veſtrum ex animo gratulor. Vidi etiam aliquot ab hinc menſibua Ignatianas Epiſtolaa, quaa e Laurentiana Bibliotheca erutas publiei iuria feeiſti; quarum in limine, quod tam honorificeam mei mentionem extare voluiſti, non tam ullia meia meritia, quam eximia ſpontaneaque humanitate tua, factum exiſtimo. Immortalea tibi ad eam rem gratias ago; relaturus etiam ſi propenſiſſimae meae in te voluntatis, par facultaa inſerviendi tibi aliquando reſponderit. Excerpta illa ex antiquiſſimo veſtro Boethii codice, ſi qua occaſio erit tranſmittendo, maxime per Naudeum noſtrum (ad quem haa directurus ſum) erunt mihi maiorem in modum grata,

&

(1) Scripta eſt, tum haec, tum ſequentes, licet menſis & annus deſint, anno MDCXLVII. nam in eo quaternio occurrit, in quo omnes epiſtolae recenſentur, ſcriptae poſt editum Librum *de praeſtantia Muſicae veteris*.

& iucunda. Deus Opt. Max. tibi parentique tuo (quem officioſe ſalutes velim) proſperum ac diuturnum vitae curſum largiatur. Vale. (1)

CIL.

Athanasio Kirchero V. Celeberrimo Ioannes Baatista Donius

QVum meeum reputarem omnigenam eruditionem tuam, ac ſingulare prorſus, admirandumque ingenium; diu multumque dubitavi, an opuſculum meum *de praeſtantia Muſicae veteris* ad te mitterem. Nam cum in eo patrocinium vetuſtatis adverſus multorum opinionem prae . . . . ſuſeeperim, atque ex alia parte, vel te maxime conſpieiam, tot pulcherrimis inventis, literarumque gloria, praeſentis ſaeculi dignitatem, atque exiſtimationem abunde tueri; videbar mihi ſatis improvide ſacere, qui adſtipulatorem ſententiae meae, ac ſuffragatorem Antiquitatis ſperarem me habiturum, eum, qui unua pene illam non aemulari modo, ſed ſuperare videatur. Sed quum ex adverſo meeum perpenderem argumentorum, ac rationum mearum pondua, ſingularem tuum iudicium, animi ingenuitatem, atque ἀπαθίαν; nec ultra Muſicae metas me excurrere, aut alias facultates attingere, Mathematicam in primis (quamvis theoreticae Muſieae partem compleſtatur) minime deſparavi prorſua poſſe te in meam ſententiam adduci: tantoque ſuffragio adquiſito, quidquid Neoteriſtae repugnent, eauſam me obtenturum. De reliquo quid in hac Diſceptatione ſequutus ſim; videa, nempe, ut antiquorum exemplo recentiorum induſtriam acuam ad nobilem hanc facultatem expoliendam, augendamque, cuius eerte conſilii tam ſalubris, atque innoxii, niſi te fautotem ae vindicem futurum crederem; haud ſatis expendiſſe viderer quid deeeat hominem, inſtituto Religioſum, patria Germanum, natura probum, atque ingenuum. Vale. (2)

CL.

Isaaco Vossio Ioannes Baptista Donius S. P. D.

DIſeedenti hinc in Germaniam ſuperioribus diebus Illuſtriſſimo Comiti Franciſco Piccolomineo literas dedi, quibus ad binas tuas ſuaviſſime atque humaniſſime ad me ſeriptaa reſponderam; quas redditas tibi fuiſſe non dubito. Si modo viſendae Bataviae eauſa Amſtelodamum acceſſit, idem haa etiam tibi, ut ſpero, reddet, quibua pro mutua noſtra amicitia rogatum te maxime cupio una cum optimo clariſſimoque patre tuo, ut ex his indieulis, eoque, quem tibi praeſenti tradidi, nonnullos libros mihi compares: eos potiſſimum, qui pro cuiuſque aeſtimatione tolerabili pretio eoemi poterunt; praeſertim qui praefixum habent aſteriſcum, quorum videlicet maiori deſiderio teneor, modo ne ceteris, proportione habita, cariores ſint; quibus emendis vigintiquinque circiter Duplorum Hiſpanicorum pecunia vobia ab eo ſolvitur, quam ad ſummam impenſam fieri cupio. Eos libroa in ſareina apte compoſitoa, probeque munitos atque obtectos adverſus imbrium, ae maris iniurias in aliquam navim, quae Liburnum appulſura ſit, quam commodiſsime fieri poterit, imponi velim, & Bonaccurſiia mercatoribus Flotentinis, qui ibi negotiantur, ac demum poſsident, commendari; niſi fortaſſe Illuſtriſsimus Comes ſuos eis adiungi velie Liburni, qui eos recipiat, & naulum a vobis eonſtitutum bona fide perſolvat. Deum interea precor ut vos Reipublicae Literariae tam aſsiduam utilemque operam indefeſſo ſtudio navantes, quamdiutiſsime ſervet incolumes, mihique aliquam facultatem tribuat benevolentiam erga voa meam, quae ſumma eſt, prolixe teſtandi. Vale. (3)

All'

(1) Menſe vel Maio, vel Iulio ſcripta eſt, & procul dubio anno MDCXLVII.

(2) Deeſt menſis & annus; ſed procul dubio ſcripta eſt circa menſem Iunium anni MDCXLVII. poſtquam in lucem editum eſt. Opus de praeſtantia Muſicae Veteris.

(3) Eodem anno MDCXLVII. & haec ſcripta videtur.

CLI.

All'Illvstrissimo Signore Abbate Doni Mio Signore Padron Colendissimo

SI può credere, che queſta figura miſtica di vari ſimboli ſia un'Amuleto favorevole, e fortunato, come gli Antichi credevano giovaſſero agli uomini ſotto varie forme, e coſtellazioni per conſeguire felicità, e lieto fine in tutte le coſe.

Hà l'ali a' piedi in qualità di Mercurio, Dio de' preſtigj, è con le piante calca il ſerpente qui inteſo per lo cattivo Genio, e per Tifone, come finſero i Giganti, abbattuti da Giove con gambe, e piedi ſerpentini. Di queſti non pochi ſi veggono ſcolpiti nelle gemme e figure di Abraxas, che portavano negli anelli per ſicurezza e difeſa, & era Mercurio favorevole ancora ne' traffichi, e ne' guadagni, ed atto a perſuadere. Con eſſo andava congiunta la potenza di amore, tenendo queſta figura la ſua principale forma puerile con l'ali alle ſpalle, giovevole a farſi amare. Ha il membro virile diſciolto alla generazione per la forza feconda a procreare. Al medeſimo ſenſo può riferirſi dietro la coda del Satiro; e i fiori ſulle ſpalle ſono ancora ſimbolo di allegrezza e di felicità.

Avendo così conſiderato la figura ſecondo l'oſſervazione di altre con miſtione di Simboli, e Deità diverſe, che chiamano Panthea; *contuttociò reſto dubbioſo ſe queſto giovinetto ſia uno di quelli, che chiamavano* Delicii *ovvero* Deliciae, *li quali ſi adoravano alle volte ſotto l'aſpetto di Amore e di altre Deità. Onde reſto ſoſpeſo a credere ſe il Balteo, o faſcia che cinge il corpo ignudo con la fibula, e il membro virile diſciolto, ſia quella fibola iſteſſa, con la quale infibulavano la virilità per mantenere caſti i Giovinetti, e conſervare la voce al canto. Conoſco di eſſermi troppo lievemente diſteſo a dire tutto quello mi è venuto in mente per ubbidirla; onde mi compatiſca mentre a VS. Illuſtriſſima faccio riverenza.*

Servitore Umiliſſimo
G. P. Bellori.

CLII.

Molto Illvstre Signore e Padrone Osservandissimo

RENDO infinite grazie a VS. de' ſuoi belliſſimi Madrigali, de' quali m'ha favorito per mezzo del virtuoſo Signor Cavaliere Apollonj; & l'aſſicuro, che chiunque gli ha veduti ſin ora (che quanto a me poco m'intendo di pratica) gli ha lodati & ammirati ſommamente. Onde ell'ha grande occaſione di rallegrarſi e gloriarſi inſieme di queſto bel parto uſcito dal ſuo nobil ingegno. Il quale ſe fuſſe impiegato da lei (& di nuovo glie lo confermo) in qualche compoſizione che ricercaſſe variate Armonie, o Tuoni, ſon certo, che ne riceverebbe e guſto grandiſſimo in ſe, & ſegnalata gloria appreſſo gli altri: forſe più di quello ch'ella ſi perſuade; perche ſe bene con la conſumatiſſima pratica, che poſſiede d'infinite compoſizioni, che fanno qualche uſcita, e perciò può immaginarſi in parte l'effetto, che poſſono fare queſte uſcite totali; maſſime ſe averà veduto, come credo il ſonetto Paſſa la vita &c. *tuttavia per eſſer coſa nuova non può concepire a pieno la qualità & energia mirabile di certe uſcite inſolite & aſſai pellegrine. Per provarle non ha dubbio, che più ſerve un'iſtrumento, che tutte le ſpeculazioni; uno ne ho appreſſo di me, ch'io feci fabbricare in Roma aſſai buono e di buon Maeſtro; & li giuro certo da quel ch'io ſono, che queſto, e gl'altri ſimili, non è più difficile degl'altri comuni ad accordarlo e ſonarlo. Quanto a' Cantori non ci mancherebbono; ne meno uno, che gli guidaſſe nell'atto del cantare. E ben vero, che ſe bene ſi poſſono far compoſizioni fugate, & in ſtile Madrigaleſco anche con queſta varietà d'Armonie; tuttavia averei per bene di far ſentire queſta novità d'arie più toſto in qualche compoſizione di nota contra nota, che altrimenti; non tanto per la facilità de' Cantori (che tuttavia è molto da conſiderare in queſte novità) quanto perchè così molto più ſi ſentirà quella diverſità d'aria, che ne naſce. Nè qualſivoglia perito Compoſitore doverebbe ſdegnare queſto ſtile, ancorchè facile, e ſti-*

mato

